58

S. a. 7. 3

Del Coll.º de la Comp.ª de Ihs de Granada B-9117

# TRACTATVS ZELVS CHRISTI CONTRA IVDAEOS, Sarracenos, & infideles.

*AB ILLVST. DOCT. PETRO DE LA CAVALLERIA, Hiſpano ex ciuitate Cæſarauguſta, anno 1450. Compoſitus, nec vnquam Impreſſus.*

QVEM, R. ADMODVM D. DON MARTINVS ALFONSVS VIVALDVS Hiſpanus, author Candelabri Aurei Eccleſiæ ſanctæ Dei I. C. ex Sacro ac celeberrimo theologorum Bonon. Collegio Magiſter & Doctor; quàm maximè expurgatum, cumque exemplari ſtudioſiſsimè collatum, & gloſsis eruditiſsimis, eiſdemque copioſiſsimis à ſe conſcriptis illuſtratum, indice præterea locupletiſsimo, & numeris marginalibus auctum, exornatumque edit.

*OPVS SANE' EGREGIVM, CVMQVE INNVMERIS Conſcientiæ caſibus, tum etiam elucidatione ſcripturæ ſacræ magna ex parte refertum: & non ſolum Prælatis, Inquiſitoribus, Concionatoribus, Confeſſoribus, cæteriſq; eccleſiaſticis ad efficia (præſertim Confeſſiones ſacraſque conciones) exercenda, fidemque tuendam, in primis conducibile; ſed etiam Iudæis, reliquiſque Infidelibus ad fidem amplectendam omnino vtile ac neceſſarium.*

AD HAEC EXIGVVS, SED ILLE QVIDEM INSIGNIS, TRACTATVS acceſſit, à Samuele Rabbi ad Iſaach Rabbi conſcriptus; qui huic primo mirificè ſubſcribens ſubſeruienſque, tenaces Iudæorum errores, ſenſuſque proteruos apertiſſimè demonſtrat; eiuſdem R. D. Don MARTINI ALFONSI VIVALDI ſtudio in lucem reuocatus.



Venetijs, Apud Baretium de Baretijs. M. D. XCII.

*Cum Priuilegijs Summi Pontificis, Regis Catholici, ac Senatus Veneti.*

# SERENISSIMO PRINCIPI

## D. D. FRANCISCO MARIAE FELTRIO DE RVVERE, II. VRBINI DVCI. VI. &c.

*DOCTOR D. MARTINVS ALFONSVS Viualdus triplicem felicitatem.*

NON potui diutius debere Veſtræ Celſitudini Sereniſſimæ, quod vt iamdiu ſoluerem, iuris, & officij nomine impellebar: iuris, quòd librum diuturna annorum ſerie in tenebris quaſi obrutum in lucem, ad communem omnium vtilitatem, eruere debebam: officij verò, quòd eundem, in quo de zelo Chriſti agitur, æquum erat Principi fidei, ac pietatis Chriſtianæ acerrimo, religioſiſsimoque propugnatori conſecrare, tibi videlicèt, DVX SERENISSIME qui maiores tuos imitatus Rempublicam Chriſtianam tuæ virtutis, & ſcientiarum excellentia, ſed quod maxi-

 mum,

mum, in te autem eximium eſt, diuini in primis cultus ſplendore adeò illuſtras, vt vel vniuerſi terrarum Orbis oculos non ſumma ſine admiratione in te ipſum conuertas. Quòd ſi potentiſsimorum Principum Maieſtas veteres illos diſciplinarum, atque hiſtoriarum ſcriptores olim impulit, vt lucubrationum ſuarum labores firmo eorum patrocinio fulcirent, ac tutarentur, vt Ariſtoteles, qui Alexãdro ſummo Imperatori, Iſocrates Nicocli, Plutarchus Traiano, Victruuius Octauiano, Diophanes Deiotaro, Appianus Antonino, Iulius Pollux Commodo, Plinius ſecundus T. Veſpaſiano, Valerius Maximus Tiberio Cæſari monumenta ſua nuncuparunt; ego quoque maximis cauſis permotus eorum veſtigijs inſtiti, teque vnum omnes præcellentem delegi, SERENISS. PRINCEPS, cuius ſumma ope, & librum hunc, & noſtra ad eum explicandum, amplificandumque gloſſemata firmarem: ſiquidem omnes cauſæ, quæ vnumquemque illorum auctorum permouerunt, mihi vni ſine vlla exceptione conueniunt. Primum (vt quę ſupra commemorata ſunt omittam) quòd gentis Hiſpanæ tu humaniſsimus, ac potentiſsimus es patronus, ac defenſor; deinde quòd cùm ego vnus in fidem, & clientelam tuam me iampridem contulerim, qua me in ea confirmarem ratione, nullam aliam, hac excepta, reperiebam. Tùm iure quodam adſtringebar, vt librum ipſum, cuius exemplar in auita tuorum maiorum Sauonenſi patria, mihi, in ſacro tuæ fidei, ac tutelæ commendato Sacello, vbi feliciſsima S. D. Sixti IIII. Parentum requieſcunt oſſa, lectoris publici officio fungenti delatum iam fuit, tibi ipſi P. SERENISSIME, adiudicarem. Ad quam ſi tua ſingularis gratia induſtriam, quaſi

quaſi propitium numen, ſe adiunxerit, ſpero fore, vt per literatorum virorum manus maiori cum auctoritate, atque exiſtimatione exeat. Quod mihi à Celſitudine Veſtra Sereniſs. ſtudium cùm liberales, & præclariſsimæ, omnis eius vitæ actiones, & inſignia ad omnem laudem conſilia polliceantur, non pluribus id eam orabo; quin potius Deum Optimum Maximum piè precabor, vt eam ad communem ſuorum populorum ſalutem, & ad totius Reipublicæ Chriſtianæ felicitatem fortunare in perpetuum velit. Valeat Chriſtianæ Reipublicæ decus, & ornamentum. Ex Sacro, ac perquàm inſigni Hiſpanorum Bonon. Collegio. die 13. Iunij 1592.

A D

# AD SERENISSIMVM D. D. FRANCISCVM MARIAM FELTRIVM DE RVVERE. &c.

VRBINI DVCEM VI. IN LIBRVM;
Zelus Chriſti, Illuſtratum, & gloſſatum à Reuer.
admodum Sacræ Theologiæ Doct.
D. Martino Alfonſo
Viualdo.

*Magnifici D. Angeli Pagnonij Bononienſis Epigramma.*

*QVALIS Panchæos montes, ſyluaſq; iuuentæ*
*Tranat Auis pulchrum rara nouata decus;*
*Talis & iſte liber ſenio renouatus anili,*
*Conſpicuuſq; tuos accidit ante pedes:*
*Accidit ante tuos, Heroum Maxime ſplendor,*
*Summus Catholicæ relligionis honos;*
*Muſas qui refoues, fœcundi cuius ad vmbram*
*ROBORIS Aonidum docta cohors recubat.*
*Hunc auxit librum ingenio Martinus, & arte,*
*Hunc dicat Hiſpani gloria magna ſoli.*
*Parua quidem magno mittit tibi munera, verùm*
*Numina nec temnunt munera parua virum.*



# ILLVSTRIS D. I. V. D. DON DIDACI DE ABILES SACRI

Hiſpanorum Bonon. Collegij Collegæ
meritiſsimi ad Gloſſatorem libri,
Zelus Chriſti.

*ZELVS erat Chriſti, qui ſcribere ſancta coegit*
*Illuſtrem quondam dogmata multa virum.*
*Non minus ardenti zelo compulſus, & actus*
*Hoc opus extinctum, tu pater Alme leuas.*
*Si zelus zelum produxit, ſic quoque zelo*
*Ipſe, licèt rauca talia voce cano.*

# MAGNIFICI DOMINI IOAN. LVDOVICI RAMPONII BONON.

O Decus, ò ſplendor ſecli clariſsime noſtri
  Princeps, ò geſtis inclyte magnanimis;
Accipe quæ tibi præclarus monumenta ſacrauit
  Martinus, meritis munera digna tuis:
Atque tuis veluti Chriſti defenditur armis
  Relligio, pietas, dogmata ſacra, fides;
Sic opus hoc ducit forti ſub Robore, tutum,
  Impugnet cum hoſtes Altitonantis opus.



# DOMINICI BIALEXII, AB ITALIA SVBALPINA, Carmen

## AD INFIDELES.

ECquid Hebræo ſupereſt miſello,
Quo ſuos ſenſus foueat proteruos?
Vel quid inſano populo ferenti
  Nomina Sarræ?
Inſidi, poſthac dubium ſedere
Pectore in veſtro poteritne quidquam,
ZELVS hic cum tàm valide refellat
  Dogmata veſtra?
Non magis Phœbi radijs niteſcit
Terra, depulſis penitus tenebris;
Inſido quàm nunc nitidè pateſcunt
  Cuncta cuique.
Quiſquis es veræ FIDEI repugnans,
Exue errores nimium tenaces;
Indue excelſi filium tonantis
  Denique Chriſtum.
Sin minus, viuis rationis expers;
Dæmonum defers animam futuram ?
Eligas quòd tu, meliora cernens,
  Deteriora.

# DOCTOR DON MARTINVS ALFONSVS VIVALDVS GLOSSATOR

## Ad Lectorem.

QVemadmodum ignitus carbo cæteros carbones igne ſuo accendere, inflammareque ſolet; ſic Zelus Chriſti, qui noſtri Authoris (cuius librum gloſſare curauimus) cor inflammauerat, in eiuſque viſceribus pro animarum ſalute ardebat, taliter animum (illo lecto) vſſit meum, vt poſt 140. annorum curricula, quibus præſentem compoſuit tractatum, cum ipſo dicere queam: zelo zelatus ſum, &c. vt ipſe in Proœmio ait. Zelo igitur Dei motus, multis appetitus præmijs, atque efflagitatus precibus acquieſcere nolui; vt librum hunc cuidam Sereniſſimo Principi originaliter manuſcriptum ab Authore, abſque hoc quòd typis additionibus meis illuſtratus mandaretur, concederem; iudicans æquum, & iuſtum eſſe, vt liber, qui poſt tot annos erat obliuionis tenebris (tunc enim non erat imprimendi ars inuenta) inuolutus dicens: poſt tenebras ſpero lucem, illam non aſpiceret. Zelus, ſimiliter Dei fecit, vt, quemadmodum Deus dicit: Gloriam meam alteri non dabo; ita

ego

ego alterius gloriam mihi tribuere non velim. Fuerunt namque non pauci dicentes, obnixèq; perſuadentes librum hunc (cum eius Authoris notitia ad hominum aures nunquam peruenerit; & nomen meum (quod ſoli Deo tribuo, infinitaſq; gratias ago, agamq; dum viuam) per totum Chriſtiani nominis orbem, in noſtro Candelabro Aureo Eccleſiæ ſanctæ Dei, ſit cognitum ac diuulgatum) rectius ſub nomine meo imprimi debere, ac circunferri. Quorum dictis haud annuendum fore iudicaui; maximè cum iuſtitiæ diſtributiuæ illa cenſeatur ſolemnis diffinitio: iuſtitia eſt, reddere vnicuique, quod ſuum eſt. Et, quamuis non me lateat celeberrimum Iuris Conſulti dictum in l. 1. ff. de vet. iur. enucl. § ſed neque. videlicet, ea noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur; Charitatis nihilominus zelo motus, tanti Authoris nomen volui per vniuerſum Orbem, in Dei gloriam, ſuorumq; laborum præmium, aliorumq; exemplum cognoſci, ac prædicari. Et, quia zelus Dei authorem mouit ad librum componendum, atque me ad illum corrigendum, fideliterq; tranſcribendum, numeris, Indice copioſiſſimo, atque vtiliſſimis Gloſſis in tui commodum, & vtilitatem muniendum, atque illuſtrandum; te rogo, vt ſi in textu, vel Gloſſis defectum aliquem repereris, iudicio ac prudentia toleres ac corrigas, ac pro illius anima, & me Deum ores.

Et, vt cognoſcas quantæ authoritatis (ſi mea eſt aliqua) vtilitatis atque æſtimationis ſit liber apud me, & alios, qui eum viderunt, conſidera me in eo gloſſando, &c. annos tres hilari animo conſumpſiſſe.

Qualiter ſit legendus nota in principio indicis, qui eſt in fine.

Vltimo nota me, data opera multos omiſiſſe in citando antiquos Doctores, nominando recentiores, vbi alij citantur; vbi multa videbis, quæ ego vidi, ſi ad illos recurrèris. Hoc tamen ſcias in hoc libro inueniri meliori, ampliori, ac faciliori modo digeſta

 ea

*ea (& multa alia) quæ Adrianus Finus, Petrus Galatinus, Paulus Burgenſis, & alij in ſuis libris ante, & poſt hunc noſtrum authorem tradiderunt.*

*Aduertendum inſuper eſt pro totius libri intelligentia, & ne aliquis erret; quòd licèt index Capitulorum, vel Articulorum poſitus ab ipſomet Authore in principio, videatur breuis, & ſuccinctus, magna in ſe continet, ac mirabilia; nam in hoc libro ferè omnis declaratur Sacra ſcriptura, vt videbis in progreſſu. Quid autem noſtra contineat Gloſſa legentibus mitto: hoc vnum dico, gratiſſimam omnibus eſſe futuram, quippe quæ multa contineat curioſa, animarumq; ſaluti neceſſaria, multa rara, ſcituq; digniſſima, atque iucunda, multos reſoluat conſcientiæ caſus, quos vidiſſe iuuabit. Quæ omnia in locupletiſſimo noſtro Indice in fine libri poſito, facile perſpicies. Vale, & pro Authore, & me Deum ora.*

INDEX

# INDEX CAPITVLORVM AB IPSOMET LIBRI AVTHORE CONCINNATVS.

*In quo animaduerte, Lector, literulam b. poſt paginarum numerum locatam ſignificare ſecundam paginam.*

Incipit Tractatus, qui dicitur Zelus Chriſti, compoſitus per Petrum de la Caualleria, Iuris Ciuilis profeſſorem.


*PRoœmium Tractatus.* pag. 1
¶ *Diuiſio Tractatus.* pag. 3
¶ *Quæ ſunt Sacræ Scripturæ communes Iudæo, Chriſtiano, & Sarraceno.* pag. 3. b
¶ *Primum Euidentiale primæ partis Tractatus.* pag. 4
¶ *Secundum Euidentiale.* pag. 5. b
¶ *Tertium Euidentiale.* pag. ead.
¶ *Probatio primæ partis contra Iudæos.* pag. ead.
¶ *Radix totius materiæ.* pag. 6. b
¶ *Probatio primi articuli primæ partis: quòd Meſsias fuit promiſſus in lege.* pag. 8
¶ *Secundus Articulus primæ partis, videlicet, ad quid Meſsias fuit promiſſus venire.* pag. 16
¶ *Secunda auctoritas, quòd ad tollendum peccatum Meſsias debuerit venire.* pag. 17. b


¶ *Tertia*

¶ *Tertia auctoritas ſuper eodem.* pag. 18.b

¶ *Quarta auctoritas ſuper eodem.* pag. 18.b

¶ *Quinta auctoritas ſuper eodem.* pag. 19

¶ *Tertius Articulus principalis, videlicet, quòd ante aduentum Meſsiæ animæ non habebant gloriam poſt mortem.* pag. 19.b

¶ *Quartus Articulus primæ partis, videlicet, quòd lex Moyſi non dabat gloriam animabus poſt mortem.* pag. 20.b

¶ *Quintus, et Sextus Articuli primæ partis, videlicet, quòd hoc quòd Animæ non haberent gloriam poſt mortem ante aduentum Chriſti contingebat ex communi, & vniuerſali peccato.* pag. 21.b

¶ *Septimus Articulus primæ partis, videlicet, quòd lex Moyſi non erat perfecta.* pag. 22

¶ *Tertius Articulus principalis primæ partis, videlicet, quòd Meſsias fuit promiſſus in lege, quòd eſſet Deus & homo.* pag. 22.b

¶ *Quartus Articulus principalis, videlicet, quòd Meſsias debet mori, & turpiter pati pro peccatorum expiatione: & quòd per oblationem corporis ſui debebant alia ſacrificia ceſſare.* pag. 23.b

¶ *Quintus principalis Articulus primæ partis, videlicet, quòd celebrato ſacrificio corporis Meſsiæ, debebat lex noua per electos Meſsiæ in cordibus hominum infundi: vbi ponitur Prophetarum veteris teſtamenti diſcurſus, de ijs, quæ de Chriſto prophetata ſunt.* pag. 29.

¶ *Intentio Iudæorum de Meſsia per eos expectato: quæ validis rationibus confutatur.* pag. 94

¶ *Reſponſio ad aliquas dubitationes Iudæorum per ordinem: & primò, de Trinitate.* pag. 106

¶ *Secundo de Sabbati ceſſatione.* pag. 113.b

¶ *Tertia cur pœnæ temporales peccati Adæ non ſunt per Meſsiam ſublatæ.* pag. 119.b

¶ *Quarta dubitatio: cùm Chriſtus fuerit circunciſus, cur Chriſtiani non circunciduntur.* pag. 122.b

¶ *Quinta; quomodo Chriſtiani publicè tenent imagines, & figuras in Eccleſia (dicit Iudæus) contra præceptum Decalogi.* pag. 123.a

¶ *Sexta: Quare cibi in lege Moyſi vetiti, ſunt permiſsi Chriſtianis ad veſcendum.* pag. 125.b


Septi-




¶ *Septima: cur feſta antiqua Iudæorum, à Chriſtianis non ſeruantur, cùm aliqua de illis Chriſtus ſeruauerit.* pag. 126

¶ *Octaua: quomodo Chriſtiani admittunt corpora defunctorum in Eccleſia per manus Sacerdotum, ſepeliri, cùm tempore legis Moyſi, tanquàm polluta expellerentur.* pag. 128.b

¶ *Reprobatio, & refutatio ſectæ Machometicæ.* pag. 129.b

¶ *Rationes laicales contra idiotas, quæ docent fidem Chriſti ueram, & neceſſariam eſſe.* pag. 138.b

¶ *Secunda pars principalis tractatus, ubi probatur Philoſophis Fidem Chriſti ueram eſſe.* pag. 144

¶ *Summarium, & concluſio totius Tractatus.* pag. 153.b

¶ *Capitulum ultimum, de probanda circa homines indiuidualiter prouidentia Diuina.* pag. 154.b


*FINIS.*

# INDEX COPIOSISSIMVS AD TRACTATVM ZELVS CHRISTI.

In quo omnia quæ in textu & gloſſa continentur clarius, quàm ordine Alphabetico, inuenies factus ab eius Gloſſatore, Doctore Don Martino Alfonſo Viualdo.

*Vbi interim notabis, Lector, per primum numerum inter notabilia affixum, numeros marginales; per alterum, paginas; per literulas a. & b. primam & ſecundam paginam ſignificari: præterea vbi literam G. in calce alicuius notabilis offenderis, ibi gloſſam; vbi uerò nulla eſt litera, ibi textum indicari memineris.*

## Numero 1. contenta. pagina. 1. a

*¶ Ponitur Authoritas libr. 3. Regum. c. 13. in qua omnis Tractatus fundatur.*

*Qualiter zelus Dei mouit Authorē ad hunc tractatum componendū.*

*Zelus domus tuæ comedit me. Pſal. 68. declaratur. G*

*Zelus qualiter interpretetur; & de multiplici huius nominis ſignificatione. Vbi multa declarantur. G*

*Author eſt imitator D. Pauli, & in quo. G*

*Verba D. Pauli: Sine offenſione eſtote Iudæis; &c. qualiter inteligantur. G*

*Mali retribuunt mala pro bonis. G.*

## Numero 2. pag. 1. b

*¶ Ponitur cauſa materialis faciendi hunc librum, ſuper eadem Authoritate; i. quia dereliquerunt filij Iſrael pactum Domini.*

*Qualiter hic liber ſit contra Iudeos, Sarracen. &c.*

*Iudæi multipliciter nominantur: & vnde dicantur, & nominum æthymologias. G*

*Iudæorum Sectæ olim erant quatuor.G*

*Sarraceni tripliciter appellantur, et unde dicantur.G*

Num.3. pag.1.b.

¶ *Ponitur cauſa finalis, quæ mouit authorem.*

*In hoc libro diſſerendum de ſcripturis ſacris.*

*Scripturæ ſacræ peſſimè lacerantur, & male intelliguntur per Iudæos, & Sarracenos.*

Num.4. pag.1.b.

¶ *Ponitur nomẽ Authoris: Petrus de la Caualleria.*

*Item Doctoratus gradum. ſ. Legum Doctor.*

*Author fuit eruditus quadruplici lingua Latina, Chaldea, Arabica, & Hebræa.*

*Author Sacræ ſcripturæ ſtudio ſe mancipauit.*

Num.5. pag.2.a.

¶ *Author à tenera ætate deſiderauit adhærere Chriſto Ieſu.*

*Author æquando ſcripturam ſacrã Latinam cum Hebraica nouit cæcitatem Iudæorum.*

*Author argumentando cum Iudæis, nouit eorum cæcitatem validis rationibus eſſe ſuperatam.*

Num.6. pag.2.a.

¶ *In Aragonum regno tempore Authoris Iudæorum, ac Sarracenorum Nationes erant; ſuaſque miſeras ſectas publicabant, &c.*

*Author laborauit, vt ſciret fidem defendere, & omnibus reſpondere, maxime Iudæis, & Sarracenis.*

*Iudæi multi erant in Hiſpania: & quando, & à quibus; & cuius cõſilio fuerunt expulſi.G*

*Iudæi, quando, & à quo fuerunt expulſi a Gallia.G*

*Authoritas D. Petri, qua probatur Eccleſiaſticos debere eſſe paratos rationem reddere, &c.G*

Num.7. pag.2.a.

¶ *Iudæi dicebant fidem Chriſti non poſſe perſuaderi, nec credi, niſi per conſuetudinem illorum, &c.*

*Iudæi, aut Sarraceni vix ſuam ſectã deſerunt.*

*Iudæi dicũt articulos fidei Chriſti difficiles, vel quaſi ĩpoſſibiles, &c.*

*Et dicũt faciliores credituꝛ legẽ Moyſi, & Sarracenorum ſectam lege Euangelicæ.*

*De mendacio, & falſitate Iudæorũ circa ſupradicta; & de bonitate, fidelitate, ac ſuauitate Legis Chriſti; & de numero præceptorum Legis Moyſi; & de difficultate ſeruandi ea, &c.G.*

Num.8. pag.2.b.

¶ *Verbum Chriſti uerum, qui dixit: Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. Ioan. 5.*

*Author aggreditur hoc opus in nomine Ieſu Chriſti, vbi proponit monſtrare omnibus Fidẽ Chriſti Domini noſtri eſſe ipsã ueritatẽ.*

*Adducitur Authoritas Apoſtoli. 2. Cor. 10. & declaratur.*

*Omnia inſtrumenta, &c. incipienda in nomine Ieſu. Et an ſit de ſubſtantia contractus, uel non. G*

*Omnes tenentur ad deffenſionem Fidei; quia nulla maior pietas quã defendere religionem.G*

*Fidelis moriens in bello contra infideles regnũ adipiſcitur celeſte.G.*

Num.9. pag.2.b.

¶ *Author libri promittit demõſtrare Iudæorum, & Sarracenorum inſaniam, tepidorumq; Chriſtianorum negligentiam; & demonſtrare etiam, quòd filij Iſrael dereliquerunt pactum Domini.*

Num. 10. pag.2.b.

¶ *Promittit author probare Fidem Chriſti eſſe ueram, imò ipſam ueritatem; & pactum Domini uerum, & fidele.*

*Iudæi, qui ſe dicunt filios Iſrael, non ſunt; ſed ſunt Sinagoga Satanæ.*

*Sarraceni, in ſui primordio Chriſtiani fuerunt, & ſic veri filij Iſrael, & omnes dereliquerunt, &c.*

*Iudæi uocati à Domino noſtro Ieſu Chriſto filij diaboli. Et diaboli dicuntur.G*

*Iudeorum cauſa ſępè peſtilentia graſſata eſt per totam Europam, & qualiter. ibid.G*

*De initio Machometi, remisſiue.G*

*Chriſtus dicitur Altare noſtrum. ſecundum Paul.G*

*Iezabel, Dei prophetas occidit, & Iudæi Chriſtum Dominũ magnũ omnium Prophetarum.G*

Num.11. pag.3.a.

¶ *Infideles deſtruunt fundamenta nouæ Legis. Altaria uocat ſcripturas ſacras Prophetarum.*

*Scriptura ſacra eſt hæreditas fidelium, deuoluta, & corrupta apud infideles.G*

*Item ſcriptura ſacra eſt uenia Domini, quam exterminauit Aper de Sylua, &c.G.*

Num.12. pag.3.a.

¶ *Author prætendit fundamenta, & articulos nouæ Legis reformare, & ſcripturas viuificare in Iudæorum mentibus.*

*Proponit ſe uelle compendioſè, & utiliter procedere fugiendo uerboſos commentarios.*

*Precatur Author Lectorem ut benignè accipiat.*

*Quilibet debet dicere: Si Deus uoluerit; cum aliquid faciendum proponit.G.*

*Multi, in ſcribendo Authorem præceſſerunt, ſed nullus ſic ordinatè, & compendioſe ſcripſit. Quoniã illi tentũ obiter, & ſeparatim.G.*

*In Chriſtianis Authoribus non ornatus uerborum, ſed profectus quærendus.G*

Num.13. pag.3.a

¶ *Diuiditur Tractatus in duas partes principales.*

*In prima agitur contra Iudęos, & obſeruantia Legis Moyſi refutatur: & contra Sarracenos; & refutatur ſecta Mahometica.*

*Probatur etiam Idiotis veritas fidei Catholicæ.*

*In 2. parte demonſtratur, quòd nulla rationalis anima, aut Philoſophica, ſeu ſcientia Philoſophiæ imbuta poteſt uti ratione, &c.*

**Num. 14. pag. 3. b**

¶ Proponit Author ſe luctari debere cum aduerſarijs, ſuper tribus, ſcilicet, lege Chriſti, Moyſi, & ſecta. &c.

Luctaturus cum talibus, quæ arma induet: Tres, vel quatuor adducuntur Sacræ ſententiæ de armis ſpiritualibus contra inimicos. &c. G.

Sancta Catherina virgo, et Martyr quinquaginta vicit ac ſuperauit Philoſophos. ibid. G.

**Num. 15. pag. 3. b**

¶ Legem Moyſi veriſſimam fatentur Chriſtianus, Iudæus, & Sarracenus: & per quas authoritates.

Lex Moyſi dicitur Taure, in Alcorano Sarracenorum.

In Pētbateuco eſt rectitudo & lux, ſecund. Sarracen.

Iudæi dicunt ſe ſeruare nunc Legem Moyſi; ſed mentiuntur; imò illā ſeruare non poſſunt. &c. G.

**Num. 16. pag. 3. b**

¶ Lex Moyſi eſt textus approbatus ad omnes.

Sarraceni approbant Euangelia.

Sarracenus dicit, quòd Ieſus Chriſtus duxit Pentateucum, & Euangelia.

Sarracenis etiam à principio fuit Chriſti Euangelium prædicatū. Quia Apoſtolis præcepit Chriſtus. &c. G

Quanta ſit Iudæorum malitia oſtenditur, quòd etiam vincti, vinctos eſſe non fatentur. G

Iudæi hodierni malitia, non ignorantia tenentur. ibid.

Victoria, quæ uicit mundum, eſt Fides noſtra. G

**Num. 17. pag. 4. a**

¶ Chriſtianus, Iudæus, & Sarracenus tractant de Meſsia, & Meſsiam eſſe reputant articulū ſuæ fidei.

Iudæus expectauit Meſsiam ante deſtructionem. &c.

Dominus Noſter Ieſus Chriſtus in die Iudicij tres grauiſsimos peccatores arguet, & qui ſint. G

**Num. 18. pag. 4. a**

¶ Fundamentum catholicæ fidei, quòd Ieſus filius Mariæ Virginis fuit, & eſt verus Meſsias.

Beatus Andreas annuntiauit Meſsiam Petro.

Nathanael, & Populus ſatiatus cognouerunt Meſsiam. B.

**Numer. 19. pag. 4. a**

¶ Sarraceni fortiter dicunt, quòd Ieſus fuit Meſsias promiſsus filijs Iſrael.

In Alcorano ponitur ſalutatio Angeli ad Mariam.

Liber Álcorani à quo fuit compoſitus. G. ibid.





**Num. 20. pag. 4. a**

¶ Machometus in Alcorano vocat nomine proprio Ieſum, & quo nomine.

Ieſus, qualiter ſcribatur in Arabica lingua.

Cora, ſignificat capitulum.

Neich. ſignificat Ieſum; ſecundum qooſdam. G

**Num. 21. pag. 4. b**

¶ Machometus negat Chriſtum fuiſſe occiſum, nec ſuſpenſum. imo aſſerit ſic uiſum iudeis.

Machometus uocat Meſsiā miſſum Dei. Et quòd uerbum ſuum poſuit Deus in Maria.

Negat Machometus in hac parte. S. Trinitatem.

Machometus dicit hęreticum dicentem Meſsiam eſſe filium Dei: & tamen Ieſum uocat Meſsiam.

Machometus et Manichei tenuerūt, quod Chriſtus non fuit mortuus, ſed aſſumptus in Cœlum, relicto in manibus Hebræorum Chriſti ſimulacro. G

Chriſtus uocat ſe ipſum miſsum in multis locis. G

Miſſus idem eſt quòd Apoſtolus. Et quòd ſunt Apoſtoli Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. ibid. G

**Num. 22. pag. 4. b**

¶ Repetit alias auctoritates Machometi dicentis Meſsiam filium Marię non fuiſſe Deum, ſed tantum fuiſſe Nuntium Dei.

**Num. 23. pag. 4 b**

¶ Iudæi aliqui dixerunt Eſdram fuiſſe filium Dei.

Reprobat Machometus pluralitatē perſonarum in diuinis, & fatetur unum Deum. & citantur loca.

**Num. 24. pag. 4. b**

¶ Quod Machometus credidit ī Meſſia eſſe diuinitatem: & vocat Ieſum Meſsiam.

Expectatio Meſsiæ, ſecundum Sarracenos, fuit cōpleta in Ieſu filio Virginis Marię: licèt ipſi dicant non eſſe Deum, nec filium Dei.

Carpocratiani hæretici aſſerūt Chriſtum eſſe hominem tantùm: & quo tempore fuerint. ibid. G

Hebræi, Arrius, & Eunomius affirmant Chriſtum eſſe creaturā tantum. Et quo tempore fuit Arrius. G

De his Hęreſiarchis, & Eluidio, multi ſcribunt. G

S. Illefonſus Archiep. Tolet. confutauit Eluidianos ab Hiſpaniaq; expulit. Recitatur inſigne Sanctiſs. Virginis miraculum. cum. S. Illefonſo. uide latè. G

**Num. 25. pag. 5. a**

¶ Meſsiam eſſe, exiſtere, aut promiſſum eſſe uenire, eſt unus articulus communis Fidei. &c.

Meſſias, ſecundum omnes, promiſſus eſt uenire debere.

**Num. 26. & 27. pag. 5. a**

¶ Intendit probare, quòd Chriſtiani

ni melius ſentiamus de hoc Articulo aduentus Meſſię, quàm alij.

Num.28. pag.5.b

¶ Finis perfectæ, & Diuinę legis, qualis: & quòd non eſt lex perfecta niſi talis conſequatur finis.

Quid prodeſt homini, ſi uniuerſum mundum lucratur. &c.

Qualiter autem finis legis ſit uita ęterna, declaratur multis auctoritatibus. quas vide ibid. G

Num.29. pag.5.b

¶ De eſſe legis diuinę eſt promittere poſt mortem beatitudinem, in pręmium obſeruantię illius, & non enuntiatiuè propter alia, &c.

Hoc ſæculum fecit Altiſſimus propter multos; futurum autem propter paucas. Et multę citantur auctoritates pro ſaluandis. ibi. G

Nu. 30. cum. 6. ſeq. pag. 5.b & a

¶ In his. 7. numeris proponuntur ea quę auctor intendit probare in prima parte contra Iudęos.

Num.37. pag.6.a

¶ In hoc. n. proponit auctor demonſtrare, quòd Meſſias, qui erat promiſſus in lege, debebat eſſe Deus, & homo perfectus.

Num.38. pag.6.a

¶ Proponuntur probãda, quòd Meſſias debebat mori, & turpiter pati. Et quòd erat offerendum Sacrificium. &c.

Et quòd debebant ceſſare Sacrificia Legis, & quare.

Multa erãt in lege ueteri Sacrificia, quę uerum Chriſti Sacrificium ſignificabant. Quę reiicit Deus. & quare. Et quę Sacrificia requirat Deus. ibid. G

Sacrificia ueteris legis qualiter, & pro quibus offerebant. G

Auctoritas. Mat. 28. Ecce uobiſcũ ſum omnibus diebus qualiter intelligatur. & ponuntur figurę Euchariſtię. ibid. G

Num.39. pag.6.b

¶ Proponit auctor probare, quòd facto Sacrificio corporis Meſsiæ, fides noua debebat infundi in cordibus hominum. & hoc probabit per omnes Prophetas.

Num.40. & 41. pag.6.b

¶ Pro radice totius materię adducitur auctoritas Geneſ. c. 2. & 3. ubi ponitur eiectio Adæ ex Paradiſo.

Chriſtiani magnificamus peccatum Adæ, & quare.

Num.42. pag.6.b

¶ Moyſes quare loquebatur Deo inter Cherubin.

Talmudiſtę ſcripſerunt ſuper hoc. in c. 1. Geneſis.

Talmudiſtę diaboli incarnati; et Talmud peius inferno appellatur. Et quid ſit liber Talmud. Quid contineat. Quis fecit dictum librum. Et quàm magnus ſit apud iudęos. Et quòd in dicto libro horrendę ſunt blaſphemię. Quot libros: & quot tractatus contineat: et quot errores nefandi ſint in eis. Et quoties talis liber fuerit reprobatus, ignique traditus. Et qualiter Talmudica uolumina ſint reprobata, & damnata. ibidem. G

Num.43. & 44. pag.7.a

¶ Qualiter uia ligni non erat aperiẽda uſque ad filium Phares.

Lex Moyſi non erat ſufficiens ad aperiendum illam. G

Qualiter Meſſias dicatur filius Phares: & quare. G

Dauid fuit ortus ex Phares.

Adæ peccatum quæ damna nobis attulerit. Et qualiter ipſum defleuerit: & quam pœnitentiam pro eo fecerint Adam & Eua; & de eorum expulſione. ibid. G

Num.45. pag.7.b

¶ Argumentatur iudęus, quòd peccatum Adę non tranſiuit ad poſteros, & ſucceſſores, & quòd ſolus fuit eiectus.

Num.46. pag.7.b

¶ Pręceptum an fuerit ſoli Adę factum, uel fuerit Eua etiam comprehenſa in præcepto.

Eua propagata ex Adam credidit ſub pręcepto includi.

Eua tempore pręcepti non erat in rerum natura.

Quòd pręceptum tranſierit ad alios dixerunt Prophetę.

Eua poſterior, Adam priorem ſeduxit. ibid. G

Eua in quo erat marito ſuperior. ibid. G

Num.47. pag.7.b

¶ Allegantur multæ auctorit. probantes peccatum Adæ tranſiße ad alios.

Peccatum originale qualiter incurratur, uel inducatur, uide optimã ſententiam. ibid. G

Num.48. pag.7.b

¶ Pater primus dici, quis poteſt, niſi Adam? Et qui interpretes niſi Eua, & Serpens?

Eua fuit uerè ſeducta, non Adam. Peccatum tamẽ commiſſum fuit ab Adam.

Qui dicantur Principes Sancti contaminati ex Adam.

Promiſit Deus ablutionem per Baptiſmum?

Phariſei (ſecundum alios) dicuntur interpretes, & Auctores in illa auctoritates. 43. Iſaiæ. quia ipſi compoſuerunt Thalmud. ibi. G

Aliquos eſſe contaminatos, qualiter intelligatur. ibid. E

Num.49. pag.8.a

¶ Adducuntur Sacræ auctoritates, quibus Deus promittit Legem nouam dare. &c.

Apparet, quòd minimi habebant aliquod peccatum: & ſic probatur eſſe originale ab Adam.

Auctores explicantes dictam auctoritatem. ibid. G



Num,

Num. 50. pag.8.a

¶Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum.Pſ.50. quomodo intelligatur de originali.
Iudęi dicunt poeticè, & ironicè dictum:ſed falluntur.
Omnes peccauerunt,& egent gratia Dei,ibid.G
Alia traductio.Pſ.50.dicit:Ecce in iniquitate conceptus ſum, & in peccato concepit me.&c.ibid. G

Num.51. pag.8.a

¶Meſſiam promiſſum fuiſſe probatur. Geneſ. 49. Quę auctoritas fuit gloſſata per Thargum, & ſic intellecta.
Nomen Meſſię in Hebręo, eſt Silo, & qualiter.
Auctoritas Ioan.1.ibi:Quem ſcripſit Moyſes,&c.qualiter intelligatur.ibid.G
Thargum,quid ſignificet.Quantę ſit auctoritatis,&c.
Quot habeat excellentias.Et quotuplex ſit Thargum,
Et quod miraculum fuit in eius compoſitione.Et qualiter iudęi abſcō derunt illud,&c.ibid.G

Num.52. pag.8.b

¶Primus Rex alienigena in Iudęa fuit Herodes.
Chriſtus venit tempore Herodis Regis alienigenæ, et nullus alius venit ante eum.
Hic liber fuit inceptus ab auctore Anno Domini 1450.ibidem. G
Et illum finiuit anno.1464.
Ars imprimendi non erat tunc inuenta.ibid.

Num.53.54.& 55.pag.8.b & 9.a

¶Ieſus fuit Meſſias promiſſus Ioſeph Patriarchę.
Iudęi fingunt multas cauillationes ſuper auctoritatem dictam Geneſis 43.& illam declarat auctor multa adducens teſtimonia.

Num.56. pag.9.a

¶Liber qui dicitur:Punctuationes Iudęorum;eſt apud eos magnę auctoritatis.
Quas dicunt feciſſe Eſdram ſcriptorem legis.
Declaratur dictio:Had. poſita in auctoritate.
Sixtus Senenſ.nihil facit de his punctuationibus ĩ uita Eſdrę.ibid. G

Num.57. pag.9.a

¶Punctuatio : Sofar mehupach, quid ſit, & qual figura ſit ſcribenda.
Quę dicatur comæ punctuatio latinè.ibid. G

Num.58.59.&60.pag.9.a & b

¶Probat ueniſſe Meſſiam:quia Tribus Iuda non habet Regem, &c.
Chriſtus Rex Regum de domo, & Tribu Iuda.
Adducit iudęus argumentum, et ſoluit auctor.

Iudęi

Iudęi uocantur, & ſunt perfidi, & quid ſit perfidia.uide ibid.G
De omnibus Regibus, qui fuerunt in Populo Iſraelitico. vide ibi remiſſiuè.G

Num.61.62.63.& 64. pag.10.a

¶Adducit auctor multa argumenta, & rationes ad probandum, quòd debebat deficere Sceptrum Iuda.
Confirmatur dictis multorum Rabbinorum.G

Num.65. pag.10.b

¶Poſtquam Tribus Iudę non eſt, non poteſt expectari Meſſias à iudæis.& quare.
Declaratur auctoritas.4.Reg.8.ibi Noluit Dominus pdere Iudã,etc.
Tribus Iuda defecit ab aduentu Domini; & deperdita eſt inter iudæos,nec amplius cognoſcitur.
Verbum:Nouale,quid ſignificet.
Capita tranſmigrationum, quæ dicũtur à iudæis:Et vbi habitent: Et quam poteſtatem dicunt habere: Et qualiter Babilonia ſit iam deſtructa.ibid.G

Num.66. pag.10.b

¶Probat perpetuitatem ſceptri Regni in Meſſia.
Qualiter omnes gentes eſſent Meſſiæ congregandę.

Num.67. pag.11.a

¶Thargũ ſciuit, quòd Rex Meſſias debebat eſſe Deus ęternus. Quod eſt manifeſtum ſecretum.
Declaratur.Pſal.109. Latini numerant.110. Et adducuntur multę auctoritates ad probandam perpetuitatem Regni Chriſti.ibid. G
Synodus Nicęna prima. 318. Epiſcoporum fecit Symbolum fideẽ magnum.ideſt:credo.ibid.

Num.68. pag.11.a

¶Meſſiam fuiſſe promiſſum patet. Geneſ.c.22.
Hanc auctoritatem iudęi malè declarant.
Auctoritates in quibus promittitur benedictio in Meſſia.G

Num.69. pag.11.a

¶Non eſt in mundo magis maledictum ſemen, quàm iudæorum.
Iudęi ſunt maledicti:nec aliquis eſt propter eos benedictus.
Iſaac fuit filius dilectus Abrahę. de quo.Geneſ.21
Iudæi dicunt omnes gentes debere benedicere filios ſuos in Iſaac; ſed male.
De malignitate ſeminis Iudæorum. ibid.G

Num.70. pag.11.a

¶Iſaac non fuit tanti, ut alij Patriarchæ,&c.
Abraham,& Iacob fuerunt fortunatiores Iſaac.
Ponuntur aliquæ laudes Iſaac. vltra alia multa de eius obedientia

b tra-

*tradita à Sanctis.ibidem.G*

Num.71. pag.11.b

¶*Ex Iudæorum fuga à veritate declaratur optime, Pauli Apoſt. auctoritas de benedictione ī Meſſia.*
*Verbum Dei non poteſt fallere, nec falli.*
*Meſſias fuit promiſſus propter obedientiam Abrahæ.*
*Beatiſsima Virgo meminit promiſſionis factæ Abrahæ, Et etiā Zacharias.ut habetur Luc.2.ibi. G*
*De obedientia Abrahæ adducuntur multa.ibid.*

Num.72. pag.ead.

¶*Adducitur, & declaratur mirabilis auctoritas Deuteronomij.c.18.de promiſſione Meſsiæ.*
*Corroboratur dicta auctoritas alijs ex nouo Teſtam. & ex Sanctorum auctoritatibus.ibid.G*

Num.73.& 74. pag.12.a

¶*Ponitur, & confutatur calumnia, & malignitas iudæorum, in declaratione dictæ auctoritatis.*
*Qualiter intelligatur uerbum illud: ſimilem tui.ibid.G*

Num.75. pag.ead.

¶*Quod non ſurrexerit poſt Moyſen alius Propheta, &c.*
*Quæritur; quando petierit Populus à Domino alium. &c.*
*De auctoritate, ſanctitate, & alijs virtutibus, & laudibus ſancti Moyſis. Et qualiter eius facies fulgebat. Et ubi fuit mortuus; & ubi, & à quib. ſepultus. Et quòd eius ſepulchrum eſt omnibus incognitum. Et quòd fuit maximus Prophetarum, et Patriarcharū. Et ubi fuit ei data lex. uide ibidem. G*

Num.76.& 77 pag.12.b

¶*Iudæi noluerunt audire uerbum Dei, & petierunt, &c.*
*Iudæi ſciebant Moyſen non poſſe mentiri.*
*Concordantur auctoritates quædam noui Teſtam. cum alijs veteris, de filio Dei.ibid.G*

Num.78. pag.13.a

¶*Populus Iſrael noluit propter timorem audire Deum in datione legis.*
*Deus qualiter clàm fuerit loquutus Moyſi, de Populo, &c.*
*Moyſes tacuit uerba Dei, per 40. annos.*
*Tempus deſerti Iudæorum fuit. 40. annorum.*
*Moyſes quibus uerbis uituperauerit Iudæos, eo quòd ſint tardi ad bonum.*
*Verba Dei, dicta Moyſi, intelliguntur à contrario ſenſu, ut alia multa Sacræ Scripturæ.ibid.G*
*Verſus: Quadraginta annis proximus fui generationi huic. explicatur.ibid.G*

Num.



Num.79. pag.13.a

¶*Talmudiſtæ putant Deum promiſiſſe Moyſi dare alium Prophetam, qui daret aliam legem, &c. & quare.*
*Habemus ſalutem ex inimicis noſtris, quomodo ſit.ibid.G*

Num.80. pag.13.a

¶*Moyſes in lege ſua non promittit niſi temporalia.*
*Sapiens Philoſophus facilè deſpicit temporalia.*
*Homines mūdani diligūt tēporalia.*
*Temporalia ſæpe habent mali, & non boni uiri.*
*Verus Chriſti imitator ut Paulus, omnia contemnit. Et quòd melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias &c.ibid.G*

Num.81. pag.13.b

¶*Propheta ꝑmiſſus Moyſi à Deo, erat Meſsias, & quæ promiſſurus erat Meſsias.*
*Qualiter Iudæi uolunt peruertere auctoritatem illam.*
*Maiores qualiter ſunt conſulendi, et audiendi.ibid.G*

Num.82. pag.13.b

¶*Vtrum Populus Iudaicus tenebatur audire Ioſue. & quando venit Ioſue.*
*Vtrum Iudæi poſſent ire ad diuinos, & Augures.*
*Ioſue qualiter fuit diſcipulus Moyſi, et eius ſucceſſor. Et quo anno fuit mortuus.ibid.G*
*Quis dicatur Augur, multis probatur.ibid.G*

Numer. 83.& 84.pag. 14.a

¶*Malè utuntur Iudæi auctoritate ſacra, &c.*
*Argumentatur auctor cōtra iudæos malè interpretantes auctoritatē Sacræ Scripturæ.*
*Multi Prophetæ concurrerunt uno eodemq; tempore.*
*De turba primorū Talmudiſtarum fuerunt, qui uocātur Chanaim. et quanta eorū auctoritas. et ibid.G*

Num.85. pag.14.a

¶*In primo præcepto Decalogi præcepit Deus iudæis uitare Idolatriam, & non ſeruauerunt illud.*
*Primū præceptū Decalogi. Exo.20. Et qui auctores ſcripſerint.ibi. G*
*Augurari qualiter fuit à Domino uetitum.ibid.G*

Num.86.& 87. pag.14.b

¶*Declaratur auctoritas illa dicta Moyſi.i.ſimilem tui. & alia uerba, quæ ſequuntur.*
*Iudæi multos occiderūt Prophetas, & nulla fuit ultio.*
*Grauior ultio non fuit in mūdo, quā illa de Chriſti morte ſumpta ex Iudæis.*
*Vltio de morte Chriſti fuit prænuntiata ab ipſo Chriſto.*
*Qualiter Ieruſalem, et aliæ Ciuitates fuerunt deſtructæ, et ſub quibus Imperatoribus.ibid. G*
*Chriſto, et eius legi obediendum; et qualiter Chriſtus debebat eſſe Legiſlator. et ibid. G*

 Num.

Nu.88.89.&90.pag.14.b.& 15.a

¶ Qualiter Chriſtus inquantum homo, fuit Propheta.
Non eſt Propheta ſine honore, niſi in Patria ſua.
Chriſtus declarauit prophetiam loquentem de ſe.
D.Petrus, interpretatus eſt auctoritatem de Chriſto.
Qualiter Meſsias fuit promiſſus in lege, probāt multi Pſalmi. et Anna Propheriſſa.

Num.91.& 92. pag.15.a

¶ Lex erat infixa Prophetis, & antiquis iudæis, quòd debebat Chriſtus Rex uenire, & eſſe Rex uniuerſalis. Et qualiter Dauid non fuit Rex uniuerſalis.
Ponuntur multæ auctoritates Pſalterij ubi probatur.
Et ibid. G

Num.93.

¶ Prophetia Iſaiæ, eſt quaſi Euangelium.
Iſaias, Ieremias, Daniel, & Ezechiel, & omnes prophetæ dicunt promiſſum Meſsiam.
Libri Apocriphi Bibliæ non conuincunt iudæum, et quare, et quales.
De nomine, genere, patria, nominis interpretatione, moribus, et uita Iſaiæ, et qualiter de incarnatione, natiuitate, morte, &c. Chriſti prophetauerit, ibid. G
Qualis fuerit Amos pater Iſaiæ, et de differentia inter Amos Prophetam. Et in quibus Propheta Iſaia excelluit alios Prophetas. ibid. G
Qualiter libri olim Apocryphi, hodie ſint Canonici habiti in Concilijs. ibid. G

Num.94. pag.15.b

¶ Iudæi hodiè diſperſi per uniuersū expectant Meſsiam, ſed fallūtur.
In libro Thalmud ſit Feſtum Expectationis Meſsiæ.
Iudei multi peccant ex malitia, & non ex ignorantia, expectantes Meſsiam. ibid. G

Num.95. 96. & 97. pag.15. b

¶ Iudei moderni afflicti uoluerunt tentare Meſsiam non eſſe ex Lege: & quòd Lex Moyſi abſque Meſsia ſit perfecta ad ſaluandas animas.
Rabbi Moyſes Aegyptius tenet Meſiam debere expectari, & uenire eſſe articulum ſuæ fidei, et contrarium aſſerere eſſe hæreticum.
Iudæi quoties, et qualiter petant mitti Meſsiam.

Num.98. pag.16.a

¶ Iudæi deſperati de aduentu Meſſiæ, prout ipſi expectant, audent affirmare non eſſe articulum, etc.
Auctores Catholici probant contrarium. ibid. G

Num.99. pag.16.a

¶ Quæritur: Ad quid Meſsias erat promiſſus uenire?
Et reſpondetur auctoritate Iſaiæ. c. 53. & declaratur.

Adducuntur authoritates noui teſtamēti, quibus probatur ad quid fuerat promiſſus. ibid. G

Num.100.& 101. pag. 16. a. & b

¶ Gloſſa Ionathæ filij Oziel multum probata, à Iudæis. Et quare. Et iſte Gloſſator declarat aduentum Meſsiæ.
Iudæi moderni volunt ſubuertere totam illam authoritatem. Iſaiæ. c. 53.
Gloſſa Ionathæ citatur à Doctor. Catholicis, & cuius ſit authoritatis. Et aliqui dicunt factam ab Aggeo, Zacharia, & Malachia Prophetis. ibid. G
Adducitur authoritas Gloſſæ Rabbi Moyſis Gerundenſis pro Meſſia. ibid. G
Populus Iudaicus paſſus eſt propter eorum peccata.
Iudæi omnes pro maiori parte uſurarij, ac peccatores.
Iudæi quotidie orant pro deſtructione Romani Imperij, & S. Romanæ Eccleſiæ. Et quot modis orent contra nos.
Et ponuntur eiuſdem Populi Iudaici orationes. Et nota omnia, quæ inuenies. ibid. G

Num.102.& 103. pag.16. b. & 17.a

¶ Probat alijs authoritatibus Meſſiam paſſurum.
Exclamant adhuc hodie Iudæi pro Meſſia.
Authoritas Pſal. Miſericordias Domini; declaratur.

Num. 104. 105. & 106. pag. 17.a

¶ Iudæi dicebat quod Meſsias debebat eſſe ſaluatus, &c. Pſalmus. 12. vſquequo, declaratur, & Pſalmus. 90.
Chriſtus mortem noſtram moriendo deſtruxit. &c.
Iudæi credebant Deum eſſe humanandum.
Eccleſia canit mortem Chriſti, in præfatione, &c. ibi. G

Num.107. pag.17.b

¶ Totum capitulum 59. Iſaiæ loquitur de redemptione.
Populus Iudaicus debebat deuenire ad calamitatem, & ruinam peccatorum tempore Meſsiæ. Quo tempore Deus debebat eis miſereri, mittendo Meſſiam.

Num.108. pag.17.b

Declaratur authoritas illa: Et veniet Sion Redemptor.
Iſta prophetia canonizatur, etiam hodie à Iudæis: & in ſuis orationibus dicunt.
Nomen Sion, in quo caſu ſit. ibid. G
Citantur authores Catholici ſuper hoc c. 59. Iſaiæ. G

Num.109.& 110. pag.17.b

Interrogat; Quid faciet iſte Meſſias?

ſias? & Reſpon.
Iudæi cogitant Meſſiam debere facere bella. &c.
Fœdus Dei cum Populo Iſrael, quale. & declaratur.
Semen Meſſiæ fuerunt Apoſtoli, Martyres, &c.
Sion ſignificat Populum Iſrael; & quare. ibid. G
Sion, multipliciter accipitur in ſacra ſcriptura. G

Num. 111. & 112. pag. 18. a

¶ Iudæi ad quid putent venturum Meſſiam.
Et putant omnes homines mundi reducendos eſſe ad Ieruſalem terreſtrem.
Caput. vltimum Zachariæ facit Iudæos vacillare.
De nomine Tetragrammaton; & de eius excellentia; Et, quis poſſit illud nominare &c. Et qualiter vnaquæque Natio vocet Deũ ſua lingua. ibid. G.

Num. 113. & 114. & 115. pag. 18. b

¶ Declaratur. c. 43. & 44. Iſaiæ, et probat auctor, aduentum Chriſti, peccatum Adæ, & transfuſio in ſuos poſteros, et ſucceſſores; & ad quid eſſet venturus.
Capitulum. 44. Iſaiæ, eſt Gloſſa capituli. 59. ibid. G
Corrigendus Sixtus Senenſis. ibid. G
Meſſias quos venerit ſaluare declaratur. ibid. G

Num. 116. pag. 19. a

¶ Declaratur. c. 17. Geneſ. quo Deus dedit præceptum circunciſionis Abrahæ, cùm eſſet annorum. 99
Aetas circunciſionis erat octo dierum.
Moyſes imitatus Deum præcepit circunciſionem, et vbi.
Circunciſio uocatur pactũ Domini.
Abraham primus accepit circunciſionem. Et primus confeſſus fuit fidem vnius Dei. Et ante circunciſionem fuit iuſtus, et fidelis. ibid. G

Num. 117. pag. 19. a

¶ Deletio de Populo olim erat pæna Inferni.
Forma circunciſionis apud Iudæos, qualis.
Qualiter puniebatur anima pueri mortui incircunciſi.
Doctores Catholici quid intelligant de deletione de Populo, et quæ pœna eſſet. ibid. G.

Num. 118. pag. ead.

Quæritur. Pro quo peccato anima pueri damnabatur.
Et Reſpõ. quòd certe pro originali.
Declaratur. Iſaiæ. c. 31. ibi: Omnes cognoſcant me.
Litera vulgata concordat cum Hebræa in hoc. etc. ibid. G

Num. 119. & 120. pag. 19. b

Declaratur, quæ erat iniquitas, et pecca-



peccatum, quod Deus ueniente lege noua debebat propitiari, &c.
Puer, ſecundum Iudæos, ſine cauſa, & ſine culpa damnaretur, ſi moreretur ſine circunciſione.
Peccatum originale, qualiter damnet omnes: Et cum quali culpa, vel cauſa.
Pactum meum irritum fecit; quid ſignificet.
Qualiter intelligatur illud ad Rom. 3. Omnes in Adam peccauerunt. declaratur multis Sacrorum canonum, & Doctor. authoritatibus. ibid. G

Num. 121. pag. 19. b

¶ Quæritur. V. ante aduentum Meſſię animæ habebant gloriam: & probat quòd non.
Qui decedit in peccato non habet gloriam.
Meſſias debebat uenire ad tollendum peccatum.

Num. 122. pag. ead.

¶ Patriarchę, & Moyſes non habuerunt gloriam ſtatim poſt mortem, ante aduentum Meſſię
Declaratur. c. 3. Geneſ. ibi: Et collocauit ante Paradiſum, &c. ex mente Talmudiſtarum.
Probatur multis ſacris authoritatibus Patriarchas, &c. nõ habuiſſe gloriam poſt mortẽ. &c. ibi. G

Numero 123. pag. 20. a

¶ Gladium uerſatilem dicunt legem Moyſi Iudęi.
Declaratur Pſal. 149. ibi: gladij ancipites. &c.
Talmudiſtæ dicunt, quòd cùm uidit Adam omnem eius progeniem debere ire in infernũ, abſtinuit. &c.
Et qualiter poſtea acceſſit ad Euã. &c.
In Pſal. 149. Nos dicimus: exultationes, &c. G
Qualiter Adam abſtinuit à copula 50. annis, & quare. Et quòd cui ſit votum. &c. ibid. G

Num. 124. pag. ead.

¶ Qualiter propter peccatum Adę omnes eius deſcendentes damnabantur, niſi. &c.
Seruantes legem Moyſi non ibant in infernum.
Suburbium Paradiſi erat habitatio animarum patrum uſque ad aduentum filij Phares.
Verſus: Tu de uicto mortis aculeo. &c. declaratur. S. Aug. et Ambroſ. compoſuerunt Canticum. Te Deum laudamus. Et quid ſit Suburbium. G

Num. 125. pag. 20. b

¶ Probat qualiter lex Moyſi non dabat gloriam animabus poſt mortem.
In toto Penthateuco non inuenitur promiſſa gloria, vel uita ęterna. &c. bene autem promittitur pœna æterna non ſeruantibus legẽ. & declaratur.

Num. 126. pag. 20. b

¶ Declaratur Ezech. c. 20. ibi: Ego dedi

dedi eis præcepta non bona. Et qualiter lex Moyſi dicitur nõ bona, & non dicitur mala. Et qualiter poterat peruenire ad principium vitæ per eam.
Allegantur multi Doctores pro huius explicatione. G

Num. 127. & 128. pag. 20. b & 21. a

Iudæi multum laborant reſpondendo, ſed nihil faciunt, quia non adducunt authoritatem.
Populus Iſrael erat incredulus, duræque ceruicis.
Qualiter intelligãt Talmudiſtæ præceptum. 4. Decalogi, & de qua duratione.
Brica, quid ſignificet. ibid. G
Adducuntur Authores pro 4. præcepto. ibid. G

Num. 129. & 130. pag. 21. a

Declaratur D. Pauli ſententia ad Galat. 2. in fine. ibi: Si enim per legem iuſtitia, &c. Item. ad Hebræos. c. 7. ibi: Nihil ad perfectum adduxit lex.
Ponitur concluſio quæſtionis ex Canhedrin.
Declaratur Iſaiæ. c. 60. in fine. & per totum.
Declaratur quid ſit Canhedrin. ibidem. G
Eccleſia catholica declarat Iſaiam. ibid. G

Num. 131. & 132. pag. 21. b

Quare lex Moyſi non promittebat, nec dabat vitam æternam.
Habens peccatum non poteſt intrare in Gloriam.
Defectus, quare lex non dabat gloriam, erat communis, quod probat authoritate, & rationibus.
Nihil coinquinatum intrabit in Regnum cœlorum. ibid. G
Probatur Chriſti, & Sanctorum authoritatibus legem Moyſi non dediſſe vitam æternam. Et declaratur illa authoritas Ioan. c. 3. Nemo aſcendit in cœlum, &c. ibid. G

Num. 133. pag. 22. a

In præmium obſeruationis legis, & infrictionis, quid promittebatur.
Confirmantur rationes ſupradictæ, de peccato Adæ, quod ſolum clauſerat uiam uitæ. quod uocat communem morbum.

Num. 134. pag. 22. a

Lex Moyſi non erat perfecta, & quare non.
Declaratur Ierem. c. 3. & 31. de ceſſatione legis Moyſi.
Qualiter lex noua erat neceſſaria, & ad quid. ibid. G
Doctores omnes, etiam Talmudiſtæ dicunt legem Moyſi eſſe vanam. Et in quo ſit uana. Et quòd nihilominus eſt ſancta, quia à Deo data. ibid. G

Num. 135. pag. 22. b

Qualiter intelligatur, legalia mortua in paſſione Chriſti.
Doctrina de ceſſatione legalium fuit prophetizata. Et declaratur opinio Doctorum, &c.
Legalia poſt diuulgationem Euangelij, mortifera.
Adducuntur multi Doct. tractantes de eis. ibid. G

Num. 136. & 137. pa. 22. b

Concluſio quòd Meſſias eſſet promiſſus Deus, & homo turbauit Iudæos: & Sarracenos fecit retroire. etc.
Mahometus ſcripſit eſſe hæreticum dicentem Ieſum Chriſtum eſſe Deum.
Mahometus nihil de ſacris prophetijs legerat.
Mahometus fatetur ſe Prophetam popularem, et ignorantem.
Probatur ex Iſai. 53. et alijs Meſſiam eſſe Deum.
Adducuntur multæ authoritates ad probandum Meſſiam eſſe Deum. ibid. G

Num. 138. pag. 23. a

¶ Peccatum Adæ, dicitur vnum, et reſpicit multos, quia totam naturam humanam corrupit.
Nemo poteſt dimittere peccatum, niſi ſolus Deus.
Modus dimittendi peccatum Adæ. etc. qualis.

Num. 139. & 140. pag. 23. a

Expoſitio D. Hieronymi qualis in c. 53. Iſaiæ. etc.
Declaratur c. 32. Exodi. Et Ier. 33.
Nomen Tetragrammaton ſoli diuinæ Maieſtati eſt attributum.
Declaratur etiam Micheæ. c. 5. ibi: Et egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis. etc.
Meſſias erat oriundus ex Tribu Iuda, et de paruulo loco. ſ. Betlehẽ.

Num. 141. pag. ead.

Talmudiſtæ declarant Micheam. c. 5. ibi: Ab initio, ideſt, à Deo æterno.
Declaratur locus Pſalmi. 20. et Iſaiæ. c. 11.
Adducuntur authores pro loco illo Micheæ. ibid. G.

Num. 142. pag. 23. b

Rabbanan ſignificat ſapientes.
Probat Author ex ſapientum Iudæorum locis Meſſiam eſſe Deũ. et declarat Pſal. 20.
Ponuntur conditiones aliquæ alicuius Regis.
Adducitur exemplum Pharaonis cum Ioſeph. et Regis Aſſueri cũ Mardocheo. ibid. G.

Num. 143. & 144. pag. ead.

Declaratur Iſaiæ. c. 9. ibi: Filius datus eſt nobis, et probat omnia illa uerba non poſſe conuenire niſi Meſſiæ inquantum Deo. Et reſpondet Iudæis. Corroboratur doctrina Sanctorum. etc. ibidem. G.

Num.145.& 146.pag.23.b & 24.a

¶ Declaratur.c.Iſaiæ. 53. & probat quòd Meſſias debebat mori, & turpiter pati pro peccatis.
Gloſſa Chaldaica intelligit Iſaiam loqui de Meſſia.
Encomium mirabile Talmudiſtarũ. de Meſſia
Iſaias clariſſimè loquitur de paſſione Chriſti, ita quod potius uideatur loqui de preterito, quàm de futuro.
Declaratur Encomium illud Talmudiſtarium à Doctoribus Catholicis, & applicatur.ibid.G

Num.147. pag. ead.

¶ Prophetia Iſaiæ multum efficax contra Iudæos.
Sancti Auguſt. ſententia de prophetia Iſaiæ
Rabbi Abraham Benazra, latrat contra Chriſtianos: & ponuntur omnia ſua verba, & argumenta.
Adducuntur multi Doctor.vltra D. Aug. explicantes Iſaiam de paſſione Domini. ibid.G

Num.148. pag.ead.

¶ Rabbi Abraham ſubtiliſſimus Iudeorum, delirat.
In Chriſto, eſt Anima, corpus humanum, et Diuinitas.
Error Rabbi Abrahæ, de anima Chriſti.
Chriſtiani quid credimus de Chriſto, & vnione.
Meſſias dicitur ſeruus Dei, inquantum homo.
Excellentia Regni Caſtellæ in Hiſpania.ibid.G
Sancta Eccleſia quid confiteatur de Chriſto.ibid.G

Num.149. pag.24.b

¶ Diſcipuli, et alij Chriſtiani dicuntur ſemen Chriſti.
Declaratur c.12.Mat.de Meſſia, et eius filijs
Iudæi dicunt diſcipulos uocari filios Chariſſimos
De numero, et nominibus Apoſtolorum, et eorum laudibus.
Quot fuerint Chriſti diſcipuli, & de eorum nominibus.G
Adducuntur authoritates quibus probatur nos filios Dei, et cohærere des Chriſti eſſe.ibid. G

Num.150.& 151. pag.24.b & 25.a

¶ Declaratur, et defenditur tranſlatio S.Hieronymi ab impugnatione Iudeorum: Et declaratur illa authoritas Iſa.5. Propter ſcelus Populi mei, percuſſi eum, &c.
Cabadias Iudæus Gloſſator dicebat loqui Iſaiã de Ieremia Propheta.
Iudæi ceci ſemper fugere procurant veritatem.
Quid ſignificet hoc nomen: Truffa. ibid.G
Iſaiæ lectio dicitur Euangelium, etc. ibidem.G

Num.

Num.152. pag.25.a

¶ Verbum: Lamo, Hebraicum, aliquando plurale.
Declaratur Iob.c.20.
Dictio: Mo, qualiter interpretetur, ſecundum Grammaticam Hebræam.

Num.153. pag.ead.

¶ Liber Talmud, quando fuit ſcriptus et compilatus.
Declaratur Pſalmus 88. Miſericordias Domini, &c.
Talmudiſtarum vaticinatio de Meſſia.
Liber Talmud à quo compoſitus fuerit. Et qualiter reperiatur duplex Talmud ſcilicet Hieroſolymitanũ, et Babylonicum. Et quòd Babylonia dicitur nunc Cayrum.
Et qualiter Talmud fuerit prohibitus.ibid.G

Num.154. pag.25.b

¶ Talmudiſtæ vaticinati ſunt de Chriſto, quòd debebat eſſe ſaluatus, et quòd ſua ſaluatio erat ſaluatio Populi Iſrael. Declaratur Pſal.12.Vſquequo Domine, obliuiſceris me in finem. Qui Pſalmus durus uidetur Iudæis. Et etiam Pſalmus 90. Qui habitat.
Facit argumentum, quo probat Meſſiam Deum eſſe, et hominẽ, Deũ ad ſaluandum, et hominem ad patiendum.
Probatur idem forti argumento. Et quòd maius eſt opus redemptionis, quàm creationis. Et quòd homo ſit creatura ſuperior omnibus alijs creaturis. etc.ibid.G
Probatur, contra hereticos, verum, et reale ſacrificium inueniri in lege Euangelica ex ſacris literis, etc. ibid.

Num.155. pag.ead.

¶ Qualiter Meſſias erat ſacrificandus: et alia ſacrificia debebant ceſſare: quia oblatio corporis Meſſiæ, erat pleniſſimum remedium ad tollendum peccatum.
Declaratur D. Paulus ad Hebr. c.16.
Declaratur Pſalmus 39. Et Malachias.c.1.
De ſacrificiorum legalium ceſſatione; et que ceſſarunt, et quæ fuerũt mortua, et extincta. Vide latè. G

Num.156. pag.26.a

¶ Vanè expectant Iudæi quòd debeant reddi ſacrificia. etc.
Declaratur Ieremias.c.7. vbi ponitur omnis contextus mirabilis authoritatis.
Ponitur mirabilis utriuſque legis connexio.ibid.G

Num.157. pag.26.b

¶ Intentio Diuina non in holocauſtis carnium, ſed in ſacrificio panis, et uini.

¶ 2 Meſ-

*Meſſias ſacerdos ſacrificij panis, et uini. Et declaratur Pſal. 109. Tu es ſacerdos in æternum. etc. Pſal. 109. concordat cum c. 14. Geneſis.*

Num. 158. pag. 26. b

¶ *An Abraham comederit de oblatione Melchiſedech, uel non; ignoratur.*

*Melchiſedech erat Sacerdos Dei Altiſs. et figura Meſſiæ. Apparet clarè ſacerdotium Meſsiæ debere eſſe in pane, et uino.*

Num. 159. pag. ead.

¶ *Aqua miſcetur uino in Miſſa, ex inſtitutione Eccleſię.*

*Quare miſceatur aqua in ſacrificio.*

*Aqua, et ſanguis exiuit ex latere Chriſti. Et quid ſignificabat illa aqua.*

*Maior vini quantitas offerẽda, quã aquæ in Miſſa.*

*Aqua non miſcetur ex neceſsitate Sacramenti. Et ponuntur aliæ rationes quare miſceatur. ibid. G*

Num. 160. & 161. pag. 26. b & 27. a

¶ *Declaratur Pſalmus. 71. ibi: Erit firmamentum in ſummis montiũ. etc. id eſt, in capite Sacerdotum.*

*Libanum, apud Iudæos, erat Templum Ieruſalem.*

*Portæ Templi aperiebantur per ſe, tempore aduentus Chriſti, cùm ante non aperirentur niſi per vim. etc.*

*Declaratur Propheta Zacharias. c. 11.*

*In Templo Ieruſalem fiebant animalium ſacrificia.*

*Adducuntur authoritates ad Pſ. 71. declarandum. G*

*De magnitudine, diuitijs, etc. Tẽpli: Et qualiter Salomon compoſuit librum de Templo. ibid. G*

Num. 162. & 163. pag. 27. a

¶ *Reſoluitur dubium, quòd ſacrificium debebat facere ceſſare alia ſacrificia. Et quòd ſacrificium Meſſiæ durabit uſque ad finem ſeculi.*

*Manna Cœleſte datum Iudæis figura Euchariſtiæ.*

*Manna erat quaſi ſemen coriandri.*

*Verſus Pſal. 39. In capite libri ſcriptum eſt de me: qualiter intelligatur. ibid. G*

*Adducuntur figurę Euchariſtiæ. ibidem. G*

Num. 164. pag. 27. b

¶ *Manna erat album; quia dealbabat peccata.*

*Qualiter colligebatur Manna declaratur.*

*Ponitur mirabilis authoritas de Manna; et qualiter frangebatur: Et quòd iuſtis erat panis. etc.*

Num. 165. pag. 27. b

¶ *Declaratur illud Pſalmi 77. Panem Angelorum manducauit homo.*

*Rabbi Aquiba eſt magnę auctorit. inter Iudæos, etc.*

*Declaratur etiam Pſal. 104. Pane cœli ſaturauit eos.*

*Quare intelligatur, quòd Angeli comedunt.*

Num. 166. & 167. pag. 27. b

¶ *Comeſtio duplex, temporalis, et ſpiritualis.*

*Angeli comederunt. Gen. 18. Exod. 24. etc. Et explicantur optimè à Gloſſa Chaldea.*

*Iudæi non recipiũt Nouũ Teſtamentum, etc.*

*De qualitate, & digeſtione, atque Manna.*

*Euchariſtia manducatur tripliciter: et explicantur omnes tres modi. ibidem. G*

Nu. 168. & 169. pag. 28. a

¶ *Declaratur locus Deuter. 23. de paxillo in balteo. &c.*

*Deus deſiderat nos eſſe ſicut Angeli miniſterij.*

*Quare Manna fecit poſtea ſuperfluitates, &c.*

*Peccata fecerunt, ut Manna eſſet cibus communis, cum primo eſſet miraculoſus, et cœleſtis.*

*Ponuntur mirabiles operationes Manna.*

Num. 170. & 171. pag. 28. a

¶ *Explicatur locus Io. 6. c. ibi. Hic eſt panis de cœlo deſcendens; non ſicut manducauerunt Patres ueſtri Manna, & mortui ſunt, &c.*

*Vnde patet clariſſimam figuram Euchariſtiæ, eſſe Manna datum in deſerto.*

*Iudæi declarabant, accipere ablutionem peccatorum per Manna de cœlo.*

Num. 172. pag. 28. a

¶ *Qualiter operetur Euchariſtia ſumpta à iuſtis, uel ab iniuſtis. Et fit æquiparatio cum Manna.*

*Euchariſtia fuit ad iudicium Iudæ Iſcharioti.*

*Qualiter dicta traditio Talmudiſtarum de Maria intelligatur de Euchariſtia.*

*Cur ceſſauit Manna in ingreſſu terræ Sanctæ.*

*Quos fructus faciat Euchariſtia. ibidem. G*

*Qualiter Caiphas iniquus prophetauit, etc. G*

*Chriſtus dixit: Ecce nobiſcum ſum uſque, etc. ibid. G*

Num. 173. & 174. pag. 28. b

¶ *Sacrificium Euchariſtiæ ceſſat in cœlo, etc.*

*Et etiam ceſsabit in terra in fine mundi.*

*Terra ſancta dicitur Gloria cœleſtis.*

*Declaratur uerſus Pſal. 55. Miſerere mei Deus, ibi: In me ſunt Deus uota tua, etc.*

*Ponitur dictum optimum cuiuſdam Rabbini, de ceſſatione Orationũ, et Sacrificiorum. Et declaratur*

*Nehæmiæ.c.13.ibi: Steteruntq; duo Chori,etc.*

Num.175. pag.28.b

*Declaratur uerſus Pſal. 49. Nunquid manducabo carnes Taurorum, &c. vbi reprobantur antiqua Sacrificia,& prophetizatur verum Sacrificium.*
*Ponit rationem; quare Sacrificium laudis honorificabit Deum, &c.*
*Adducuntur auctoritates pro laudibus,ſanctitate, & excellentia Sãctiſsimi Sacrani.ibid.G*

Num.176. pag.29.a

*Sacrificium laudis, dicitur Euchariſtia,quæ interpretatur bona gratia.Et quare ſic dicatur.*
*Euchariſtia nomen Græcum, &c. ibidem. G*

Num.177.& 178.pag.29.a

*In Sacrificio antiquæ legis, quod dicebatur laudis plus offerebatur de pane,quàm,&c.*
*Sacra Euchariſtia dicitur Sacrificium mundum,&c.*
*Et eſt illud qđ dixit Malachias.etc.*
*Nunquàm fuit in mundo,in omni loco Sacrificium tàm uniuerſale, et tàm durabile,&c.*
*Qualiter offerebatur panis azimus, & fermentatus in Sacrificio laudis antiquo,&c.ibid.G*

Num.179.& 180.pag.ead.

*Declaratur auctoritas Iſaiæ 12.ad probandum Sacrificio corporis Meſsiæ facto, fidem nouam eſſe infundendam in cordibus hominum,&c.*
*Gloſſa Chaldaica cogit totũ illud. c. 12.loqui de Incarnatione, & paſſione.*
*Adducuntur auctoritates pro declaratione dicti.c.12.Iſaiæ. ibid. G*
*Dominus noſter Ieſus Chriſtus triplici appellatus nomine inſcripturis,& quare,ibid.G*

Num.181. pag.29.b

*Aqua ſignificat legem nouam.*
*Talmudiſtæ dicunt aquam ſignificare legem nouam.*
*Iſaias uocat Meſsiam Sanctum Iſrael, plus quàm cæteri Prophetæ,& quare.*
*Nullus poterat dare legem nouam poſt legem Moyſi,niſi ſolus Meſſias.*
*Qualiter aqua accipiatur pro Spiritus ſancti gratia:Et pro ſcientia: Et pro choro Apoſtolorum: Et pro iuſtis: Et pro Populis. ibidem.G*

Num. 182.& 183. pag. 29.b, & 30.a

*Quòd lex noua eſſet danda per Apoſtolos probat Gloſſa Chaldaica:et Hierem. capitu. 3. declaratur de illis.*
*Vbi uide clariſsimè,& nu.183.*
*Hierem.c.3.probat ceſsationem ueteris legis.*
*Ponuntur ad longum quatuor cauſæ, quare ad Meſsiam pertinebat legem nouam dare.ibid.G*
*Sibylla vna prophetizauit de Apoſtolis, & Iuda; Et etiam Iſaię. cap.40.& Hierem. cap. 16. & & adducuntur auctoritates pro hoc.ibid. G*

Num.184. pag.30.a

*Spiritus Sanctus à principio in primitiua Eccleſia reuelauit verum ſenſum ſcripturarum,&c.*
*S. Petrus allegauit prophetiam Iſaiæ.cap. 53. ſuper paſsione Chriſti.Et clarius. S. Philippus: Et Mathęus allegauit Iſaię.capitu. 7.&cæt.*
*Citatur Martin.Pereſius pro magiſterio Spiritus Sancti in Eccleſia.ibidem.G*

Num.185.& 186. pag.ead.

¶ *Declaratur auctoritas actor. capitu.17.*
*Iudęi putant,quòd receptio, & admiſsio Chriſti fuerit facta à caſu, &c.*
*Promittit auctor probare aduentum Chriſti per prophetias, et quare hoc facit.*
*Qualiter Iudæi ſint cæci in umbra ueteris legis: Et comparantur ueſpertilionibus; & Noctuę; Et quòd fugiant lucem Euangelij, et quare,ibid. G*

Num.187. pag.30.b

¶ *Referuntur multæ Sacræ auctoritates,loquentes de aduentu Meſſię.quas uide.*
*Deuteron.capitu.32.ibi: Et oblitus es Domini creatoris tui: alia translatio habet: Oblitus es Deũ doloratum tuum, vbi deſignatur paſsio Chriſti.*
*Declaratur. capitu. 27. Actuum, ibi:Nihil extra dicens,quàm quę Prophetæ, &c.*
*Qualiter ſub nomine Moyſi intelligantur quinque libri, quos ipſe compoſuit: Et qui ſint: Et quomodo uocentur ab Hebræis: Et à Gręcis: Et de eorum librorum auctoritate,etc.ibid. G*
*Quidam falſus Saluator nomine Menander diſcipulus Simonis Magi, magiſtro ſceleſtior uenit; et quæ faciebat,et dicebat: Et alius nomine Barchocadas,uir crudelis, etc.ibidem.G*

Nume. 188.& 189. pag. 30.b & 31.a

*Declaratur auctoritas D. Petri Actor.c.3.ibid.*
*Et omnes Prophetæ,etc.*
*Mater Samuelis prophetauit, et in qua uirtute.*
*Item declaratur 2. Regum. capitu. ſeptimo. ibi: Suſcitabo ſemen tuum poſt te, etcæt.quod eſt de Meſsia. Et qualiter Propheta ibi loquatur cum Dauide.*
*Et nota, quòd non dicit de lumbis, ſed de utero tuo, quia de utero Virginis ſolo erat naſciturus.*
*Declaratur etiam Pſal.131.ibi: de fructu*

fructus uentris tui ponam &c. Et 4. Regum. 8. c.
Qualiter Chriſtus habet Patrem in cœlis, & matrem in terris declaratur. ibid. G

Nu. 190. & 191. pag. 31. a

¶ Multa ſunt verba in Pſalterio de Chriſto loquentia.
Pſalmus. 2. loquitur de Meſſia: maximè ibi: Filius meus es tu: Ego hodie genui te.
Gloßa Hebraica, pulcherrima eſt ſuper. Pſal. 2. ubi clare loquitur de Meſſia.
In tribus partibus diuiſæ ſunt diſciplinæ mundi; & de quibus loquatur Gloſſa Hebræa ibidem.
A quo fuerint omnes. 150. Pſalmi compoſiti; & Doctorum auctoritates, & Catholica reſolutio: ibidem. G
In Pſalterio tot ſunt myſteria quot uerba, &c. ibid. G
Citatur auctoritates Doctorum pro explicatione illius Pſalmi. 2. ibidem. G

Nu. 192. 193. & 19.4. pag. 31. b

¶ Ex Iudeorum traditione habetur Pſalmum. 2. intelligi de Meſſia. Et quòd erat creandus creatione noua.
Gloſſa Hebraica concordat in hoc nobiſcum.
In hac noua natiuitate concordat, & declaratur Pſalmus. 71. Ante Solem permanet nomen eius.
In ueritate Hebraica legitur: Ante Solem genitus, eſt nomen eius.
Adducitur Gloſſa in Pſalm. 92. ad probandum quòd loquatur de Meſſia.
Declaratur quid ſignificet: ynnon: & unde deriuatur.
Adducuntur auctores declarantes dictum Pſalm. 71. in illo uerſu: Ante Solem. &c. ibid. G

Num. 195. pag. 31. b

¶ Probatur Meſsiam eße Deum: & genitum à Deo, et quòd eſt ſecunda perſona in diuinis.
Declaratur uerſus Pſal. 2. ibi, Apprehendite diſciplinam: Et quid habeat litera Hebraica.
Patet Pſalmum. 2. loqui de filiatione diuina; ex duobus uerbis ibi poſitis.
Adducuntur auctoritates pro dicto uerſu. ibid. G

Num. 196. & 197. pag. 32. a

¶ Declaratur Pſal. 20. in illo uerſ. Vitam petijt.
Qui Pſalmus, ſecundum Docto. Talmudiſtas, loquitur de Meſsia; & ponitur eorum ſententia, et optima dicti uerſus explanatio.
Declaratur quam uitam petijt ibidem Meſsias.
Reprobatur quædam Iudæorum opinio, ſ. quòd debet ante Meſsiam uenire filius Ioſeph, etc.
Qualiter filius petiit uitam, et Pater ei conceſsit reſuſcitando illum, etc. ibidem. G

Num. 198. pag. 32. a

¶ Mali Prophetæ in ſomniis uident ueritatem, et non percipiunt quid dicant.
Caiphas prophetauit, & non intellexit, ibid. G
Talmudiſtæ confunduntur; quia non intellexerunt.
Longitudinem dierum Chriſti declaratur, uide. G

Num. 199. pag. ead.

¶ Iudæus non poteſt negare uitam corporalem æternam Meſſiæ, ſecundum Rabbinos.
Rabbini conueniunt cum ueritate Eccleſiæ, &c.
Cæcitas affectata Iudæorum modernorum eſt cauſa, ut non conuertantur, uide. G

Num. 200. & 202. pag. 32. b

¶ Declaratur verſus Pſalmi 88. in fine: ibi; Memorare quæ mea ſubſtantia, &c.
Item Pſal. 67. ibi; Aſcendiſti in altum: cepiſti captiuitatem, &c. Qui textus tantum conuenit Deo.
Miratur Pſalmiſta de infidelibus, quare non credant diuinitatem in Meſſia.

Num. 202. pag. ead.

¶ In Parabolis Salomon. capitu. 30. probatur filiationi Diuinis. ibi: Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ, quod nomen eſt eius, & nomen filij eius ſi noſti.
Parabolæ Salomonis, id eſt, Prouerbia. ibid. G
Probatur etiam filiatio in capitu. 3. Canticorum, ex illis uerbis, Egredimini filię Sion, &c. ibid. G

Num. 203. pag. ead.

¶ Liber Sapientiæ non eſt authenticus apud Iudæos, & quare non accepтent illum.
Caput. 2. Sapientiæ loquitur de Domino noſtro, et contentione, quam habuit cum Phariſæis.
De auctoritate libri Sapientiæ: Et an ſit Canonicus: Et à quo compoſitus, &c. ibid. G

Nu. 204. & 205. pa. 32. b. & 33. a

Totus ardet Iſaias, qui totus eſt Euangelium.
Declaratur. c. 2. Iſaiæ. ibi: In diebus nouiſsimis erit præparatus mons Domini, &c. Et quare Textus. c. 2. Iſaiæ, concordat cum ca. 51. ibi: Attende ad me Popule meus, & cæt.
Probatur, quòd in aduentu Meſsiæ debebat exire lex noua de Hieruſalem. Et quando fuit factum, Et confirmatur auctoritate. D. Auguſtini.
Nouiſsimus, capitur, pro ultimo; Et qualiter tempus Meſsiæ in ſcripturis appellatur nouiſsimum: Et declaratur optima prophetia Iacob, etc. ibid. G

Num.206. pag.33.a

Iſaiæ.c.2. ibi : In nouiſſimis diebus, intelligitur de fine Populi Iudaici:& non de fine mundi: et quare.
Quando uenit Ieſus Chriſtus, erant nouiſſimi Iudæorum dies:& fuit completa prophetia Iſaiæ.
Cum hac Iſaiæ prophetia concordat Micheas. c. 4. qui declarat illam Iſaię.

Num.207. pag.ead.

Arguit Iudęus dicens contra prophetiam, quòd non omnes ſequuntur Chriſtum.
Pronomen: Omnes, quid ſignificet, in illa prophetia.
Prophetia illa Micheę uerificatur de Chriſto,& eius Fide.
Etiam hodie verificatur, & uidetur clarè.
Pars Chriſtianorum eſt maior, & ſanior pars, maximè ante ſectam Machometi.
Iſaiæ.c.60.in illo pronomine: omnes, declaratur.ibid.G
Poſtquam auctor ſcripſit quot prouinciæ conuerſę.ibid.G

Num.208. pag.ead.

Poſt Machometum etiam, pars Chriſtianorum adhuc eſt prudentior, ſanior,& melior,&c.
Quare poſt aduentum Meſſię non ceſſant bella,&c.
Et an mutanda eſſet rerum natura propter aduentum Meſsię.
Vita hominis militia eſt ſuper terram; Et adducuntur auctoritates probantes hoc.ibidem.G

Nu.209.& 210.& 211. pag.33.b

Datur uerus intellectus ad ca.9. Zachariæ,ibi: Diſsipabitur arcus belli,& loquetur pacem,&c.
Certum eſt,Zachar.ibi loqui de Meſſia,&c.
Adducitur etiam.ca. finale, eiuſdem Zachariæ, ubi etiam probatur clarè intentum.
Qualiter intelligatur illud Iſaiæ, & Micheæ: Conflabunt gladios ſuos in uomeres,&c.
Lex antiqua iubebat fieri perpetuum bellum.Exo.17.
In lege Meſſiæ non erit præceptum belli,ex lege.& declaratur hęc differentia inter vtramque legem.
Bellum ſpiritus & carnis. uide ibidem. G
Ex iure Diuino eſt percutienti prębere aliam maxillam, & probatur auctoritatibus,ibid. G

Num.212. pag.34.a

Declaratur.c.6.Iſaię,qđ totũ loquitur de incarnatione Domini noſtri.
Iudæi Mecubalini,ideſt,qui ſciunt ſecreta diuina.
Liber quidam erat in Caſtellæ regno: qui dicebatur Cefert Azohar; Et gloſſat totam Bibliam.
Olim Iudæi in Hiſpania, nunc non, &c.ibid.G

Nu. 213.214.& 215. pag.ead.

Declaratur mirabiliter Sanctiſs. Trinitas in illo.c.6.Iſaię,ibi: Sãctus, Sanctus,Sanctus, &c. quam explicationem uide.
Declaratur illud Mathæi. 16.Tu es Simõ Bariona.Et illud Marci. 14. Abba Pater.G
Iudæi clariſſimè crediderunt Trinitatem explicitè,in dictis tribus uerbis explicatis.

Num.216. pag.ead.

Refert auctor aliam auctoritatem, quam legit in dicto libro,in qua declaratur filius Dei;Et quòd Filius Dei ſit ſapientia diuina.
Iudęi Mecubalini multa dixerunt de Trinitate.
Qualiter dicta uerba: Sanctus, Sanctus, Sanctus,Dominus Deus Sabaoth,fuerunt deleta ex libris Iudæorum propter malitiã,etc.ibi.G

Num.217. pag.ead.

Citatur Prophetia Iſaiæ. ca.7. Ecce Virgo concipiet,&c.
Et reprobatur maligna Iudæorum cauillatio,& peruerſitas dicentium non loqui de Meſsia.
Adducuntur auctores qui illud.c.exponunt,ibid.G

Num.218.& 219. pag.34.b

Probat dictam prophetiam loqui de Chriſto promiſſo.
Rex Achaz fuit de Tribu Iuda,& domo Dauid.
Aduerſantes Regi Achaz volebant in Iudęa Regem nouum, facere filium Tabeel,&c.
Deus diligebat domum Dauid propter Meſsiam.
Promittit Deus Achaz,quòd non periret, imo quòd domus Iuda erat duratura per propagationem,&c.
Ad hoc erat neceſſarium credere, & non deficere in fidè.

Num.220. pag.ead.

Dedit Deus occaſionem & licentiam Regi Achaz petendi ſignum ſuæ durationis; Et noluit Achaz, quia tunc erat deuotus, & Catholicus Rex.
Aliter habetur in Hebræo, quàm in uulgata,&c.
Alij dicunt Achaz per ſuperbiam noluiſſe tentare Dominum,nec petere ſignum;Et quòd erat Idolatra? Et quòd ſimulatè dixit: Non petã, & non tentabo. Et quæ ſententia ſit conformior rationi.ibid.G

Nu.221.& 222.pag.34.b.& 35.a

Dominus munificus plus dat quàm petatur.
Audite ergo Domus Dauid, de quibus dictum ſit.
Qualiter intelligantur illa uerba; Nunquid parum eſt uobis moleſtos eſſe hominibus,&c.
Deus remunerat ultra condignum,& punit citra condignum,ibid.G

Num.233.& 234. pag.35.b

¶ Emanuel ſignificat Nobiſcum Deus.

Illud Iſaiæ.c.7. Butirum & mel comedet; de quo fuerit dictum, &c.
Deus mandauit Iſaiæ, quòd cum filio Iaſub exiret contra Regem Achaz.
Qualiter fuit datum à Deo duplex ſignum Iſaiæ.c.7. de illa auctoritate; Ecce Virgo coucipiet.
Duo filij Iſaiæ dati in ſignum durationis, & uictoriæ: & qualiter uocabantur: & quòd erant adulti, & in medio eſt filius virginis.

Num.225.& 226.pag.35.a

¶ Qualiter dicatur ſignum in excelſum ſupra; & uſque ad profundum terræ infra.
Declaratur, & notatur illud Iſaiæ. c.8. Et adhibui mihi teſtes fideles Vriam Sacerdotem; et Zachariam filium Barachiæ, &c.
Zacharias filius Barachiæ quando fuerit.
Templum Eſdræ fuit templum ſecundum, longè poſt Iſaiam per 400. annos, & ultra.
In ore duorum uel triũ teſtium ſtat omne uerum; Et quando ſufficiat unus, & qualis.ibid.G

Num.227. pag. ead.

¶ Miratur Rabbi Aquiba quomodo Propheta adhibuit in uno actu temporis ſui teſtes diuerſos, etc.
Et reſpondetur eius dubitationi, quòd fuit factum ad demonſtrandum, &c.

Num.228.& 229.pag.35.b

¶ Patet ex diuerſitate teſtium negociũ, ſuper quo Propheta illos adhibet, pertinere ad tempus ipſorum.
Signa data Prophetæ Iſaiæ debent pertinere ad tempus illius templi ſecundi.
Probatur ſignum filij virginis pertinere ad tẽplũ ſecundum. Verba illa Iſaiæ.7, antequàm ſciat puer reprobare malum, & eligere bonum, de quo dicta ſint.

Num.230.& 231. pag.ead.

¶ Iudæi uolunt negare, quòd nomen; Alma, non intelligatur de Virgine, ſed de corrupta. Qui reprobantur, ab auctore forti ratione.
Non eſt dicendum, quòd illa Alma fuiſſet uxor Iſaiæ, quia repugnat, &c.
Probatur quia quod magnum ſignum eßet, ſi eſſet filius Iſaiæ, aut corruptæ?
Adhibitus teſtis natus poſt 400. annos. patet ergo hoc ſignum datum Iſaiæ, eſſe mirabile de Alma. & quare.
Communis locutio: per punctum rationis, ibid.G

Numer. 232. & 233. pag. 36. a

¶ Alma, ſignificat adoleſcentulam uirginem.
Declaratur verbum, Cant.1.ſ. Adoleſcentulæ; & Canticorum. 6. ibi. Adoleſcentularum non eſt numerus.
Qualiter habeatur in Hebræo pro his locis.
Concubinarum nomine ueniunt corruptę mulieres.
Verbum; adoleſcentularum, refertur ad virgines.
Citatur, et declaratur authoritas Geneſ. 24. ibi: Ecce ſto iuxta fontem aquæ, et virgo. &c.
Qualiter explicetur uulgariter nomen adoleſcentula Hiſpanicè, Italicè, &c. ibid.G

Num.234. pag.36.a

¶ Iudęi freneticantes dicunt nomen Alma, poni aliquando pro corrupta
Declaratur c.30. Prouerb. ibi: Et viam uiri in adoleſcentia: Et ponitur tranſlatio S. Hieronymi. Et reprobatur Iudeorum falſa ſententia.
Vulgata editio legit in adoleſcentia. ibidem.G

Num.235. pag.ead.

¶ Laudatur ſapientia, et prudentia D.Hieronymi in traductione illius ſententię: Et uiam viri. etc. Ratio eius prudẽtiſſimè traductionis eſt, quia miraculum ibi conſiſtit in virginitate, ut pariat uirgo, exiſtens uirgo.
Alma, uerè ſignificat virginem in ętate grandeuam.

Num.236.& 237. pag. 36.a & b.

¶ Propheta Iſaias, quare non dixit: Betulà, quod eſt verbum appropriatum virginitati, ſed Alma: Ratio quia Alma ſignificat utrũque ſcilicet, virginem, et adoleſcẽtulam.
Beata virgo fuit ſalutata ab Angelo in adoleſcentia.
Et in qua ætate fuit ſalutata: Et qualiter reprehendatur Caietanus dicens fuiſſe. 27. annorum: Et quot annos uixit Beatiſſ. virgo: Et quot Pater noſter, et Aue Maria conſtet corona. &c. ibid.G
Probatur quòd mater Meſſię debebat eſſe uirgo, optima ratione, exẽplo, et authoritate. ibid.G

Num.238. pag.36.b

¶ Qualiter legatur in Hebręo illa authoritas: Ecce uirgo concipiet, et pariet Filium. Quia Iudæi uolebant peruertere miraculum: põdera bene, quia eſt mirabilis lectura contra eos.

Num.239. pag.ead.

¶ Maria fuit virgo in filij conceptione, et partu, etc. quia verba Prophetæ ſunt præſentis temporis, quæ nõ recipiunt ampliationem, quam uolebant Iudæi.
An dicendum ſit: vocabitur, uel uocabit nomen eius Emanuel: et ad quem referratur?

Decla- Ipſa

Ipſa virgo impoſuit nomen edocta ab Angelo in ſalutatione, priuſquàm in utero conciperetur.
Quare oportuit, quòd Propheta diceret Alma; & non Betulà, uel Nabarrà? ibidem.G

Num.240. pag.36.b

¶ Ponitur mirabilis authoritas Iſaię.c.8. ibi: Dominum exercituũ, ipſum ſanctificate.&c.
Notatur qualiter S. Matthæus Euangeliſta.c.21. in fine, allegauit & inſeruit quaſi totam hanc Iſaiæ prophetiam.

Num.241. pag.37.a

¶ Clamant hodie Iudæi; Qualis, aut quomodo potuit eſſe Meſſias Ieſus Chriſtus; ſi ipſe Iudęos deſtruxit aut fuit cauſa diſperſionis.&c.
Reſpõdet author qualiter fuerit hoc prophetizatum.
Qualiter intelligatur illud uerbum Iſaiæ.c.8.in fine liga teſtimoniũ, ſigna legem in diſcipulis meis.

Num.242.& 243. pag.ead.

¶ Declaratur authoritas Iſaię.c.9. Populus, qui ambulabat in tenebris,&c.
Et quando fuerit impleta dicta Prophetia.ibid.
Et qualiter illa Prophetia loquatur de Chriſto.ibid.
Iudæi uolunt intelligi de Ezechia. ſed male.
Ezechias fuit Rex bonus de domo Dauid.
Nota mirabilia contra Sodomitas. ex S.Hieron. Auguſt. & alijs, & pondera miraculum. ibid.G
Qualiter Euangelium dicatur Lux. ibid.G
Ezechię qualitates, & uirtutes ponuntur.ibid.G
Authores, qui declarant.d.c.9. Iſaiæ.ibid.G

Num. 244. & 245. pag.37.b

¶ Qualiter non cõueniant Ezechiæ illa, quæ narrat Iſaias. c. 9. Et qualiter poſſit illi conuenire.
Pſalmus 71. Deus iudicium tuum. qualiter intelligatur da Salomone, & de Chriſto.

Num.246.& 247. pag.ead.

¶ Textus in c.11.Iſaiæ. ibi: Egredietur uirga, de radice Ieſſe. qualiter intelligatur, & ponat uirtutes Meſſiæ ſpiritualiter,&c.
Et non dicit, quòd Meſſias debuerit eſſe victor in armis, & expulſione Gentium.&c.
Reprehenditur falſa Iudæorum opinio de liberatione Populi Iſraelis ibid.
Authoritas: Egredietur virgo,&c. qualiter exponatur Chaldaicè, et Hebraicè. ibid.G

Num.248.& 249. pag.ead.

¶ Allegatur.c.12.Iſaię, ibi: Aurietis aquas.&c.

Decla-



Declaratur Iſai. c. 17. vbi apparet paucos ex Populo Iſrael fuiße cõuertendos ad Meſſiam.
Reſpondetur ad Iudæorum dubium, dicentium; quomodo hodie tam pauci illorum conuertuntur.
Verus Iſrael, qui ſequutus fuit Chriſtum, fuerunt Apoſtoli. qui quaſi omnes fuerunt Iudęi

Num.250. pag.38.a

¶ Multitudo Iudęorum non ſequentium, & paucitas ſequentium Chriſtum, manifeſtat quòd ille fuit uerus Meſſias.
Chriſtiani ſequentes Chriſtum ſunt veri Iudæi, et uerus Iſrael Dei. ibidem.
Iudæi ſunt Iſrael Diaboli, & Sinagoga Satanæ, ut probat Ioan. Apocal.c.3.
Declaratur authoritas Paul. ad Gala.c.vltimo.
Prophetia Iſaię concordat veritati, et dictis Apoſtolorum.
Iudęi olim fuerũt veri cultores Dei. ibid.G
Hodie non ſunt veri cultores Dei.et quare. ibid.
Deus exaltauit Iudæos tempore gratiæ quincupliciter, & ipſi fuerũt ingrati.
Iudæi dicuntur filij alieni.Pſ.17.& quare? ibid.
Iudæi dicuntur filij Abrę, & non Abrahæ, Chriſtiani uerò dicuntur filij Abrahæ, non Abræ.

Num.251. pag.38.a

¶ Declaratur. cap. 19. Iſaiæ loqui de fuga Chriſti in Aegyptum, & Idolorum ſubuerſione.
Hanc hiſtoriam Iudæi negant.
Beatiſs. virgo in qua Ciuitate Aegypti fuit primò, quando fugiebat cum filio: ibidem.G
Beatiſs. virgo primò uenit in Templum, quia non habebat locum in ciuitate.
Idola 365. erant in illo Templo, quibus ſingulis diebus diuinus exhibebatur honor; & qualiter corruerunt.ibid.
Quemadmodum quando filij Iſrael fugerunt de Aegypto, non fuit Domus in qua non remaneret mortuus: ſic Chriſto ingreßo. &c. ibid.
Vide aliam explicationem.d.c. 19. ibid. ex Hectore Pinto. & alijs.

Num.252. pag.38.b

¶ Declaratur qualiter. c. 24. Iſaię loquatur manifeſtè de Meſſia.
Qualiter intelligatur illud prouerbium: Secretum meum mihi. & de quo ſecreto intelligatur.

Num.253.& 254. pag. ead.

¶ Declaratur illa ſententia Iſaię. 24. ibi: Et erubeſcet Luna, & confundetur Sol.
Eclipſis factus fuit in tempore paſſionis Chriſti.
Doctores Iudęi fatentur, quòd in redemptione Meſſiæ erit eclipſis Solis, & Lunæ. Nota aliam expoſition. ibid.
Qualiter dicta ſententia poſſit intelligi

*telligi de die ultimi iudicij. ibidem. G*

Num. 255. pag. 38. b

¶ *Qualiter Iudæus non aſſentit ueritati.*
*Iudæorum Gloſſe in c. 24. Iſaiæ ſunt ſomnia, et uanitates.*
*Iudæi gloſſantes ea, quæ de Christo dicuntur ſemper in circuitu ambulant, ut ſemper Chriſtum fugiant, in eorum damnationem.*
*Allegatur Pſ. 11. vbi hoc habetur. ibid. G*

Num. 256. & 257. pa. 38. b & 39. a

¶ *Explicatur mirabile uerbum Iſaiæ. 25. videlicet. Præcipitabit mortem in ſempiternum: et auferet omnem lachrimam ab omni facie, etc.*
*Iudæi nihil boni dicunt in declaratione huius ſententiæ, ſed quaſi Aſpides ſurdi obturant aures.*
*Qualiter intelligatur uerbum illud: Præcipitabit mortem. vide ibidem. G*
*Vbi multa ſacræ ſcripturæ declarantur teſtimonia.*

Num. 258. & 259. pag. 39. a

¶ *Declaratur illud Oſeæ. 13. Ero mors tua, o mors, etc.*
*Vide qualiter concordat D. Paulus cum Oſea.*
*Meſsias erat venturus ut aperiret uiam uitæ, quæ clauſa extiterat, et ſub cuſtodia pro peccato Adæ.*
*Demonſtrat qualiter erat mors præcipitanda, et tollenda per Chriſtum.*

Num. 260. pag. ead.

¶ *Declaratur qualiter Chriſtus dicatur morſus inferni, et mortis.*
*Qualiter lymbus appelletur infernus, ex quo animas Chriſtus extraxit. vide ibidem.*
*Adducuntur authoritates de diuiſione receptaculorum animarum. vide ibid. G*

Num. 261. pag. 39. b

¶ *Qualiter intelligatur illud Oſeæ. 13. Conſolatio tua abſcondita eſt ab oculis meis. ibid.*
*Omnes in die iudicij reſurgemus ad uitam ſpiritualem perpetuam.*
*Iſaiæ. caput. 26. qualiter intelligatur de iudicio finali. declaratur.*
*Adducuntur authores tractantes de officijs et cõſolationibus pro mortuis faciendis. ibid. G*

Num. 262. & 263. pag. ead.

¶ *Declarantur illa uerba Iſaiæ. 26. Saluator ponetur in ea murus, et antemurale. etc.*
*Item illa: vetus error abijt. etc.*
*Adducitur lectio Hebraica ad illa uerba.*
*Declarantur etiam illa: conculcabit eam pes pauperis, greſsus egenorum. etc.*

Chri-



*Chriſtus dicitur murus, &c. ibid. G*
*Eccleſia eſt Ciuitas munita habens murum altum, & magnum, ibid.*

Num. 264. & 265. pag. 39. b

¶ *Oſtenditur fallacia Iudæorum dicentium debere venire Meſſiam ad liberandum Iſrael à ſeruitute corporali Regnorum, &c.*
*Oſtenditur qualiter totus Iſaias loquatur de aduentu Meſſiæ ſpirituali.*
*Improbantur hæreſes modernorum Iudæorum claudicantium in duas partes, & citatur locus, ibid. G*

Num. 266. pag. 40. a

¶ *Quidam Iudæorum negant reſurrectionem mortuorum; alij illam fatentur, & qui ſint illi.*
*Rabbi Moyſes Aegyptius timuit illam negare.*
*Iudæi infamant Saduceos de hac hæreſi.*
*Rabbi Moyſi Epiſtola de reſurrectione mortuorum, qualiter ſit falſa, & heretica, & quare.*
*Qualiter Philoſophi, & etiam Manichæi errauerunt, in hoc art. reſurrectionis, & de multis authoritatibus Sacræ ſcripturæ pro ea. ibid. G*

Num. 267. & 268. pag. 40. a

¶ *Rabbi Moyſes dicit, quòd qui non credit reſurrectionẽ eo modo quo ipſe ponit, eſt hæreticus.*
*Non credit reſurrectionem corporũ ad gloriam, quia (inquit) membra erunt fruſtra.*
*In Regno Cælorum non eſt eſca & potus. G*
*Deus, ars, & natura nihil faciunt fruſtra.*
*Rabbi Moyſes Aegyptius hereticus multas animas tenet in perditione, &c.*

Nu. 269. & 270. pag. 40. a. & b

¶ *Demonſtratur qualiter Iudæi hodie ſequantur iſtum hæreticum; licèt multi illo meliores, ac ſaniores fuerint illi contrarij.*
*Iudæi dubitant, & dubitabunt de articulo reſurrectionis, donec credant in Ieſum Chriſtum.*
*Talmudiſtarum quæſtio, & reſponſio de reſurrectione mortuorum.*
*Ieſus Chriſtus ſuo ore confirmauit articulum reſurrectionis, probãs illum ex lege.*
*Qualiter Chriſtus venit, et increpauit Iudæos dicens: Erratis neſcientes ſcripturas, etc. increpantur Iudæi quia non crediderunt: Et quare apud Deum non eſt impoſſibile aliquod verbum, ibidem G*

Num. 271. pag. 40. b

¶ *Declaratur illa authoritas, quam citauit Chriſtus Matth. 22. Ego ſum Deus Abraham, &c.*
*Adducitur illa authoritas Chriſti: In reſurrectione nec nubent, neque nubentur, & cætera & ibidem. G*

e Num.

Num.272. pag.40.b

¶ *Agit de gloria, quam habebunt corpora glorificata, cum ſuis formis, & membris, &c.*

*Citantur auctores tractantes de dotibus corporis glorificati. ibid. G*

Num.273. pag. ead.

*Reſpondetur dubitationi illorum, qui dicebant: ad quid deſeruiunt membra in cœlo?*

*Declaratur Prophetia Dan. 13. in fine de fulgore, & gloria beatorum.*

*Declaratur etiam Paul. 1. Corint. 15. pro eodem.*

*Differentia inter Beatos conſtituitur. ex D. Paulo.*

*Ponuntur aliquot rationes, ob quas corpora habebunt præmium in cœlo. ibidem. G*

Num.274. pag.41.a

*Qualiter intelligatur; omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.*

*Damnati erunt in perpetua pœna ſine ſplendore.*

*Deus reddet vnicuique ſecundum opera ſua. ibid. G*

Nume. 275. pag. ead.

*Arguit auctor contra Rabbi Moyſen, de figura Stellarum ad corpora glorificata.*

*Probat qualiter omnia membra humana erunt in gloria, & ſplendore.*

*Membra, quæ nunc ſunt pudibunda, erunt in cœlo ſine horrore, & pudore.*

*Quod nunc eſt turpe uidere; tunc erit decorum.*

*Adducuntur exempla optima de Luna, nube, face, &c. ad corporum gloriam probandam. G*

Num.276. pag.ead.

*Corpora corruptibilia ante peccatum Adæ, erant abſque horrore, & pudore, &c.*

*Declaratur illud Gen. 2. in fine: Erat uterque nudus Adam, & uxor eius; & non erubeſcebant.*

*Comparat auctor corpora glorificata cum corporibus in ſtatu innocentiæ.*

*Ponuntur multa bona ſtatus innocentię, & multa mala cauſata ob peccatum, ibid. G*

Num.277.& 278. pag.41.a.& b

*Plus faciet purificatio peccati, et incorruptionis dos, & gratia, quàm ſtatus innocentiæ.*

*Declaratur Iſai. c. penul. Ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non aſcendet, &c.*

*Reſpondetur argumento Rabbi Moyſi, & increpatur ab auctore.*

Num.279. pag.41.b

*Declaratur auctoritas Philoſophi. 12. Metaph. ī prin. de duabus ſubſtantijs ſempiternis, &c.*





*Concludit auctor dicens hoc tenuiſſe Sanctos, &c.*

*Corpus eſt glorioſum ex totali ſubiectione eius ad animam, & alia multa de hoc uide ibid. G. ubi adducuntur auctoritates.*

Num.280.& 281. pag.ead.

*Probat auctor ualde eſſe iniquum, ſi corpora noſtra, quæ coniuncta fuerant animabus, non reſurgerent, & quòd animæ ſolæ remanerent.*

*Probat fruſtra fuiſſe datam legem ſanctam, & fidem Catholicam noſtris compoſitis, ſi non eſſet corporum reſurrectio: quia anima ſola ſuffeciſſet, nec erat opus compoſito.*

Num. 282. pag. 41.b

*Corporum creatio eſt ſpeciale opus diuinum, quod apparet plus, quā in alijs corporibus.*

*Increpat auctor Rabbi Moyſen, eiuſque peſsimos ſequaces negantes articulum reſurrectionis non attribui Meſsiæ, & eius aduentui.*

*Declaratur illud Iſaię. 28. Et delebitur fœdus ueſtrum, &c.*

*Quare Iudæi non erubeſcunt de ſua proteruia. G*

Num. 283. & 284. pag. 41. b. & 42. a

*Adducuntur uerba illa Iſaię. 28. Ego mittam in fundamentis Syon lapidem, &c. & declarantur de Meſsia.*

*Eccleſia gaudet, eiuſque alumni, quia Chriſtus eſt primogenitus omniū mortuorum.*

*Declaratur auctoritas Apocal. c. 1. de Meſsia.*

Num.285. pag.42.a

*Ex Chriſti, Apoſtolorumq; teſtimonio credimus omnes reſurgere. etc.*

*Philoſophi etiam crediderunt animas, quantum ad intelligere, eſſe perpetuas, &c.*

*Anima cum fuerit forma hominis non debet in æternum ſuo priuari compoſito, ad quod informandum creata fuit.*

*Notatur qualiter Prophetarum dicta fuerint ab innumeris Sanctis, & Concilijs confirmata, ibid. G*

Num.286.& 287. pag.ead.

*Argumentatur auctor ab hominis plaſmatione & animæ creatione ad corporum reſurrectionem.*

*Anima à Deo creata intellectualis, & perpetua ſecundum Catholicos, & etiam prudentes Philoſophos.*

*Deus ex ſua prouidentia premiare, uel punire debet corpora: quia aliàs melioris conditionis eſſet corpus, quàm anima; & melioris conditionis mali, quàm boni.*

*Adducitur locus Geneſ. pro plaſmatione hominis. G*

*Item adducuntur auctoritates Sacrę Scripturę pro Animæ immortalitate. ibidem. G*

*Citantur Philoſophi pro immortalit. animæ. G*

*Adducuntur Sanctorum ſententiæ. & Conciliorum decreta pro ead ibidem. G*

Num. 288. & 289. pag. 42. b

¶ *Hortatur auctor lectores ad credendum articulum de reſurrectione.*
*Adducitur auctoritas Exod. 34. & Paul. 2. Corin. ca. 3. ubi probatur claritas Moyſi ex ſola locutione Dei.*
*Et argumentatur auctor de Moyſe ad corpora glorificata Beatorum.*

Num. 290. pag. ead.

¶ *Declaratur. c. 27. Iſaiæ, contra Iudeos dicentes: Si Chriſtus eſt Meſſias, ubi ſunt Decem Tribus, &c.*
*Adducitur auctoritas lib. 4. Regum. cap. 17.*
*Qualiter Iſaias. cap. 27. loquatur clare de aduentu Meſſiæ demonſtratur.*
*Iudæi malitia & iniquitate pleni noluerunt recipere Meſſiam. ibidem. G*

Num. 291. pag. ead.

¶ *Reprehendit auctor Iudæos oſtendens illis qualiter Prophetia Iſaiæ. c. 27. fuit completa in prædicatione Apoſtolorum.*
*Decem Tribus qualiter fuerint captiuatę apud Sirios, monſtratur: & qualiter remanſit ſola Tribus Iuda, tradit Ioſephus. ibid. G*

Num. 292. pag. ead.

¶ *Notat auctor reuerſionem Decem Tribuum à Babylonia; & dicit quo tempore, uel qua domo exiſtente.*
*Domus ſecunda durauit. 420. Annis.*
*Declarat auctor qualiter illæ Tribus debebant redire in Hieruſalem ad ſonum tubæ.*

Num. 293. pag. 34. a

¶ *Declarat auctor qualiter Apoſtolorum prædicatio fuerit clariſſima tuba, & ueriſſima, quæ in primitiua Eccleſia Iudæos duxit ad Hieruſalem.*
*Adducitur, & declaratur Pſal. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum, ibid. G*
*Nota qualiter, & per quos Euangelium fuit prædicatum omni creaturæ. Perpende miraculum factũ in nocte Natiuitatis Chriſti. ibid.*
*Qualiter Hunni, & Gothi uenerint ad Fidem Catholicam, & de eorum aduentu. ibid.*

Nume. 294. cum duob. ſeq. pag. 43. a.

¶ *Declarat auctor, qualiter intelligantur illa uerba Iſaiæ. 28. Manda, remanda: expecta, reexpecta; modicum, ibi. &c.*
*Probat modum ſaluationis Meſſiæ debuiſſe eſſe ſuauem, & modico ad modicum, &c.*
*Declaratur Michæas. c. 7. ibi; Conſurgam, &c.*

*Verba*

*Verba Iudæorum concordant cum Propheta.*
*Qualiter Iudæi ſint maledicti. &c. ibidem. G*

Num. 297. & 298. pag. 43. a

¶ *Declarantur uerba illa eiuſdem Iſaie. c. 28.*
*Ecce enim Ego mittam in fundamentis Sion. &c.*
*Declarat Author qualiter, ſecundũ communem expoſitorum ſententiam, intelligantur illa uerba de Meſſia.*
*Declarat author mentem ſuam circa Prophetarum explicationem; & quid ipſe intendat.*
*Prophetę omnes principaliter a Deo fuerunt miſſi, vt de Meſſia venturo prophetarent.*

Nota. num. 299. pag. 43. b

¶ *Probat Author intentum, ſcilicet quod licet Prophetæ multa interſeruerint, omnia dirigebantur ad Chriſtum.*

In Gloſſa. litera A.

*Non tantum Prophetarum, ſed etiã multorum Gentilium de Meſſia ſunt teſtimonia.*
*Ponitur habitus, & cętera omnia, quæ geſtabat; & quæ de Chriſto dixit Sibylla Perſia.*
*Concordat cum Oſea. c. 13.*
*Ponitur 2. Sibylla Libica, cum ſuo ornatu, & ijs, quæ de Chriſto dixerit.*
*Concordat cum Ieremia. c. 23.*
*Ponitur 3. Sibylla Delphica cum ſuo ueſtitu, & ſententia, quam de Chriſto protulit.*
*Concordat cum Ieremia. 31.*
*Ponitur 4. Sibylla Emeria, uel Chimica, &c.*
*Concordat cum Ioele. c. 2.*
*Ponitur 5. Sibylla nobiliſſima Eritrea cum ſuo ornatu, & ijs, quæ de Chriſto prædixit.*
*Concordat cum Ezech. 44. c.*
*Ponitur 6. Sibylla Samia cum ſuo ornatu, et carminibus, quæ de Chriſto dixit.*
*Concordat cum Dauide Pſalmo 71.*
*Ponitur 7. Sibylla Cumana (de qua loquitur Virgilius) cum ſuo ornatu, et mirabilibus uerſibus, quos de Chriſto compoſuit.*
*Concordat cum Daniele c. 2.*
*Ponitur 8. Sibylla Helleſpontica, cũ ſua ætate, et ueſte, et ſententia de Chriſto prolata.*
*Concordat cum libro Iudicum. c. 6*
*Ponitur 9. Sibylla Phrygia, cũ ſua ſtatura, ornatu, et ſententia de Chriſto dicta.*
*Concordat Malach. c. 3.*
*Ponitur 10. Sibylla Europea, decora, cum ſuo mirabili ueſtitu; & admirabili præconio de Chriſto Domino.*
*Concordat cum Zachar. c. 9*
*Ponitur 11. Sibylla Tiburtina, uel Abunea, cum loco ſuæ originis, ueſtibus, et ijs, quę de Chriſto dixit, mirabilibus uerbis.*
*Concordat cum Michea. c. 5*
*Ponitur 12. Sibylla Agrippa, cum ſuo mirabili uaticinio, quod de*

*Chriſto*

Chriſto protulit.
Concordat cum Iſaia.c.53.
Ponuntur Authores de ſingulis Sibyllis in particulari, & de omnibus in generali mentionem faciẽtes; et quo tempore vixerint, et de earum antiquitate.
¶ Deinde ponuntur carmina alterius Sibyllæ Lugdunenſis; quæ nota.
Ponitur etiam alia Sibylla uocata Diotima, a qua Socrates didicit.
Ponitur etiam mirabile dictum de Chriſto, inuentum in quodam ſepulchro.
Ponuntur mirabilia uerba quæ Plato de Chriſto dixit.
Ponitur, denique in eodem num. 299.lit.G. miraculũ magnũ operatũ Toleti in Hiſpania; pro Chriſti fide tuenda.

Num.300.& 301.pag.43.b

¶ Declaratur, qualiter S. Prophetę interſeruerint prophetias exterarum nationum.
Declaratur illud Lucę.c.vlt.de diſcipulis euntibus Emaus: qualiter Chriſtus interpretabatur eis ſcripturas.
Iudęi fatentur quòd omnes Prophetę prophetarunt pro diebus, et aduentu Meſſiæ.

Num.302. pag.ead.

¶ Declaratur mens Prophetarũ in prophetando de Chriſto.
Declarat, qualiter ſint intelligendi Chriſtiani authores, et Iudæi dicẽtes Prophetas tantùm de Chriſto prophetaſſe.

Num.303.& 304.pa.47.b

¶ Declaratur.c.29.Iſaiæ. vbi loquitur de Meſſia.
Probat, qualiter Chriſtus fuit ille liber ſignatus, et ſecretus, vbi Iudæi legere neſcierunt.
Et an hoc procederet ex ignorantia, uel ex affectata malitia. ibidem.
Populus Iudęorum ore ſuo, et labijs Deum glorificabat; cor autem longe erat à Deo.
Adducuntur authoritates loquentes de intelligentia et myſterio libri ſignati.ibid.G

Num.305. pag.ead.

¶ Declaratur illud Iſaiæ.29. Peribit enim ſapientia à ſapientibus. &c.
Declarat Author qualiter totus ille textus loquatur de ſancto Iſrael, qui fuit Chriſtus.
Adducuntur authoritates probãtes, quòd Chriſtus dicitur Sanctus Iſrael, Sanctus Sanctorũ, Sol, Leo, &c.ibi.G

Num.360. pag.ead.

Adducitur tex.in c.30.Iſaię, ad probandum, quòd Meſſias debebat eſſe Deus et homo præceptor.

Ad-

Adducuntur authoritates noui teſtamenti, quibus apparet qualiter Apoſtoli, et diſcipuli uocabant Dominum noſtrum Præceptorem.G

Num.307. pag.47.b

¶ Ponit Author authoritatem Ciuitatis Ieruſalem, eiuſque magnificentiam explicatam in cap. 33. Iſaiæ, et ponit cauſam.
Probat ex eodem c. Diuinitatem vnitam humanitati, et aduentum Meſſiæ.
Probat qualiter auferenda erat ab ea Ciuitate Iniquitas.
Adducuntur authores declarantes. ibid.G

Num.308. pag.48.a

¶ Probat Author qualiter tempore Iſaiæ non erat Ieruſalem opulenta, nec perpetua. &c.
Probat qualiter Iſaias loquebatur de Ieruſalem cœleſti, quæ erit tempore Meſſiæ.
Finiti ad infinitum nulla proportio. ibid.G

Num.309. pag.ead.

¶ Notat Author qualiter neceſſario apparet Meſſiam debuiſſe eſſe Cœleſtem, ut daret legem nouam.
Notat inſuper, quòd tempore Iſaiæ non erant ſaluati; quia dicit: veniet, & ſaluabit nos.
Declaratur de qua lætitia loquatur Iſaias; et de qua ſaluatione, et increpat Iudęum.

Num.310.& 311. pag.48.a

¶ Declarat.cap.42. Iſaiæ loqui de Ieſu Chriſto.
Adducit Author lectionem D.Hieronymi; ibi.
Ecce ſeruus meus, etc. et aliam Hebraicam.
De nullo Propheta ſcribitur quòd Deus ſe ſuſtentabit in eo, niſi de Meſia.
Declaratur authoritas Exodi 17.de ſuſtentatione manuum Moyſi. &c.
Ponitur mirabilis ratio de incarnatione ineffabili verbi Dei. ibid.G Nota.
Declaratur illa authoritas: Gloriã meam alteri non dabo.ibidem.

Num.312.& 313. pag.48.a & b.

¶ Notatur pro verbi incarnatione verbum illud Iſaiæ, quòd Deus ſe ſuſtentabit in Meſſia.
Meſſias, inquantum homo, dicitur ſeruus.
Declarat Author qualiter ſaluatio hominum non fuit facta cum homine, aut Angelo.etc.

Num.314. pag.48.b

¶ Probat Author qualiter cap.43. Iſaiæ, loquatur expreſsè de redemptione peccati Adæ.

Addu-

Adducitur et declaratur illa mirabilis ſententia: Pater tuus primus peccauit, et interpretes tui præuaricati ſunt &c. Et nota. G
Capitulum 44. Iſaię loquitur de Baptiſmo.

Num.315. pag.48.b

¶ Declaratur mirabilis illa authoritas Iſa.43
Verumtamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis, &c.
Notat Author, qualiter Deus conqueratur, quod propter peccata ipſe Deus nobis ſeruiuit.
Et declaratur qualiter Deus nobis ſeruierit.
Adducuntur authoritates pro hoc. ibid. G

Num.316. pag.49.a

¶ Declaratur illa auctoritas: Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me.
Deus non habet acceptionem, ut tollat peccata unius nationis, & non alterius.
Declaratur illud. Iſaiæ. 43. Pater tuus peccauit.
Adducuntur auctoritates confirmantes ſupradicta uerba Iſaiæ, ibidem. G
Omnia peccata uirtute meriti Chriſti quantum eſt ex ſufficientia eius, dimittuntur in Sacramentis ab ipſo Chriſto inſtitutis, &c. ibidem.
Quid ſit Sacramenta accipere in uoto, ibidem. Et citantur auctoritates pro hoc.

Num.317. pag.ead.

¶ Declarantur illa uerba Iſaiæ. 43. Reduc in memoriam, & iudicemur ſimul, &c.
Qualiter peccatum Adæ contaminauit totam naturam humanam. &c.
Et declaratur, qui dicantur interpretes Adę.
Probatur quid ſit acceptio perſonarum, et qualiter non inuenitur, nec inueniri poteſt in Deo. ibid. G
Adducuntur authoritates ad hoc, quod Deus eſt Dominus omnium; et quod omnes uult ſaluari.
Adducitur Catholiciſsima authoritas cuiuſdam Rabbini de Chriſto Domino. ibid. G

Num.318. pag. 49.a

¶ Citatur, & declaratur cap. 44. Iſaiæ.
Probat Author, qualiter manifeſtè loquatur Iſaias hic de incarnatione Verbi.
Ponit Author argumentum de peccato Adę, et reſpondet ad illud. videlicet: quare ſi loquitur Propheta de peccato Adæ, quod comprehendit totam naturam humanam, ſe reſtringit ſolum ad Tribũ Iuda. &c.

Num.319. pag.49.b

¶ Declarat Author qualiter externa nationes, quæ debebant conuerti Meſſiam erant idolatræ, & nutritæ in Idolatria.
Oſtenditur, qualiter Iſaias in hoc. c. 44. procuret extirpare illum errorem.
Oſtendit auctor, qualiter uerba Iſaiæ, ſupra non poſsint intelligi de Hieruſalem terreſtri.

Num.320. pag.49.b

¶ Explicat auctor, qualiter cap. 45. Iſaiæ, uſque ad c. 53. loquuntur de Cyro.
Cyrus nondum erat natus tempore Iſaiæ Prophetæ.
Quare Cyrus uocetur Chriſtus ab Iſaia.
Cyrus erat miſſurus Populum in Ieruſalem.
Dicta capitula loquuntur etiam de reditu Populi Iſraelis à captiuitate Babylonica.

Num.321. pag.ead.

¶ Captiuitas Babylonica durauit. 70 annis.
Declaratur qualiter Cyrus reduxit Populum in Hieruſalem per proclama publicum.
Quare lætatur Iſaias de iſto reditu à Babylonia.
Declaratur qualiter Chriſtus dicatur unctus.
Adducuntur mirabiles auctoritates pro intellectu dicti. c. 45. Iſaiæ. Et ex communi Rabbinorum expoſitione concluditur nõ loqui ibi proprie de Cyro, ſed de Chriſto. ibi. G
Declaratur de quo intelligatur illud: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum. ibid. G

Num.322.& 323. pag.50.a

¶ Notat auctor, qualiter Iſaias interſerit hiſtoriam Chriſti cum Cyro.
Declarat auctor ex Aggeo, qualiter reditus Populi Iſrael fuit factus cauſa Meſsiæ.
Ex illo uerbo Iſaiæ: Et iuſtitia oriatur ſimul: notat auctor ſaluationem Chriſti non tantum fuiſſe gratioſam, ſed etiam iuſtam.
Concordat auctor illud Iſaiæ: Et nubes pluant iuſtum, cum Daniele. 7. Ecce in nubibus cœli, &c.
Declarat, qualiter in paſsione Chriſti fuit gratia, & iuſtitia.
Declaratur illa auctoritas Danielis. ibidem. G

Num.324. pag.ead.

¶ Explicantur illa uerba Iſaię. cap. 45. Væ qui dicit patri, quid generas? & mulieri, quid parturis?
Declarat auctor de Patre Deo, et matre Virgine eſſe intelligendum.
Declarantur illa uerba: Sanctus Iſrael plaſtes eius, &c.

Num.325. pag.50.b

¶ Declarat auctor, qualiter illa uerba Iſaiæ, ſupra, ipſe ædificabit Ciuitatem meam, &c. intelligantur de Cyro.

Illa autem uerba: Hoc dicit Dominus: Labor Aegypti. &c. intelliguntur de Ieruſalem.
Declaratur qualiter omnes nationes relicta Idolatria adorabũt Deum &c.
Declaratur qualiter Deus abſconditus dicatur fuiſſe in Ieruſalem: et quis ille dicatur.
Notatur, quare dixerit Iſaias: Verè tu es Deus abſconditus. Et quare ſic appellatus. Et quare voluit Deus carne velari, &c. alia. ibidem. G

Num. 326. & 327. pag. 50. b

¶ Notat Author, qualiter vltima pars cap. 45. Iſaiæ loquatur contra Gentiles Idolatras, propter ſuam prauam conſuetudinem. Quibus non erat data lex Moyſi.
Declarat Author, quare Iſaias hic, et alij Prophetæ ſæpè miſcent Populum Iſraeliticum cum Gentibus, et aſſignatur ratio.

Num. 328. pag. ead.

¶ Declarat Author, qualiter ſentẽtia Chriſti de nouo Populo, concordet cum Iſaia hic
Apoſtolus quoque Paulus Iſaiæ, & Chriſti authoritates confirmauit.
Prophetæ Idolatras increpabãt, & Iudæos de aduentu Meſſię conſolabantur.
Adducitur authoritas alia D. Pauli Apoſtoli in prædictarum confirmationem. ibidem. G

Num. 329. pag. ead.

¶ Notat Author textum Iſaiæ. c. 48. quem dicit clariorem tex. pro Sanctiſſima Trinitate, qui ſit in omnibus Prophetis. Et declaratur.
Gloſſator remittit ſe ad locum ubi agendum erit latius de Sanctiſſima Trinitate. ibid. G
Notatur qualiter ſapientia Dei accipiatur in ſacris ſcripturis pro Filio. Et de alijs ſpeciebus ſapientiæ; et earum diſtinctione. ibidem. G
Qualiter hoc nomen; Spiritus, multipliciter ſumatur; vide authores ibidem. G

Num. 330. & 331. pag. 51. a.

¶ Allegat Author. c. 49. Iſaiæ. qui textus totus loquitur de Chriſto. Et notat qualiter S. Paulus illũ gloſſauit.
Paulus et Barnabas conuerſi fuerũt ad conuertendas gentes. Et citatur hiſtoria, ibi. G
Notat Author quatuor cap. ſequentia Iſaię loqui clarè de Meſſia, & quòd ibi dicitur, quòd pauci Iudæorum erant cõuertendi, &c.

Num. 332. pag. ead.

¶ Notat Author prophetiam Iſaię fuiſſe adimpletam in Petro, & Paulo, &c.
Declarat etiam honorem exhibitum ima-



Adducuntur auctores declarantes illam Iſaię auctoritatẽ, relatam à Chriſto. Et qualiter ab initio fuit peccanti neceſſaria contritio, ibidem. G

Num. 358. pag. 54. b

Citat auctor. cap. 62. Iſaiæ: & tractat de quo debeat intelligi.
Quantum fuit Hieruſalem glorificata ex aduentu, & paſſione Chriſti oſtenditur.
Hieruſalem viſitatur reſpectu Ieſu Chriſti Domini noſtri.
Adducuntur auctores pro ſententia Iſaiæ. G
Qualiter loca ſancta uiſitantur, & de uoto, ibid. G

Num. 359. pag. 55. a

Declarat auctor. c. 63. Iſaiæ, quod loquitur de redẽptione, quæ erat facienda per Meſsiam.
Iſaias reddit gratias Deo pro beneficio redemptionis.
Oſtendit auctor, qualiter Iſaias loquatur de Iudæis adhærentibus Meſsiæ, & de rebellibus.
In fine loquitur Propheta in perſona Iudęorum, condolens de eorum erroribus.
Adducuntur auctores pro intellectu huius, cap. 63.
Declaratur etiam illud: Torcular calcaui ſolus, cum alijs. ibid. G
Afferuntur auctoritates ſacræ, quibus patet multos Iudæos ante, in, & poſt mortem Chriſti in eum credidiſſe, atque conuerſos fuiſſe, ibidem. G

Num. 360. pag. ead.

Oſtenditur qualiter Propheta Iſaias, ca. 64. præſtolabatur aduentum Meſsiæ, in illis uerbis: Utinam dirumperes cœlos, &c.
Declaratur finis. c. 64. cum cap. 65. ubi Iſaias uertit ſe ad exteras gentes, quæ Deum quæſierunt.
Oſtenditur qualiter Catholicis Scriptura patet; Iudæi autem illam ſubuertunt, ibidem. G

Num. 361. pag. 55. b

Declarantur illa uerba: Expandi tota die, &c. de incredulitate & obſtinatione Iudæorum.
Illa uerba: immolant in hortis. Iſaię. 65. dicuntur de Iudæis, quia erãt dediti idolatriæ, & fractioni Legis Moyſi.
Iudæi comedebant carnes ſuillas contra legem, quę præcipiebat eas non comedere.

Num. 362. pag. ead.

In illis uerbis. c. 65. Et qui dicunt, recede à me: reprehenditur Populus Iudaicus Phariſæorum, de illa miſerabili hypocriſi, &c.
Hypocritæ erant fumus in furore Dei.
Chriſtus ſemper fuit abominatus hypocritas.
Nota mirabilem ſententiam contra inuidos, detractores, & Phariſeos. ibid. G

Num.

Num.363.& 364.pag.55.b

¶ Oſtendit auctor, qualiter Chriſtiani manducantes carnes ſuillas, non faciunt contra legem.
Et in quibus ſcripturis erat Iudæis probibitum.
Conſiderat auctor ex Iſaia, qualiter propter ſeruos Dei, qui fuerunt in Populo Iudæorum, non diſperdet totum Populum Iſraelis.
Declarat auctor, qualiter in illis uerbis Iſaiæ.cap. 65.Ecce enim Ego creo, &c. loquatur Propheta alternatim de bonis, & malis Iudæis.
Adducitur auctoritas pro miſericordia Dei.G

Num.365. pag.56.a

¶ Manifeſtè patet ex auctoritate Iſaiæ, qualiter ſerui Dei uocari debebant alio nomine.ſ.non dicentur Iudæi, ſed Chriſtiani à Chriſto.
Explicat auctor quid ſit iurare in Deo Amen.
Chriſtus dicitur Deus Amen.
Chriſtus vetauit iurare, niſi per uerba Amen, affirmare.Vt habetur. Mathæi.c. 5.
Adducuntur auctnritates ad probandum, quòd Chriſtiani dicuntur à Chriſto, & quando inceperunt ſic nominari.Et ubi. Et quòd dicebantur primò diſcipuli. Et quo anno ſedit Petrus in Cathedra Antiochiæ.ibid. G

Num.366.& 367. pag.ead.

¶ Declarat auctor, qualiter Iſaias in illis uerbis.ca. 65. uidelicet: Ecce enim Ego creo; reſpondeat tacitæ cuidam quæſtioni de bonis, & malis, &c.
Declaratur, qualiter boni patiuntur, & perſequuntur, malis autem bene eſt, & lætantur, &c.
Apoſtoli, Martyres, & alij ſerui Chriſti perſequuti.
Iſaias non loquitur de gaudijs terrenis, &c.
Adducitur auctoritas D. Auguſt. quare Deus permittat bonos cruciari, malos uero lætari, &c. ibidem. G
Adducuntur auctoritates probantes quanta tormenta paſſi ſint Chriſti electi, &c.ibid.G
Adducuntur auctoritates ad probandum, qualiter Eccleſia Chriſti ſit Regnum nouum; & quid ſenſerit Origenes, de boc.ibid.G

Num.368. pag.56.b

¶ Iſaias.c. 65. docet uitam venturi ſeculi dicendo finem mundi, ubi erunt cœli noui, &c.
Qualiter cum auctoritate Iſaię concordet.S.Petrus.&c.
Iudæi non intelligentes dictum Iſaię: Ego creo cœlos nouus, &c. malè gloſſarunt, &c.
Dicebant Iudæi, quòd mundus redire debebat ad principiũ, & quòd homines debebãt uiuere mille annis.

Num.369. pag.ead.

¶ Confutatur cæcitas ac malitia Iudæorum.





Numero 344. & 345. pag. 53.a

¶ Declaratur cap. 56. Iſaiæ.Quod capitulum turbat Iudæos, quod non deberet,
Argumentatur Iudæus, qualiter Sabbati obſeruatio non debeat ceſſare veniente Meſſia.
Ad hoc Iudæorum argumentum reſpondet Author: & declaratur quid intenderit Iſaias in hoc præcepto.
Nos ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt &c. Math. cap. 15. non contradicere capitul. vigeſimooctauo, & vltimo Mar. & quomodo intelligenda. G

Numero 346. pag. eadem.

¶ Oſtenditur ex Iſaia ſupra qualiter non erit differentia inter Iudæos, & Gentiles in uocatione Meſſię, quia omnes indiſtinctè uocabuntur.&c.
Declarantur duo teſtimonia Euangelica et alia, quę uidebantur eſſe contraria. ibid.G
Chriſtus pro uniuerſo genere humano uenit: quare, & omnes generatim uocat ad baptiſmum. G
Monſtratur qualiter Chriſtus à principio ſuæ natiuitatis cœpit omnes ad ſe vocare. G.
Anno 1587. Sixto V. Pontif. Max. tres Reges Iaponorum Romam venerunt, eique obedientiam dederunt. G
Miſſi a tribus Regibus Iaponorum honorificentiſſimè accepti doniſque affecti ab Hiſpaniarum Rege. G

Numero 347. pag. eadem.

¶ Declarantur uerba illa finalia. c. 56. Iſaiæ: Quia Domus mea, domus Orationis uocabitur cunctis Populis. et alia ſunt clara.
Illa uerba eiuſdem c. Speculatores eius cæci. etc. intelligũtur de Phariſeis et Scribis Iudæorum, qui omnino errauerunt in aduentu Chriſti.
Adducuntur, et declarantur aliquæ authoritates loquentes de negligentibus, et flagitioſis Paſtoribus, quas nota bene.ibi.G

Num.348.& 349.pag.53.b

¶ Oſtendit Author qualiter c. 57. Iſaiæ loquatur contra Phariſæos et Iudęos.etc.
Declarantur illa uerba: Non enim in ſempiternum litigabo. Et adducitur mirabilis Iudæorum explicatio.
Patet ex dictis Iudæorum qualiter Deus erat iratus cum Adam, et eius progenie.
Adducitur pro confirmatione Concilium Trid. et alia Iura, et Doctores. ibid.G

Num.350. pag.53.b

¶ Adducit auctor capitulum. 53.Iſaiæ,quod proſequitur eandem materiam, ut Deus redarguat hipocritas Phariſeos,qui oſtendebant ſe quærere vias Domini,et à Chriſto, quem inter manus habebant auertebant faciem.

Nume. 351.& 352. pag. 53.b. & 54.a

¶ Allegat auctor finem.c. 59. Iſaię probans latè, quod loquitur de Meſſia,&c.
Probat eius aſſertum ex Iudæorum Gloſſis.ibidem.
Fœdus Redemptoris eſt Spiritus Dei, qui debebat eſſe in Redemptore. Vbi denotatur diuinitas Redemptoris.
Deus homo factus eſt fedus, & lex Meſſię.
Reprehenditur ſenſus Iudæorum extortus literę.
Adducuntur auctores pro confirmatione,ibidem.G

Num.353. pag.54.a

¶ Oſtendit auctor qualiter clariſſimè, & manifeſtè capitulum.60. Iſaiæ loquatur de illis tribus Regibus adorantibus Chriſtum.
Adducuntur Sacri Doctores,& Eccleſię Catholicæ auctoritas, quibus patet loqui de Chriſto,ibid.G

Num.354. pag.ead.

¶ Declarat auctor.cap.61.Iſaiæ: et Notat qualiter Dominus noſter Ieſus Chriſtus ore proprio illud gloſſauerit Lucæ. 4. c. quando dixit:iſtam prophetiam fuiſſe impletam tempore aduentus ſui.
Declaratur qualiter.S. Lucas explicauerit illum paſſum dictæ prophetiæ.
Adducuntur auctores explicantes illam,ibid.G

Num.355. pag.ead.

¶ Notat auctor qualiter Chriſtus non à caſu,ſed data opera aperuerit librum Prophetarum.
Notat etiam quomodo totum capitulum Iſaiæ legit ante quàm dixiſſet:Hodie impleta eſt hæc prophetia in auribus ueſtris.

Num.356.& 357. pag.54.a.& b

Probat auctor qualiter in dicta ſcriptura citata à Chriſto,ſit tota ſubſtantia Fidei Catholicę.
Scriptura,quæ loquitur de Meſsia,dicit ad quid debeat Meſsias uenire, ut ibidem habetur.
Sanctus Andræas fuit,qui prior Chriſtum nouit, & poſtea alij Apoſtoli.
Patet Euangeliorum, & Epiſtolarum mentem prænuntiatam per Iſaiam,& dictam, & confirmatam proprio Chriſti ore.
Reprobantur Iudei referentes ipſam prophetiam ipſi Prophetæ Iſaiæ: quia proprie loquitur de Chriſto.
Andręas,quid ſignificet Hebraicè, & Græcè.ibid.G

Addu-



imaginibus Apoſtolorum, &c.
Allegantur Doctores tractantes de uitis, geſtis, et excellentijs Sanctorum Apoſtolorum. Et notatur, quòd miraculum miraculorum, et omnium mirabilius fuit conuerſio totius mundi,facta per Apoſtolos ruſticanos, pauperes, ignorantes.&c.ibid.G

Num.333. pag.51.b

¶ Adducit Author.c.53.Iſaię: Et notat quòd licèt totum loquatur de paſſione Chriſti; nihilominus debet ſemper legi, et allegari iuncta cauda præcedentis. Quod debet fieri ad uitandas Iudeorum calumnias.
Nota,qualiter ſint intelligenda illa uerba: Quis credidit auditui noſtro. Et quis ea loquatur, et allegantur authoritates.ibid.G

Num.334.& 335. pag. ead.

¶ Gloſſa Ionathę filij Ozielis, eſt multum authentica apud Iudęos.
Qualiter intelligantur uerba illa:Ecce intelliget ſecurus meus, ſecundum dictam Gloſ. et Talmudiſtas quod nota.
Habent Iudæi, quòd Meſsias debebat eſſe ſublimior Angelis Cœlorum; et quòd debebat eſſe Deus.
Communiter tenent Iudæi,quòd hæc Prophetia Iſa. 53. loquatur de Meſsia filio Dauid.
De quo intelligatur verſus Pſal. 8. Minuiſti eum paulominus ab Angelis. Et qualiter Chriſtus ſit maior, uel minor Angelis. &c. ibidem.G

Num.336.& 337. pag.51.b & 52.a

¶ Oſtendit Author, qualiter Rabbi Moyſes in quadam epiſtola, ait. capit.53. Iſaię,loqui de Meſſia, contra alios miſeros Iudæos dicentes intelligi de Ieremia;et alios,qui uolebant intelligi de Populo Iſrael.
Iudæi impij ambulant in circuitu fugientes Ieſu Chriſti lucem, ne uideant.etc.
Quaſi in vanum laborant, qui cum Iudæis contendunt: et quare. ibidem.G

Num.338. pag.52.a

¶ Notat Author qualiter omnes paſſus dictæ Prophetiæ conueniant ipſi Ieſu Chriſto propter miſeriam eius temporalem. etc.
Vita, et mores Domini noſtri Ieſu Chriſti deſcribuntur ab Iſaia.
Dipingitur paſsio etiam, et qualiter paſſus eſt,quia ipſe uoluit. Quod patet etiam in lectione Hebraica.
Adducuntur rationes et authoritates probantes hanc uoluntatem eſſe liberam. ibid.

*& deſerta.*

**Num.339. pag.52.a**

¶ *Declarat Author qualiter ſit in dict. cap. 53. Iſaię, ille uerſus, pro peccato poſuit animam ſuam. & quòd legitur verius in Hebræo; pepercit, aut deleuit.*

*Nota, quòd dicit, peccatum multorum. & quare.*

*Iudæus argumentatur, quòd non loquatur de Ieſu Chriſto. cui reſpondet Author*

*Scrutinium ſcripturarum elicit, 12. concluſiones pro Chriſto.ex. c.53. Iſaiæ. quas vide.G*

**Num. 340. & 341. pag. 52.a & b.**

¶ *Declarantur illa uerba: Sicut in diebus Noe iſtud mihi eſt, cui iuraui, &c.*

*Iurauit Dominus Noe anno 600. vitę eius.*

*Prophetia Iſaiæ incipit à tempore Oziæ Regis, & fuit quaſi in medio temporis templi primi Regis Salomonis.*

*Templum primum durauit 410. ſecundum vero 420. annis. & citantur Doct. uide.G*

**Num.342. pag. 52.b**

¶ *Allegatur, & declaratur cap. 54. Iſaiæ, vbi agitur de Gentilibus Idolatris.*

*Gentilitas qualiter dicatur ſterilis, & deſerta.*

*Populus Iſraelis non dicebatur ſterilis, & quare.*

*Imo erat dilectus, et fructuoſus, vel frugifer.*

*Intentum Iſaię eſt, quòd Gens gentilis poteſt, et debet laudare Deũ. & quare.*

*Gens Iudæorum erat quæ habebat virum. &c.*

*Adducuntur authoritates pro declaratione illius verbi; Lauda ſterilis; & quid importet. ibidem. G*

**Numero. 343. pag. 53. a**

¶ *Declarat Author qualiter. capitulum 55. Iſaiæ manifeſtè loquatur de Meſſia filio Dauid.*

*Declarantur illa verba: Feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles.*

*Totum cap. loquitur de materia conuerſionis Gentis gentilis ad Meſſiam.*

*Probat Author clarè miſſionem Verbi Dei ad nos, quod eſt perſona ſecunda in Diuinis.*

*Adducuntur authoritates pro hoc capitulo, & probatur hoc ſempiternum pactum eſſe Euangelium. G*





*Inter Iudæos eſt controuerſia, de mutatione curſus naturalis tempore Meſsiæ.*

*Oſtendit auctor contra Iudæos, qualiter uerſus Iſaiæ loquatur de ſecundo Meſsiæ aduentu, &c.*

**Num.370. pag.56.b**

*Explicat auctor, quomodo intelligatur uerſus ille Iſaiæ.ca.65. Puer centum annorum morietur.*

*Nota hic de iuſtis, & peccatoribus obſtinatis, uel de inueteratis in peccatis.*

*Idem eſt puer centum annorum, & peccator.100.annorum.*

*Adducuntur auctores explicantes dictam Iſaiæ ſententiam; Puer centum annorum.ibid.G*

**Num.371. pag.ead.**

*Oſtendit auctor, qualiter uerba illa Iſaiæ.c.65. de uineis plantandis, &c. intelligantur ſpiritualiter de tempore Meſsiæ, & declarantur.*

*Declarat auctor qualis, uel in quibus debebat eſſe felicitas temporis Meſsiæ.*

*Adducitur ab Iſaia, et declaratur ab auctore exemplum de ligni plantatione.*

*Adducuntur aliquæ explicationes illius ſententiæ Iſaiæ: & erit ſicut dies ligni; quas nota ibi. G*

**Num.372.& 373. pag. 57.a**

*Declaratur.c.66.Iſaiæ: Et maximè per illa uerba: cœlum ſedes mea, terra ſcabellum, etc. tollit Propheta miſeris Iudæis ſpem, quam ponunt in Hieruſalem terreſtri.*

*Deſignat Propheta ſtatum Sinagogę, & ſtatum Chriſti.*

*Status Chriſti fuit fundatus in paupertate Spiritus; & Sinagoga ſemper conata fuit eſſe diues, etc.*

*Qualiter omnia illa euanuere in aduentu Chriſti.*

*Eccleſia Chriſti quas diuitias uelit, & habeat.*

*Adducuntur auctores probantes Iſaiam loqui hic de Meſsia. Et qualiter homines contemplatiui includantur nomine cæli, ibid. G*

*Adducuntur in exemplum multi Sancti, qui diuitias pro Chriſto contempſerunt. ibid. G*

**Num.374. pag.57.a**

*Oſtendit auctor qualiter in hoc.c.66. Iſaiæ reprobentur Sacrificia animalium in Eccl.Chriſti, & quòd talia nunc facere eſſet ſacrilegiũ.*

*Exponit auctor qualiter intelligatur totum.c.de uocatione Populi Iudaici, & Gentilici; & quòd Deus qui uocabat, non debebat eſſe ſterilis, etc.*

*Laudatur clara et ſimplex Sacræ Scripturæ expoſitio auctoris, diſplicet altera.ibid. G*

**Num.375. pag.ead.**

*Declarat auctor, qualiter illa uerba: Audite uerbum Domini, qui tremetis, etc. intelligantur de ſanctis Chriſti Apoſtolis.*

*Fratres odientes Apoſtolos fuerunt Iudæi Phariſei qui odio habebant Apoſtolos; propter nomen Chriſti, vt Chriſtus explicauit, & ibidem.* G

Num.376.& 377. pag.57.b

*Ponit auctor uerba Iſaię, quæ applicantur Iudęis dicentibus: confundantur Apoſtoli, &c.*

*Ponuntur etiam & declarantur tres voces. ſ. Domini, Templi, & Populi.*

*Oſtendit auctor ex Iſaia qualiter Deus, &c. adiuuat illos, qui tribulantur à malis.*

*Mundus perſecutus eſt Chriſti Apoſtolos: & tamen fides Chriſti dilatata eſt per uniuerſum.*

*Sion qualiter peperit filios multos, antequàm parturiret, quomodo intelligatur.*

*Gens parua Iudęorum in principio peperit multos alienigenas, & ſic peperit maſculinum.*

*Adducuntur auctores pro diſcipulis, &c. ibid.* A. & G

Num.378. pag.ead.

¶ *Declarantur illa uerba Dei. Ego qui omnia multiplico, & alios parerę facio, non Ego pariam?*

*Partus Dei ſignificat multiplicationem, & conuerſionem infidelium ad fidem.*

*Iſaias vocat filios Sion tam Iudæos, quàm exteros.*

*Inuitat Propheta Ieruſalem & omnes ad lætandũ, & ponit cauſam.*

*Verbum Hebraicum poſitum pro partu ſignificat funem, & dolorem, &c. ibid.* G

Num.379. pag.57.b

¶ *Declarat auctor qualiter per illa uerba Iſaiæ.66. Ecce Dominus in igne ueniet, &c. probetur primus Meſſiæ aduentus in Incarnatione; & ſecundus in igne ad iudicium.*

*Notat, qualiter in Incarnatione fuit ignis amoris.*

*Oſtendit auctor qualiter Prophetæ Iſaias per totum.c.66. probet primum Chriſti aduentũ cũ ſecundo.*

*Oſtendit clare qualiter Meſſias debebat mittere ex Apoſtolis & diſcipulis ſuis.*

*Adducitur explicatio Forerij ſuper illo uerſiculo: In igne ueniet. quam nota, ibid.* G

Num.380.& 381.pag.58.a

¶ *Declarat auctor, quando erit illa conſolatio promiſſa à Deo ibi: Ego conſolabor uos.*

*Oſtendit qualiter in ſecundo aduentu Chriſtus faciet iuſtitiam de Iudæis Idolatris, &c.*

*Exponit auctor ex Iſaia miſſionem Apoſtolorum per uniuerſum mundum, ut congregent omnes.*

*Ait Iſaias poſt Chriſti aduentum Sacerdotes non ſolùm eſſe aſſumẽdos ex Tribu Leui, ſed ex omnibus gentibus.*

*Oſtendit Iſaias in ſecundo Chriſti aduentu durationem Iuſtorum perpetuam, ſicut cœli noui, &c.*





*Et ponit pœnam malorum, in fine. d. cap.66.*

*Adducuntur auctores pro explicatione illius ſententiæ; Deus in igne ueniet, &c. ibid.* G

Num.382.& 383. pag.58.a.& b

¶ *Auctor monet Lectores dicens, qualiter Prophetæ ſemper miſcent aduentum primum Chriſti cum ſecundo, & qualiter miraculoſe id faciant, & quare.*

*Iudæi diſſidunt de primo aduẽtu Chriſti, propter eius paupertatem; & non conſiderant ſecundum.*

*Iudæi qualiter retribuerunt mala pro bonis, et qualiter Chriſtum negarunt. ibid.* G

Num.384. pag.58.b

¶ *Incipit auctor explicare auctoritates Hieremię Prophetę facientes pro nobis contra Iudęos.*

*Proponit qualiter uerba Hieremiæ de Meſsia licet non ſint multa, eſſe tamen ſingulariſsima contra Iudæos.*

*Ponitur in Gloßa patria Prophetæ; Et qualiter fuit prius notus quàm in utero formatus; antè ſanctificatus, quàm natus; & de eius Sacerdotio, parentibus, prædicatione, &c. ibid.* G

Num.385.& 386. pag.ead.

¶ *Probat auctor, qualiter per ca. 3. Hieremiæ, debebat Lex Moyſi ceſſare in futurum.*

*Lex Moyſi poſtquàm fuit ſcripta, fuit recondita in latere Arcæ. Et ibi erant tabulæ Decalogi.*

*Filij reuertentes dicuntur pœnitentes Iudæi.*

*Iudæi erant proni ad idolatriam; tamen pœnitentes exaudiebantur à Domino.*

*Declarantur illa uerba: Et aſſumam uos unum de ciuitate, & duos de cognatione, &c.*

*Adducuntur mirabiles auctoritates de Dei miſericordia cum conuerſis ad ſe, ibid.* G

*Ponũtur duo, quæ requiruntur in bono Paſtore, & qualiter fuerunt in Chriſto, &c. ibid.* G

Num.387.& 388. pag.59.a

¶ *Explicat auctor qualiter intelligatur dictum Hieremiæ. ſ. quòd tempore futuro debebant pauci ſumi, & introduci in Sion, &c.*

*Oſtendit etiam illud non accidiſſe in tempore Templi Salomonis uſque ad captiuitatem Babylonis, etc.*

*Et patet, quòd hoc contigit tempore Chriſti, etc.*

*Probat auctor per auctoritatem Hieremiæ legem Moyſi debuiſſe ceſſare, quando ſupradicta erãt futura.*

Num.389. pag.ead.

*Argumentatur Iudæus contra Chriſtianos, quòd præcepta Legis debebant ceſſare, etc.*

*In lege Moyſi ſunt duo præceptorũ genera affirmatiua. ſ. et negatiua. etc.*

*Oſtendit auctor, quę præcepta debebant ceßare, et quæ non. Quod etiã patet ex litera textus, quam literam et aliam adducit ad hoc.*

Adducũtur multæ authoritates probantes differentias omnium præceptorum, & quæ ceſſarunt. Et qualiter reſpondeatur ad contraria huius.c.3.Ieremiæ.Et reprobatur falſitas Iudæorum dicentiũ in aduentu Meſſiæ eſſe illis reſtituendam arcam, &c.ibid.G

Num.390. pag.59.b

¶ Declaratur illa authoritas: Nec viſitabitur arca, &c.
Declaratur etiam illud: In tempore illo vocabitur Ieruſalem Domini ſolium.
Oſtenditur quo tempore prophetauerit Ieremias.
Tempore Ieremiæ erat in Ieruſalem Regnum, & Sacerdotium, &c.
Adducuntur authoritates probãtes quo anno prophetauit Ieremias, & quando fuit ductus in captiuitatem, &c.ibid.G

Num.391. pag.ead.

¶ Probat qualiter erant congregandæ omnes gentes in nomine Domini ad Ieruſalem.
Declaratur litera illa; Terra, quam dedi patribus veſtris; & qualiter intelligatur de gloria cœleſti.
Oſtenditur ſenſus illorũ uerborum: Ibit Iuda ad domum Iſrael, & quare.
Oſtenditur multos Iudæos lapſos in Idolatriã conuerſos fuiſſe ad Chriſtum, & ueniſſe ad Ieruſalem.
Adducũtur multæ authoritates pro declaratione illius ſentẽtiæ, ſupra. & qualiter pro Aquilone intelligatur ſtatus peccati, &c.ibid.G

Nu.392.& 393. p.59.b.& 60.a

¶ Oſtendit Author, qualiter in hoc textu Ieremiæ.3.fundatur Doctorum reſolutio dicentium, veniente Chriſto, Legem Moyſi fuiſſe mortuam; deinde mortiferam.
Probatur ceſſatio Legis Moyſi, & qualiter non erat ponenda ſpes in ea.
Adducuntur authoritates ad probandum Sacrificia omnia illa umbram fuiſſe myſteriorum legis Euangel.
Et qualiter Euangelium ſit lux. Et qualiter omnia illa Sacrificia ueteris legis fuerint abolita, &c. ibid.G

Num.394. pag.60.a

¶ Reſpondet Author obiectioni Iudæorum, & declarat qualiter ceſſarunt Decem præcepta.
Et qualiter ceſſarunt omnia Moyſi præcepta quæ conſiſtebant in factis. Et ſolum gentes iuerunt ad gloriam & laudem Dei ad Ieruſalem, vnde exiuit lex, &c.
Oſtenditur quale fuit uerbum quod exiuit de Ieruſalem, ſcilicet, quicunque baptizatus fuerit in nomine Patris, &c.
Argumentatur Author contra Iudæos de tabulis, &c.
Adducũtur authoritates ad probandum, quot fuerint præcepta affirmatiua, & quot negatiua, &c.G
Pro-

Probatur præceptũ Baptiſmi, ibi. G

Num.395.& 396. pag.60.a.& b

¶ Oſtenditur qualiter arca, tabulæ, & lex Moyſi ſua manu ſcripta debebãt perire, & ceſſare. Quia nõ erat credendum quòd tales reliquiæ perirent, ſi lex Moyſi fuiſſet ſeruanda in futurum, &c.
Quare in Ieremia non fit mentio de tabulis, &c.
Tabulę & aliæ reliquiæ ſunt perditę mirabili ſecreto Dei, &c.

Num.397. pag.60.b

¶ Reprehendit, & monet Author Iudęos, & quare.
In lege Moyſi nihil fuit perfectum, nec gloria cœleſtis promiſſa.
Vult Iudæus docere Chriſtianos, qualiter debeant legere ſacram, et reprobat Chriſtianorũ argumẽta.
Adducitur Authoritas D. Pauli ad probandum imperfectionẽ Legis Moyſi, ibid.G

Num.398. pag.60.b

¶ Hortatur author Iudæum ad conſiderationem doctrinæ pro intellectu Sacræ ſcripturæ.
Et doctrina eſt hæc: Quòd omnes Prophetiæ principaliter fuerunt factæ pro inſtructione, et doctrina currentis temporis Prophetæ prophetantis, vt quilibet in tempore ſuo corrigeret, et emendaret uitia Populi, ſiue temporis tunc currentis, etc.
Omnes Prophetæ prophetarent de Meſſia, etc.

Num.399.& pag.60.b

¶ Rabbini ipſi fatentur Prophetas non prophetaſſe niſi pro diebus Meſſiæ, ideſt principaliter de illo loquebantur.
Intentio principalis Ieremiæ hiſtoriæ erat corrigere Iudæos de Idolatria, in qua tunc errabant, &c.
Adducuntur authores citantes authoritates Sacræ ſcripturæ loquentes de Meſſia, & hoc in generali, ibid.G

Num.400.& pag.60.b

¶ Loquitur Author de Meſſia quaſi de ultimo fine.
Oſtendit qualiter Propheta loquebatur de Meſſia, prout illi Deus dabat, & uide ibid.G
Monet Author Iudæum, ne miretur de contextura ſcripturæ Prophetarum, & quare.
Tribus modis reuelabat Deus diuina myſteria Prophetis, & ponuntur ibidem, & declarantur aliqua diuina myſteria Sacrę ſcripturæ. G
Prophetæ uno eodemque ſpiritu contexuerunt prophetias; quia magna eſt inter eos concordia, & quare, ibid.G

Num.401.& 402. pag.61.a

¶ Declarat Author, qualiter, in c.7. Ieremię, intendat extirpare ſcelus Idolatriæ Iudæorum.
Reprobatur hic falſa Iudæorum de Meſſia expectatio, & reditus in Ieruſalem.
Repro-

Reprobantur etiam à Propheta holocauſtomata carnium et ſanguinum, etc.

Tractat qualiter Sacrificia non fuerant inſtituta ad finem conſequendæ glorię, ſed ut euitaretur Idol.ↄ.

Oſtendit Ieremias in hoc c.7. mutationem loci Silo ad Ieruſalem, et quare.

Sacrificium, holocauſtum, et pacifica differunt, & in quibus. ibid. G

Adducuntur authoritates ſacræ ſcripturæ, quibus Deus ſacrificia uetera renuit accipere. ibid. G

Num.403. pag.61.a

¶ In c. 8. Ieremias reprehendit Iudæos, tractando de Miluo, Cycconia. & c.

Probat qualem cognitionem habeāt animalia. &c.

Iudęi ex affectata malitia non cognouerunt Mesſiam.

Vide multa notabilia de Miluo, Hirundine, Cyconia, & Turture: et quid habeant boni, et mali, et qui ſignificentur in eis. ibidem. G

Num.404. & 405. pag.62.a.

¶ Arguit Ieremias contra Iudæos, qui non cognouerunt tempus redēptionis.

Prophetæ ſepè loquuntur de futuro per modum pręteriri propter certitudinem Prophetiæ.

Reprehendit Ieremias illos, quia ſe dicebant ſapientes, et ignorabant.

Num.406. & 407. pag. ead.

¶ Oſtenditur qualiter c.16. Ieremiæ loquatur de aduentu Mesſiæ.

Exclamat Author contra Iudæos oſtendendo qualiter lex Moyſi debebat ceſſare per aduentum Meſſiæ.

Lex Moyſi erat fundata ſuper eductione Iſraelis de terra Aegypti.

Aegypti regio accipitur ſæpè pro peccato: ibid. G

Ponitur mirabile de quodam fonte; et alia mirabilia terræ Aegypti. ibidem.

Num.408. pag.62.b

¶ Obſeruatio diei Sabbati erat propter memoriam liberationis Aegypti.

Argumentatur Author, et probat clarè ceſſationem legis Moyſi ex dicto Ieremiæ. Et refert ſe Author ad tractatum de obſeruatione Sabbati infra.

Num.409. pag. ead.

¶ Declaratur illud: Viuit Dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis &c.

Filij Iſrael miſſi ad exteras terras omnes perdiderunt nomen ſuum, et fuerunt Idolatræ.

Iudęi dicunt, quòd tempore Mesſię illę decem Tribus, quia fuerunt idolatræ non redibunt in Ieruſalē.

Ponuntur primi Idolatræ mundi: et adducuntur Authores tractantes de hoc uitio, de eius grauitate, et punitione. etc. ibid. G

Num.410. pag. ead.

¶ Iudæi errant credentes, quòd ſolis Iudæis obſeruatoribus legis Moy

ſi





ſi debeat uenire Mesſias.

Iudæi dicunt Iudęos idolatras non eſſe de Populo Iſrael: Et dicunt clarè contra Ier.c.16. Vbi declarat qualiter erant uocandi. &c.

Adducuntur Authores ponentes errores Iudęorum: Et narratur miraculum magnum ſummeque notandum ad confundendum Iudęos ibid. G

Num.411. pag.62.b

¶ Declarat author qualiter ad Meſſiam, & ad Ieruſalem cæleſtē erant uocandi omnes filij Iſrael, ēt ſi eſſent idolatræ.

Oſtenditur declaratio prophetię Iacob Patriarchę in benedictione Iudæ, ſecundum ueram literam.

Declaratur illa Authoritas: Quemadmodum omnes in Adam moriuntur: ita in Chriſto, &c. Vbi poteris notare multa, quæ adducuntur. ibid. G

Num.412. & 413. pag.63.a

¶ Probat Ieremias qualiter iſta uocatio, et eductio de omnibus gentibus erit maior, et nobilior, quàm eductio Aegypti. & quare.

Declaratur illa authoritas Iere.16. Ad te gentes uenient, &c.

Concludit Author contra Iudęos, quòd lex Moyſi debebat ceſſare, quia hoc probare cupiebat

Declaratur illa authoritas: Ecce. n. ego mittam paſtores multos. etc. Ierem.16. Et concordat cum illa Math.4. Faciā uos piſcatores etc.

Num.414. & 415. pag.63.a. & b

¶ Oſtendit Author qualiter. c. 23. Ieremię loquatur de aduētu Meſſiæ filij Dauid.

Adducit ad hoc illa uerba: Et hoc eſt nomen quod uocabunt eum, Dominus iuſtus noſter. Et ita intelligunt omnes etiam Iudęi loquī de Mesſia.

Notatur hic perfidia Iudæorum uolentium peruertere hunc Ieremiæ locum: & eā optimè refellit author noſter declarando locum catholicè.

Adducuntur Doctores probātes ex hac ſententia Mesſiam Deum verum, et hominem eſſe. ibid. G

Declaratur illud verbum: Suſcitabo Dauid germen iuſtum: et in quo caſu ſit Dauid. Et qualiter Chriſtus uocatur, Oriens, & multa alia, vide ibid. G

Num.416. pag.63.b

¶ Probat Author qualiter Iudæi ſuſtulerunt illum accuſatiuum: eum, &c.

Oſtendit clare Author Meſſiam debere eſſe ex progenię Dauid, ſecundum carnem.

Adducuntur Doctores tam Catholici, quàm Hebræi declarantes optimè hoc. ibid.

Num.417. pag.63.b

¶ Ponit Author, quod ſit nomē Dei quatuor literarum, et explicat illud; et monſtrat qualiter ſoli Diuinæ competat eſſentiæ.

Iudæi obturantes aures mirantur

quo-

quomodo Meſſias nominatur cũ nomine Tetragrammaton. &c.

Num.418. & 419. pag.64.a

¶ Probat Author qualiter Moyſes impoſuit nomen Altari: Dominus exaltatio mea: & quid ſignificet ibi ly: Dominus; & quare.
Concedit Author, quòd Dominus erat ibi in Altari, & quomodo erat, &c.
Probat etiam Ciuitatem Ieruſalem vocari in ſcriptura nomine Tetragrammaton. & quare: Et quomodo Iudæi fugientes vnam difficultatem inciderunt in aliam.

Num.420. pag.ead.

¶ Locus ſacer in ſcriptura uocatur nomine Tetragrammatõ, & etiã Meſſias.
Probat aliter eſſe Deum in Meſſia, & aliter in locis ſacris.
Adducuntur Authores mirabiliter declarantes hanc exiſtentiã Dei in Meſſia, & locis ſacris. ibid.G

Num.421. pag.ead.

¶ Adducit Author. c. 30. & 31. Ieremiæ ad probandum aduentum Meſſiæ.
Populus Iudaicus ante aduentum Meſſiæ habebat anguſtias quaſi parturientis, quia tunc perdiderunt Regnum, & fuit Rex in Iudæa Herodes.
Tempore aduentus Chriſti ſoluebant Iudæi cenſum Cæſari.
Item, emebant Sacerdocium annuatim contra legem, et conſuetudinem antiquam.
Adducuntur authoritates Euangelicæ de redditione cenſus Cæſari, &c. ibid.G

Num.422. pag.64.b

¶ Summus Sacerdos Iudæorũ erat perpetuus, ut hodie Papa eſt etiã ad vitam.
Ieremias iuſſit ſcribi in libro conuerſionem Populi, Iacob. c.30. Iere.
Declarat illa uerba: Vocem terroris audiuimus. Et dicit, quæ uox terroris erit hæc: & declarat, quod fuit in perditione Regni Iſraelis, & ſubmiſſione Cęſari.
Et ponit qualiter Populus fuit liberatus ab illa tribulatione per Meſſiam.
Et dicit Propheta, quòd non dominabuntur alieni. &c.
Adducitur aurea ſententia, quæ explicat principalia officia, quæ Chriſtus fecit in terra. ibid.G
Remiſſiuè citatur pro illa quæſtione; An Chriſtus fuit Rex temporalis per lineam Dauid. ibid.G

Num.423. pag.ead.

¶ Probat Meſſiam eſſe Deum, cui ſeruiendum.
Ex tex. ibi: Et erit Princeps, &c. colligit Author Ieremiam in hoc c. loqui de ſaluatione ſpirituali, et uocatione faciẽda de populo, etc.
Et hanc ſententiam confirmant ipſimet Iudæi.





Num.424. pag.64.b

¶ Declaratur. cap. 31. Hieremiæ: ibi: Vox in excelſis audita eſt lamentationis, & fletus, &c.
Adducit auctor lecturam, quam dicũt Iudæi, ſuper illa uerba; quia non ſunt. Ipſi enim aliter legunt in Hebræo.
Iudæi mali etiam prophetant aliquando uerum.
Rachel, interpretatur, Ouis.
Adducuntur auctores probantes unã auctoritatem Sacræ Scripturæ plures poſſe habere ſenſus literales, etc. ibidem.G

Num.425. pag.65.a

¶ Exponitur illa auctoritas: Quia creauit Dominus nouũ ſuper terrã.
Non eſſet nouum niſi fœmina eſſet uirgo, &c.
Qualiter dicatur: fęmina circundabit uirum.
Adducuntur auctores pro declaranda illa auctoritate: Fœmina circundabit, &c. ibid. G
Adducuntur Doctores probantes quid fuerit dictum Chriſto in ipſius conceptione. ibid.G

Num.426. pag.ead.

¶ Oſtendit auctor, qualiter illa verba: Non dicent ultra, patres comederunt vuam acerbam, debere intelligi de peccato originali, & redemptione Generis humani.

Num.427. pag.ead.

¶ Per illa uerba Hierem. 31. concordata cum c.3. & cum S. Paulo ad Heb.8. ait auctor probari clarè ceſſationem legis Moyſi.

Num.428. pag.65.a

¶ Adducitur auctoritas, qua Deus promittit ſe propitiaturum peccato hominum. Et adducitur contraria lectio Hebraica, & concordatur. vide. G
Contrariorum eadem eſt diſciplina. G

Num.429. & 430. pag.65.b

¶ Quærit auctor utrum lex Moyſi tollebat peccata Populi, & quę.
Declarat, qualiter peccatum commune non tollebat lex Moyſi, & in qua uirtute erat tollendum.
Declarantur illa uerba; à minimo uſque ad maximum.
Peccatum minimorum, erat peccatum Adæ.
An, & qualiter peccatum originale erat ſublatum per circunciſionem? & quare non perfectè.
Adducuntur Doctores declarantes illud Danielis, ut finem accipiat peccatum, &c. uide ibid. G

Num.431. pag.ead.

¶ Oſtendit auctor qualiter per legem nouam, & mediante Baptiſmo, & paſſione Chriſti, Deus propitiatur peccatis, &c.
Baptiſmus aperit ianuam cœli, &c.
Non tantum Deus propitiatur peccato, ſed dicit ſe non memorari peccati, &c.
Quamuis circũciſio tollebat peccatũ, adhuc erat memoria peccati, quia non aperiebat cœlum, &c.
Adducuntur auctores multa probantes

tes de uirtute, & effectibus Baptiſmi.ibid.G

Probatur qualiter Chriſtus aperuit cœlum,ibid.G

Num.432. pag.66.a

¶ Declarantur illa uerba Hierem.31. Ecce dies uenient, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino.

Manifeſtantur in hac litera clarè multa loca paſſionis Chriſti,&c.ut ibi: Exibit ultra normam menſuræ.etc.

Chriſtus coram Anna Pontif. ductus fuit,&c.G

Propheta hic uocat Annam Annael, & quare.

Adducuntur exempla qualiter turres nominantur ab illa familia,quæ ædificauit,ibid.G

Num.433. pag.ead.

¶ Explicat auctor illud Prophetæ: Et circuibit Goata, pro Golgotha. Et omnem uallem cadauerum;pro monte Caluariæ,ubi cadauera erant.

Ventilatur pulchra quæſtio, ubi nam fuerit corpus Adæ ſepultum? uide ibi latè. G

Num 434 & 435. pag.66.a.&b

¶ Auctor declarat optime omnia loca ſacra ex ipſomet Hieremia.31.ca. & uide.D.& G

Num.436. pag.66.b

Declarat Author qualiter.c.33.Ieremię loquatur de aduentu Chriſti.

Notat,inſuper Author,Dauidem nominari quater in hoc c. cùm multo antea fuerat mortuus.etc.

Manifeſtatur malitia Iudæorum,qui, cùm hòc etiam confiteantur, adhuc Meſſiam expectant.

Num.437. pag.66.b

¶ Mirabile,ait Author, eſſe quòd Ieruſalem in aduentu Meſsiæ debebat uocari, Dominus iuſtus noſter.

Nunquàm antea Ieruſalem fuit uocata nomine Dei Tetragrammaton ſicut, &c.

Adducuntur Authores tractantes de nominibus Ieruſalem, et de eius excellentijs,etc. ibid.G

Num.438. pag.ead.

¶ Oſtendit Author tantam eſſe Meſſiæ dignitatem,vt locus eius dicatur Deus.etc.

Notat Author,in Hebræo aliter legi, uocabunt eam,etc.

Declarat illa verba: Principes ſeminis Abraham, intelligi de Apoſtolis,et Diſcipulis Chriſti,qui fuerūt Principes ſeminis Abraham.

Adducuntur Authoritates pro Apoſtolis.ibid.G

Num. 439. & 440. pag.67.a

¶ Arguit Author contra Iudæos dicentes Meſſiam debere habere filios,et prolem carnalem, quos redarguit, et manifeſtè confundit.

Concludit deinde multa eſſe in Ieremia teſtimonia pro Meſſia tūc futuro, & nunc prǫterito.

Num..441. pag.67.b

¶ Declarat Author qualiter in c.4. Lamentationum Ieremiæ,ſit locus loquens de captione Meſſiæ in eius paſſione. et declarat locum.

Reprehendit item Iudęos dicentes loqui Ieremiam de captione Regis Sedechiæ,à Nabuchdonoſore.

Adducuntur Authores loquentes de libro Lamentationum Ieremię, & eius combuſtione, & qualiter poſtea fuit dictatus.etc.ibid.G

Adducuntur multa teſtimonia ad probandum,quòd Ieremias d. c.4. loquatur de Chriſto; et quòd non poſſit intelligi de Sedechia. ibidem. G

Nume.442.& 443. pag. 67.b

Oſtendit Author Iudęis lamentationes Ieremiæ non ſolùm factas fuiſſe pro illo tempore.etc. Sed etiam fùerunt factæ in ſpiritu pro ultima deſtructione Ciuitatis Ieruſalem, quā non uidit oculariter Ieremias.

Probat hanc ueritatem communis Iudæorum ſententia.

Quid ſignificēt illa uerba: Plorās plorauit in nocte exponitur.vide benè.

Num. 444. pag. 68.a

Probat Author Iudæos confiteri lamentationes Ieremiæ factas fuiſſe propter deſtructionem templi ſecundi.

Iudæi faciunt ieiunium deſtructionis domus ſecundę,et tunc legunt lamētationes Ieremię.

Concludit Author uerba illa: Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus; intelligi de Meſſia.

Adducuntur authores pro ieiunijs Iudæorum.ibid.G

Num.445.& 446. pag.ead.

Ponit Author differētiā inter lectionē Hebraicā,et Latinam in d.c.4.

Apoſtolorum verba Lucæ ultimo,cōformantur cum illis Ieremię:Spiritus oris noſtri.etc.

Declarantur ad confuſionem Iudæorum,illa Ieremiæ uerba: Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet ultra.etc.

Probat Author qualiter Iudæi poſt captiuitatem Babilonicam, et poſt redemptionem dictę captiuitatis, non erant vlterius captiuandi.

Num.447.& 448. pag.68.a. & b

Arguit Author contra Iudæos probans illos non eſſe Iudæos,ſed Sinagogam Satanæ.

Veri Iudęi dicuntur Apoſtoli, et alij ſequentes Chriſtum, et fueruut redempti in domo ſecunda per Chriſtum.

Excuſat Author Prophetam à mendacio impoſito.

Adducuntur authores probantes triplicem Iudæorum captiuitatem. ibid. G

Num.449. pag.68.b

Tranſit Author ad Ezechielem,quia apud Iudæos non habetur Baruch.

Chriſtiani credimus Baruch locutum ex ore Ieremiæ,quia erat eius notarius.

Adducuntur authores loquentes de Baruch,et alios,qui nullam mentionem de eo fecerunt.ibid. G. vbi inuenies alia multa.

Num.450. pag.68.b

Propheta Ezechiel ubi,et quando prophetauit.

Propheta Ezechiel dicit Legem Moy

*ſi datam Iudæis non eſſe bonam; nõ
dicit eſſe malam. Et probat, quare
non erat lex bona.*

*Probat præcepta legis Moyſi non da-
re vitam æternam, et ideo non erãt
bona, etc.*

*Ponitur origo, officium, ſanctitas, pro
funditas prophetiæ Ezechielis; Et
qualiter non licebat Iudæis inter-
pretari eum ante 30. annum, et ad
ducuntur authores ad hoc. ibid. G*

*Adducuntur etiam alia loca Ezechie
lis nõ poſita ab Authore, quæ pro
bant contra Iudæos, ut ibidem uide
bis, ſub litera. A*

*Adducuntur Authores probantes
qualiter intelligatur illud: Ego de-
di eis præcepta nõ bona, et iudicia,
in quibus non uiuent etc. et alia. ibi
dem. G*

Num.451. pag.69.a

¶ *Patet ex iis, quæ adducit Author
ex capitu. 34. Ezechielis, Meſ-
ſiam eſſe Deum: quia ibi: Ser-
uus meus Dauid, intelligitur de
Meſſia. &c.*

*Adducitur (præter Authorem) Au-
thoritas. c. 36. ubi probatur inten-
tum contra Iudæos: & citantur au
thores pro declaratione. ibid. G*

Num.452. pag.ead.

¶ *Adducit Author. c. 37. Ezechie-
lis, in multis locis ad probandum
aduentum Meſſiæ.*

*Item (ultra Authorem) declaratur
alius locus d. c. 37. de duobus li-
gnis: & ponuntur aliquæ bonæ ſi-
gnificationes illorum lignorũ. ibi. G*

Num.453. pag.69.b

¶ *Probat Author ex c. 38. & 39.
Ezechielis bella illa inter Gog, &
Magog, quæ fuerunt in fine domus
ſecundæ, ante aduentum Chriſti,
Itẽ probat ex c. 40. qualiter Eze-
chiel incipiat ponere ędificium Ie-
ruſalem ſuperioris.*

*Probat Author uerè loqui Prophe-
tas de Meſſia filio Dauid; & falsã
eſſe Iudæorum expectationem.*

*Adducuntur authoritates pro Gog, et
Magog, & de origine Gothorum.
ibid. G*

*Adducitur (ultra Authorem) c. 44.
vbi loquitur Propheta de porta il-
la clauſa, &c. ibi. vbi etiam expli-
catur c. vltimum benè. G*

Num.454. pag.70.a

¶ *Promittit Author in principio ex
plicationis Danielis probare Chri-
ſtum filium virginis Mariæ eſſe
Meſſiam in lege promiſſum.*

*Probat Danielem prophetaſſe poſt
Ezechielem.*

*Adducuntur Authores, atque hiſto-
riæ de natiuitate, loco, uita, conuer
ſatione, ſpiritu, pulchritudine, parẽ
tibus. etc. Prophetæ Danielis: quæ
omnia nota diligenter. ibid. G*

*Probatur Prophetas maiores eſſe
quatuor, quorum nomina uide ibi-
dem. G*

Num.455. pag.ead.

¶ *Notat Author hiſtoriam ex Act.
Apoſt. c. 18. ubi quidam Iudęus no
mine Apollo conuincebat Iudæos,
oſtendens Chriſtum Ieſum, &c.*

*Mirabatur auctor de Apolline illo, &
quomodo probabat omnem Chriſti
uitam ex ſcripturis, &c.*

*Iudæi multi conuerſi ad Chriſtum illis
temporibus, & multi alij obſtinati,
ſed conuerſi ſurgent in iudicio con-
tra illos, &c. ibid. G*

Num.456. pag.70.b

¶ *Oſtendit auctor qualiter Daniel pro
bet Meſsiam promiſſum in ſcriptu-
ris, eſſe Chriſtum Ieſum.*

*Incipit probare auctor ex Daniele
Chriſtum paſſum ſub Pilato fuiſſe
uerum Meſsiam.*

*Adducuntur auctoritates, & exempla
probantia, quòd illi, qui erant illu-
minati à Chriſto, procurabant alios
illuminare. ibid. G*

Num.457. & 458. pag. ead.

¶ *Incipit auctor declarare viſionem,
vel ſomnium Regis Nabuchodono-
ſor; & probare ex ipſa Regnum cœ-
li, ubi narrat Regna omnia.*

*Diſcutiuntur opiniones de Rege Nabu
chodonoſor an fuerit primus vel ſe-
cundus, & de communi cognomine
Regum Aſſiriorum. ibid. G*

Num.459. pag.ead.

¶ *Tractat auctor de Regno Alexan-
dri, de quo habetur in Mach. c. 1.*

*Rex Alexander. 12. annorum ſpatio
vltra ſpem humanam vltima terrę
ora peragrauit. Et utrum hoc ſit ve
rum, vel hyperbolicè dictum.*

*Adducuntur auctoritates ſacræ, qui-
bus conſtat multoties hyperbolicè
loqui. ibid. G*

Num.460. pag.71.a

¶ *Oſtenditur Regnum Romanum dici
ferreum, & quare ſic dictum; &
fuit poſt Regnum illud Alexandri.*

*Oſtendit Regnum hoc ferreum fuiſſe
admiſtum teſtæ: & qualiter hoc in-
telligatur.*

*Declaratur quid ſit uas teſteum ex mul
tis auctoritatibus Sacræ Scripturę.
ibidem. G*

Num.461. pag.ead.

¶ *Oſtendit auctor ex Daniele, qualiter
poſt omnia ſupradicta Regna ue-
niet Regnum lapidis abſciſsi ſine ma
nibus, quod eſt Regnum Domini no
ſtri Ieſu Chriſti, quod cõminuit om-
nia alia Regna.*

*Adducuntur auctoritates ad proban-
dum Dominum noſtrum Ieſum Chri
ſtum fuiſſe illum lapidem, & qua-
re, & de quo monte, &c. ibid. G*

Num.462. pag.ead.

¶ *Notat auctor in hac Danielis pro-
phetia concludi miſeros Iudæos in
dubio quod faciunt.*

*Argumentum Iudæorum contra Chri-
ſtianos de Regno Sarracenorum ſol
uitur optimè.*

*Notantur quatuor Reges, de quibus
meminit Daniel, & quare non alij.*

*Adducuntur mala illata à Sarracenis
contra Catholicos uſque ad Sixtum
IIII. qui fuit Anno Domini 1471.
quod Nota ibid. G*

Num. 463. & 464. pag.71.a. & b

*Quærunt Iudęi quare Daniel omiſerit*

quintum

*quintum Regnum Machometi ita amplum, ut alia.*

*Notat auctor, quòd licèt Reges Romani dicebantur Monarchæ, non tamẽ peruenerunt ad Indos; Sed quia erant potentiores, & Reſpondetur Iudæorum argumentis.*

*Adducuntur auctoritates ad probandum aliquid dici maius per Anthonomaſiam.ibid.G*

Num.465. pag.71.b

*Oſtendit auctor qualiter Rabbini uolunt Regnum Romanorum & Sarracenorum eſſe unum.*

*Rabbini ipſi fatentur Meſsiam deſignatum per lapidem abſciſſum ſine manibus.*

*Reſpondet auctor ad Iudæorum rationes oſtendens impios in circuitu ambulare, vt fugiant ueritatem.*

*Adducuntur Rabbini tenentes Meſſiam intelligi per lapidem illum abſciſſum.ibid.G*

Num.466. pag.ead.

*Probat auctor contra Iudæos, Chriſtianos differre multum à Sarracenis: et quare.*

*Argumento probat Regnum Chriſti eſſe inter Regnum Romanum, et Sarracenorum.*

*Adducuntur auctores pro diſſimilitudine inter lucem et tenebras, &c. ibidem.G*

Num.467. pag.72.a

*Exclamat auctor contra Iudæum, et precatur Deum, ut uelit adiuuare incredulitatem eorum.*

*Nolunt uidere Iudæi Meſsiam ueniſſe iam, poſt illa quatuor Regna deſcripta à Daniele.*

*Lapis abſciſſus creuit, et impleuit uniuerſam terram.*

*Reſpondet auctor Iudæo dicenti; quare Daniel non fecit mentionem de Regno Machometi.*

Num.468.& 469. pag.72.a

*Probat auctor S.Ioannem Apocal.c.13.prophetaſſe de Machometo uocando eum beſtiam illam grandem quæ ſe facit ſimilem Agno.*

*Adducit auctor teſtimonium Machometi dicentis in ſuo Alcorano Chriſtum fuiſſe Meſsiam promiſſum.*

*Machometus in multis articulis fidei deuiat à ueritate Euangelica.*

*Notat auctor quoto anno poſt Chriſtum uenerit miſerrimus Machometus.*

*Adducitur auctoritas quædam in confirmationem illius.c.13.Apocal.de Machometo.ibid.G*

*Adducuntur grauiſsimi Doctores tractantes de tempore, quo uenit Machometus.ibid.G*

Num.470.& 471. pag.72.a.&.b

*Auctor inſurgit contra Iudæos dicens, quòd uelint nolint tenentur fateri poſt quartum Regnum ante Machometum ueniſſe Meſsiam.*

*Probat miro permiſſu diuino factum fuiſſe, quòd poſt quartum Regnum Romanorum ueniret Machometus, ut non poſſet negari, etc.*

*Patet aduentum Machometi eſſe confirmationem Meſsiæ, ſecundum Danielem.*

Num.

Num.472. pag.72.b

*Reprehendit auctor Chriſtianos, qui mirantur de proſperitate Machometi, etc.*

*Proſperitas Machometi eſt confirmatio noſtræ fidei.*

*Omiſsio Machometi facta à Daniele fuit diuinitas.*

*Concludit auctor Ieſum fuiſſe uerum Meſsiam.*

*Adducuntur auctores tractantes de afflictione bonorum, et proſperitate malorum.ibid.G*

Num.473. pag.ead.

¶ *Oſtendit auctor rationem Apollinis qua confundebat Iudæos procedere plus nunc.*

*Regnum Romanorum eſt translatũ in Regnũ Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

*Hodie Romanum imperium eſt deletum, &c.*

*Machometus etiam confitetur Ieſum Mariæ filium fuiſſe uerum Meſsiam promiſſum.*

*Demonſtratur clarè lapidem abſciſſum ſine manibus poſitum à Daniele eſſe Meſsiam promiſſum.*

*Adducuntur iura, & Doctores tractãtes de Imperio, & de eius translatione, & duratione, &c.ibid.G*

*Adducuntur teſtimonia, quibus etiam Diabolus fatetur aliquas ueritates. ibidem.G*

*Proficit multum laus inimicorum, etc. ibidem.G*

Num.474. pag.73.a

¶ *Apollo Iudeus monſtrabat aduentum Meſsiæ per hebdomadas, &c.*

*Aduertit auctor, quòd in prophetia Statuæ, ſtat totus effectus propheticæ Danielis.*

*Nabuchdonoſor uidens ſe eſſe caput Aureum, elatus eſt in ſuperbiam, & perdita fide, &c. fecit ſibi fieri ſtatuam auream, quam iuſsit adorari.*

*Adducitur nonus expoſitor Danielis. ibidem.G*

*Idolatria præſupponit infidelitatem. ibidem.G*

Num.475.& 476. pag.73.a

¶ *Incipit auctor explicare uiſiones Danielis, quas quatuor eſſe dicit, tractantes de aduentu Meſsiæ.*

*Ponitur ſtatus, in quo erat Daniel, quãdo habuit uiſiones, & de quo dolebat.*

*Daniel nimio affectu deſiderabat reſtaurationem ſanctæ Ciuitatis Hieruſalem.*

*Prima uiſio, & eius interpretatio eſt in c.7.& conformat uiſio cum ſomno Nabuchdonoſor.*

Num.477. pag.ead.

¶ *Oſtendit auctor qualiter finis Somnij Regis Nabuchodonoſor fuit lapis abſciſſus, &c.*

*Mirabiliter concordat ſomnium Regis cum uiſione Danielis, ut explicat auctor benè.*

Num.478. pag.ead.

¶ *Omittit auctor narrare de decem cornibus dictis à Daniele, & dicit quid ſignificent, & qui erant.*

*Probat auctor uiſionem Danielis eſſe certum ſignum, quòd poſt quatuor tempora uel Regna debebat uenire*

*Regnum*

Regnum lapidis abſciſſi, &c.
Adducuntur diuerſæ opiniones ad ſignificandum quid ſit intelligendum pro illis Decem cornibus: & notantur multa de cornu. ibid. G
Notantur aliqua de ſecundo Chriſti aduentu. G

Num. 479. pag. 73. b

¶ Reprobat auctor ſententiam cuiuſdam Rabbini tenentem quartam beſtiam intelligi de Regno Sarracenorum, qui delirat.
Reprobatur ſecunda ſententia, quòd Alex. Macedo fuit Rex Romanorum, quòd eſt falſum.
Declaratur, quid ſit quarta beſtia. ibidem. G

Num. 480. pag. ead.

¶ In c. 8. Danielis, oſtendit auctor factam fuiſſe uiſionem ſecundam Danieli.
Oſtendit qualiter iſta uiſio, & omnes aliæ factę fuerint ad demonſtrandum Regnum Meſsiæ.
Ponuntur uerba, quibus facta fuit uiſio, & reſponſum datum Danieli de Meſsia.
Adducuntur expoſitores huius uiſionis. ibid. G

Num. 481. pag. 7[illegible]. a

¶ Daniel dolet de dilatione aduentus Meſsiæ ſicut uiderat in prima viſione.
Cogitauerat Daniel, quòd quatuor Monarchiæ debuiſſent multum durare, & ideo dilatari aduentus.
Petit Daniel à Deo tempus certum de aduentu Meſsię, & hoc in oratione.
Oſtenditur quàm ſolicitus erat Daniel pro ſalute uniuerſali Populi Dei. ibidem. G

Num. 482. pag. 74. a

¶ Ponitur uerus intellectus. ca. 9. Danielis, in quo manifeſtatur tempus aduentus Meſsiæ.
Oſtendit auctor, quis fuerit qui fecit Danieli uiſionẽ de certo tempore aduentus Meſsiæ, & de cauſa, & fine aduentus.
Deſideria dilata creſcere monſtratur. ibidem. G
Adducuntur auctoritates tractantes de Gabriele, & quare Daniel uocatur uirum. &c. ibid. G

Num. 483. & 484. pag. 74. a. & b

¶ Oſtendit auctor uerba Danielis, in quibus ponitur tempus, cauſa, & finis aduentus.
Dubitat quidam Rabbinus an cauſa aduentus Meſsiæ ſit ad laudem, uel uituperium: & putat miſer eſſe ad uituperium; quem Rabbinum optime reprehendit auctor monſtrando eius fatuitatem.

Num. 485. pag. 74. b

¶ Incipit auctor tractare de numero hebdomadarum dictarũ à Daniele.
Oſtendit hebdomadas illas fuiſſe Annorum; & quòd quælibet hebdomada ſunt ſeptem anni, ſicut hebdomada dierum ſunt ſeptem dies.
Probat auctor per c. 9. Danielis fuiſſe hebdomadas annorum.
Declaratur locus Geneſ. 29 de hebdomadibus copulę Iacob, &c. Et declaratur textus Hebræus, & redditur ratio pro S. Hieronymo.
Dubitatur quare auctor Hiſpanus lingua Latina ſcribens poſuit; Or, Italicum. ibid. G

Num. 486. & 487. pag. 74. b

¶ Probat auctor Catholicos, & Iudæos conuenire in computatione hebdomadarum.
Computatur tempus. 70. hebdomadarum annorum, uult auctor demonſtrare principium, & finem 70. hebdomadarum.
Oſtendit auctor quando fuerit reædificata Hieruſalem; & multa alia uide. ibidem. G

Num. 488. & 489. pag. 75. a

¶ Probat auctor quando incepit Deus prouidere de remedio filiorum Iſrael captiuorum.
Oſtenditur quando pręcepit Angelus Gabriel cõputare hebdomadas, etc.
Notat auctor contentionem grandem, quę erat inter Hieremiam, et falſos Prophetas, et quare.

Num. 490. pag. ead.

¶ Ananias falſus Propheta, temerariè contendebat cum Hieremia ponendo tempus duorum annorum ad reditum Hieruſalem. ut c. 18.
Hieremias dicebat in 4. anno Regni Sedechię.

Num. 491. pag. ead.

¶ Oſtendit auctor, qualiter Deus iratus occidit Ananiam falſum Prophetam, quia contendebat contra Hieremiam, ut 28. c. Daniel.
Explicantur uerba. c. 28. et 29. quibus Deus promittit uiſitare Populum: Et ex quibus Daniel incipit computare hebdomadas.

Num. 492. pag. 75. a

Concludit auctor uerbum de reuertendo populum à captiuitate fuiſſe dictum per Hieremiam anno 4. Regis Sedechiæ, et ab illo ſunt computandæ hebdomadæ dictæ Danieli.
Adducuntur auctores dicentes hebdomadas illas computandas ab anno. 12. Nabuchdon. ibid. G

Num. 493. pag. 75. b

Tradit auctor auctoritates Catholicorum, & Iudæorum probantium Tẽplum primum duraſſe. 410. Secundum autem 420. annis.
Numerat auctor ſeptuaginta hebdomadas quot annos contineant.
Oſtendit clarè auctor contra Iudæum tempus computatum, et certum, quo fuit occiſus Meſsias.
Adducuntur conſuetudines uerborum ad dicendum alicui, quòd falſum dicat. ibid. G

Num. 494. & 495. pag. ead.

Oſtendit auctor intelligentiam illorum uerborum Danielis: Et poſt hebdomadas. 62. occidetur Chriſtus, etc.
Multi ante uerum Meſsiam uenerunt dicentes ſe eſſe Meſsiam, et occiſi fuerunt.
Iudas Galileus et Theodas dicebant ſe eſſe Meſsiã ut habetur in Actib. Apoſt. c. 5.
Oſtenditur quare ſunt computandæ 70. hebdomadæ annorum à uerbo Hieremiæ, ut res congruat ueritati, ſ. inquiſitionis Danielis in libris.

*Adducuntur auctores tractantes de Iuda, & Theoda illis. ibid. G*

Num. 496. & 497. pag. 75. b. & 76. a

*Probat auctor qualiter uiſio Angeli fundatur in ſermone Dei facto Hieremiæ: Et oſtendit quando fuit factus ille ſermo.*

*Concordat auctor uerbum Domini factum Hieremiæ in captiuitate, cum uiſione Danielis, ut manifeſtet ueritatem Prophetiæ.*

Num. 498. pag. 76. a

*Oſtendit auctor qualiter uerba Angeli dicta Danieli manifeſtè uolunt, ut aduentus Meſsiæ tollat preuaricationem, quæ eſt præuaricatio Diaboli, qui decepit Euam, ut ait Iſaiæ. c. 43. &c.*

*Declarantur effectus aduentus Meſsiæ ex ore Angeli loquentis Danieli, quod nota.*

*Ventilatur Quæſtio. Qua lingua ſerpens allocutus fuerit Euam in Paradiſo. ibid. G*

Num. 499. pag. ead.

*Probatur quòd iuſtitia ſempiterna ſit ipſe Meſsias, qui propter iuſtitiam celebrandam ſimul cum gratia in hunc Mundum uenit.*

*Proſequitur explanatio illorum uerborum: Et impleatur uiſio, & prophetia.*

*Probat quòd ueniente Meſsia nō erunt amplius Prophetæ prophetantes de futuro, & redditur ratio.*

*Adducuntur Doctores pro illa ſententia: adducatur iuſtitia ſempiterna. ibidem. G*

*Adducuntur Doctores declarātes quid ſit uiſio, et quid prophetia. etc. ibi. G*

Num. 500. pag. 76. b

*Explicat auctor illa uerba: Et ungatur Sanctus Sanctorum.*

*Item illa uerba: Ab exitu ſermonis, ut iteram, &c. & ibi declaratur optimè tempus Meſsiæ.*

*Adducuntur Doctores pro declaratione. ibid. G*

Num. 501. & 502. pag. ead.

*Oſtendit auctor per ueram temporum computationem, quomodo adimpleta fuerunt oīa ſibi dicta ab Angelo.*

*Patet etiam qualiter poſt Meſsiam occiſum debebat deſtrui Ciuitas Hieruſalem, & ceſſare Sacrificium Templi, & ciuitas amplius non reędificari.*

*Inſurgit auctor contra Iudæos probando omnia illa illo tempore accidiſſe, ut dicta erant.*

*Adducuntur auctoritates pro natura, & aſtutia Aſpidis ſurdę. ibid. G*

Num. 503. pag. ead.

¶ *Opponit Iudæus contra auctorem dicens ſibi duo obſtare in computo hebdomadarum.*

*Negat primum hebdomadas eſſe annorum, & adducit rationem.*

*Arguit fortius dicens Danielem non intellexiſſe computum, &c.*

*Reſpondit optime auctor ad primum argumentum.*

Num. 504. pag. 77. a

*Oſtendit auctor, qualiter terminus aſſignatus ad deſtructionem Hieruſalem fuit declaratus Prophetæ Ezechieli.*

Fuit



*Fuit aſsignatus Ezechieli numerus 430. annorum.*

*Reſpondit iterum auctor ad redargutionem, quæ fieri poteſt à Iudæo.*

*Ezechiel fuit poſt Prophetam Danielem, prophetans in captiuitate Babilonica*

*Ezechiel, & Daniel quando prophetarunt.*

*Adducuntur auctores loquentes de Ezechiele, & Daniele, ibid. G*

Num. 505. & 506. pag. 77. a

¶ *Ezechiel nominat Danielem, ut eo anteceſſorem ibi, in c. 14. Et ſi fuerint tres uiri iſti in medio Noe, Daniel, & Iob, &c.*

*Oſtendit auctor Ezechielem, & Danielem prophetaſſe de deſtructione ultima Hieruſalem.*

*Ezechiel ponit terminum 430. annorum; et Daniel 70. hebdomadarum, & in quo differant, & qualiter concordentur.*

*Adducuntur auctores probantes illas hebdomadas fuiſſe annorum. ibid. G*

Num. 507. pag. ead.

¶ *Reſpondit auctor ad ſecundum dubium. ſ. quòd Daniel ipſe non intellexit numerum hebdomadarum, & quomodo Chriſtiani uolunt intelligere.*

*Explicat auctor quomodo ſit intelligendum.*

*Adducuntur auctores probantes aliquos Prophetas non plenè intellexiſſe myſteria, &c. ibid. G*

Num. 508. & 509. pag. 77. b

¶ *Explicat auctor. cap. 9. Danielis loqui de primo Chriſti aduentu; caput autem. 10. loqui de ſecundo ad iudicandum; & hunc reputat uerū intellectum.*

*Daniel creditur non intellexiſſe de die iudicij; Quod apparet, quia in fine loquitur de reſurrectione mortuorū.*

*Dies iudicij omnibus clauſa, & reſerata.*

*Adducuntur auctoritates ad probandum, quòd dies iudicij eſt ſecreta. ibidem. G*

Num. 510. pag. 77. b

¶ *Probat auctor, ex c. 1. Oſeæ clarè, quòd ſaluatio Populi habet eſſe in Deo, & non in arcu, & gladio, quod eſt fundamentum ſaluationis Meſsiæ, &c.*

*Adducitur interpretatio ipſa nominis Oſeæ contra Iudęos, quia Oſeas enim dicitur Saluator. G*

*Nota multa mirabilia in gloſſa. d. c. 1. Oſeæ poſita à gloſſatore in litera. G*

Num. 511. pag. 78. a

¶ *Oſtendit auctor ex c. 3. Oſeæ, eſſe manifeſtam auctoritatem contra Iudæos, ubi, quòd poſtquàm filij Iſrael poſt multos dies ſedebunt ſine Rege & Principe, &c. quærerent filium Dauid Meſsiam.*

*Probat auctor hoc eſſe factum poſt deſtructionem Ciuitatis Hieruſalem: & poſt mortem Domini, quo ceſſarunt omnia.*

*Poſt mortem Chriſti omnes Rabbini quærebant, uerum Meſsiam filium Dauid: & multi eum cognouerunt, et eius doctrinæ adhæſerunt.*

*Adducuntur auctoritates probantes*

i 2 hæc

hæc omnia ſigna iam hodiè uiſa eſſe, et uideri. ibid. G

Adducuntur etiam auctoritates, quib. patet multos Iudæos Chriſto adheſiſſe. ibid. G

**Num. 512. pag. 78. b**

¶ Oſtendit auctor ex. c. 6. Oſeæ maniſeſtum eſſe reſurrectionem noſtram per Deum in numero trium dierum.

Arguit auctor contra Iudeum de reſurrectione dicens nullibi in Sacra Scriptura inueniri reſurrectionẽ factã per Deum, in tribus diebus, etc.

Mors, et reſurrectio Chriſti pro quibus fuit operata et ſequuta.

Articulus reſurrectionis dubius apud Iudæos.

Adducuntur auctoritates, et figurę pro Chriſti reſurrectione. etcęt. ibidem. G

Auctores recitantur pro hoc articulo. ibid. G

**Num. 513. pag. ead.**

¶ Oſtendit auctor, ex ca. 7. Oſeæ. Iudæos nunquàm dixiſſe mendacia contra Deum, niſi tempore Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Iudæi receſſerunt à Dei fide, et eius præceptis, etc.

Declarantur illa uerba: Ego redemi eos, et ipſi locuti ſunt contra me mendacia. Ponitur quando, ibid. C. et etiam in litera. D

**Num. 514. pag. ead.**

¶ Tradit auctor ex c. 9. Oſeæ mirabile uerbum de incarnatione: Et declaratur ex Hebræo.

Ponit ſignificationem literæ: Camech, et literę: Sin. Et declaratur intentus Dei.

Adducuntur auctores pro hac explicatione. ibid. G

**Num. 515. pag. 78. b**

In cap. 13. Oſeæ, debebat auctor tractare quomodo mors, et morſus inferni fuerit ſublatus. Sed remittit ſe ad capitu. 25. Iſaiæ, ubi declarauit.

Adducuntur etiam aliqua teſtimonia etc. ibid. G

**Num. 516. pag. 79. a**

Probat auctor. in capitu. 14. Oſeæ eſſe mirabile uerbum de Euchariſtię Sacramento, quomodo uiuificatur panis in manibus Sacerdotum.

Iudæi nolunt concedere hanc auctoris lectionem.

Adducuntur figuræ de Sacramen. Euchariſtiæ; Et declaratur uerſus ille. Pſalm. 2. Apprehendite diſciplinam, et Nota multa mirabilia. ibidem. G

**Num. 517. pag. ead.**

Adducit auctor quædam uerba. ca. 2. Ioelis, cum quibus dicit poſſe Iudęi conuinci.

Nunc uidemus Populum Iudæorum confuſum, ſine Rege, Propheta, Sacrificio, etc.

Facit quoddam argumentum, quod nõ poteſt uerificari niſi in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

In litera d. c. 2. Ioelis patent miracula Chriſti: maxime illa, quæ erunt ante iudicium: Quia. c. 3. ſequens loquitur de die iudicij.

Adducuntur auctores tractante de parentibus, ortu, uita, & prophetia Ioelis. ibid. G

paren-

Adducuntur etiam quædam uerba. c. 1. Ioelis contra Iudęum relicta ab auctore. ibid.

Nota multa teſtimonia ex uerbis Ioelis prætermiſſa ab auctore. ubi uidebis multa utilia, &c. ibid. G

**Num. 518. pag. 79. b**

¶ Adducit Author uerba illa. cap. 2. Amos: Pro eo, quòd uendiderunt argento iuſtum, &c. Et intendit probare hoc non intendi poſſe de venditione Ioſeph, Argumẽtatur Iudęus dicens, Chriſti uenditionem factam fuiſſe per Tribum Iuda, & non per Iſrael. cui Reſpon. Author. quem vide.

Reſpondet etiam ad illud quod dicit. ſ. quòd in Ieruſalem ſola Tribus Iudæ remanſit.

Citantur Authores tractantes. de nomine, origine, uita, morte, &c. Amos Prophetæ. ibid. G

Adducuntur multa teſtimonia ad probandum uenditionem iuſti de qua in d. c. 2. intelligendam eſſe de Chriſto Ieſu D. noſtro. vide multa. ib. G

**Num. 519. pag. 80. a**

¶ Oſtendit Author cui ſit tribuenda Chriſti uenditio, an Iſraeli. &c.

Ponit Author precium, quo uenditus fuit Chriſtus, fuiſſe 30. Denariorũ, quibus emitur par calceorum.

Adducũtur teſtimonia probantia ualorem horum 30. denariorum. ibid. G

Adducũtur etiam uerba Amos. c. 4. ibidem probantia aduentum Chriſti. ibidem.

Item alia verba ex cap. 5. & 8. quæ uide. ibidem. G

**Num. 520. pag. 80. b**

¶ In hoc enim inquit Author ex prophetia Abdiæ quaſi nihil directè poſſe probari contra Iudæos de D. noſtro Ieſu Chriſto. Nihilominus aliqua ibi notat generalia, quæ iuuant.

Adducũtur Authores probantes vitã & conuerſationem Abdiæ: Et qualiter fuit diſpenſator Regis Achab. ibidem. G

**Num. 521. pag. 81. a**

¶ Ex Propheta Iona nihil notat Author in particulari, dicens omnem prophetiam figuram fuiſſe Chriſti: & ideo Propheta nihil dicit.

Adducuntur Doctores tractantes de origine, vita moribus, prædicatione &c. iſtius ſancti Ionæ Prophetæ. ibidem. G

**Num. 522. pag. ead.**

¶ Probat Author in Michea. c. 5. eſſe clarum uerbum Deitatis Meſſiæ, et ſic incarnationis. ibi: Et tu Bethleẽ. &c. In qua ſententia manifeſtatur Diuinitas, & humanitas.

Omnes Iudęi dicunt hunc textum loqui de Meſſia filio Dauid.

Adducuntur Authores tractantes de ortu, uita, doctrina, &c. huius Prophetię. ibid. G

Notantur aliæ authoritates ex c. 2. & 4. quas Author non adduxit: & ſunt optimè ad confundendum Iudæos. &c. ibidem.

Addu-

Adducūtur Doctores dicentes Micheā tria de Meſſia prophetaſſe, & quæ ibidem. G

Adducuntur authoritates Euangelij pro confirmando dicto Micheæ. etc. ibidem. G

Num. 523. & 524. pag. 81. a. & b

¶ Agit Author de Propheta Nahū, & dicit qualiter Propheta ſciens deſtructionem futuram Niniue, & quòd Tribus Iuda erat reditura in Ieruſalem, gaudet de uindicta Dei. & ponit ſummariè hiſtoriam.

In hoc Propheta Gloſſator nihil addit, quia nihil in particulari inuenitur de Chriſto. G

Num. 525. pag. 81. b

¶ Declarat Author qualiter Abacuch Propheta c. 2. in principio, ibi: Scribe viſum &c. clarè loquatur de aduentu Meſſiæ. Et explicat illa verba: Si moram fecerit, expecta eum. &c.

Propheta Abacuch fuit tempore Danielis Prophetæ, & ideo dicebat: veniet. &c.

Abacuch credebat, quòd principium redemptionis Babilonicæ, erat principium ſecurum ad aduentum Meſſiæ.

Adducuntur Authores tractātes de ortu, uita, prophetia, morte, et ſepultura Abacuch. ibidem. G

Notantur etiam uerba poſita in ca. 1. ibi. vſquequo Domine; & declarantur. ibidem. G.

Adducuntur etiam Authores confirmantes Propheciam hanc intelligi de Chriſto. ibid. G

Nume. 526. & 527. pag. 81. b & 82. a

¶ Oſtendit Author qualiter Propheta Abacuch in c. 1. dolebat de æqualitate punitionis iuſti, & impij, quia nemo habebat gloriam cœleſtem. &c. Et dicit, quòd Meſſias debebat ſoluere iſtas anguſtias.

Opponit Author nomine Iudæorum, et Reſpondit eorum obiectioni.

In c. finali Abacuch inuenitur triplicatum nomen Ieſu: Et quid ibidem ſignificet.

Oſtendit Author cæcitatem affectatā Iudæorum.

Adducuntur authores intelligentes locum illum de Meſſia. ibidem. G.

Num. 528. pag. 82. a

¶ Narrat Author qualiter Sophonias Propheta fuit in Domo prima: Et in c. vltimo dicit multa, quæ non poſſunt conuenire niſi tempori Chriſti, maxime ibi: Quapropter expecta me, dicit Dominus. &c.

Et ibi: Quia tunc reddā Populis meis. &c. Et in Hebræo legitur diuerſimodè, & quare.

Adducuntur multa Notabilia ex Sophonia, quæ Author non dixit; & de eius uita, &c. ibid. G

Num. 529. pag. ead.

¶ Probat Author, quòd uerè Deus quamplures de Gentibus conuertit, ut omnes inuocarent nomen Ieſu: quod eſt nomen Tetragrammaton, quod eſt Adonay, in legendo apud Iudæos. &c.

Addu-

Adducuntur auctores notantes. 22. nomina pro nomine Ieſu, &c. ibid. G

Num. 530. & 531. pag. 82. b

¶ Probat auctor qualiter omnes illæ gentes quæ confuſſę, uel commixtæ fuerunt, tempore Domini noſtri Ieſu Chriſti, cognouerunt Deū omnes Saluatorem.

Narrat etiam qualiter de regionibus longinquis venient ad Hieruſalem quærere Meſsiam, &c.

Narratur exemplum de Eunucho Aethiopie.

Declarantur etiam multa uerba Sophonię.

Adducuntur in exemplum multæ Prouinciæ conuerſæ ad fidem ex Indijs, &c. ibidem. G

Adducuntur auctores loquentes de uitio ſuperbiæ, ibid. G

Num. 532. pag. ead.

¶ Oſtendit auctor qualiter omnes Apoſtoli, & Diſcipuli Chriſti, quaſi omnes fuerunt Iudæi pauperes, & egeni de Hieruſalem.

Apparet quòd ſtatus Hieruſalem tempore Meſsiæ, non debebat eſſe in multitudine Populi, ut ſperabat Iudęus, & declaratur litera. ibid.

Nu. 533. & 534. pag. 82. b. & 83. a

¶ Declarat auctor quędam Sophoniæ uerba, quæ faciunt pro aduentu Domini.

Argumentatur auctor contra Iudæum probans aduentum Meſsiæ non eſſe in multitudine, &c. imo quòd gloria illius aduentus erit in paucis, &c.

Probat hæc omnia contigiſſe in Apoſtolis Chriſti pauperibus, & egenis, &c.

Adducitur Pſalm. 18. ad probationem dictorum Apoſtolorum, &c. ibidem. G

Num. 535. pag. 83. a

¶ Tractat auctor de Aggeo, quem probat prophetaſſe in Domo ſecunda.

Ex ca. 2. Aggei probat auctor aduentum Meſsiæ.

Notat auctor ex hoc tex. non conuinci Iudæum, & eſt ratio, quia aliter legitur in Hebræo.

Argumentatur Iudæus contra translationem Hieronymi, quòd non ſit uerum eius dictum.

Adducuntur auctores tractantes de ortu, uita, nomine, & conuerſatione Aggei; Et quòd ipſe prior cantauit Alleluya. Et declaratur myſteriū Sanctiſs. Trinit. Nota. ibid. G

Notatur qualiter auctor non ſoluit difficultatem Iudæi: & hic ſoluitur, et ponuntur multa, quæ faciunt pro nobis. ibidem. G

Num. 536. & 537. pag. 83. a. & b

¶ Non curat auctor de translatione D. Hieronymi in quodam uerſu, & quare.

Adducit auctor illam ſententiam Aggei. 2. Magna erit gloria Domus iſtius nouiſsimæ, &c.

Argumentatur auctor cōtra Iudæum probans aduentum Meſsiæ ex gloria domus illius.

Probat quinque glorioſa ſigna defeciſſe in prima Domo, quæ fuerant in ſecunda.

Adducuntur rationes, quare curādum

eſt

eſt de tranſlatione Hieronymi, &
reſpondetur Iudęo.ibid. G
Probatur nomen, nouiſſimus, accipi
pro vltimo, & adducuntur auctori
tates ad hoc.ibid.G
Numerantur mirabilia, quæ fuerunt
in Domo illa ſecunda, & auctores
tractantes.ibid.G

Num.538. pag.83.b

¶ Numerat auctor quinque illa, quę
fuerũt in prima Domo, et declarat.
Argumentatur item, quæ fuit cauſa,
quòd gloria domus illius ſecundæ
fuerit maior, quàm primę, niſi quia
debebat uenire in illa Meſſias qui
eſt decor, & gloria omnium gen-
tium.
Ponit auctor tranſlationem uerbi:
Hemdat.
Adducuntur loci ſacri, quibus confir-
matur dictum huius noſtri aucto-
ris.ibidem. G

Num.539.pag.ead.

¶ Aſſignat auctor tranſlationem uer-
bi:Hemdat, contra tranſlationem
D.Hieronymi, & ibid.G
Probat etiam quòd in domo ſecunda da
bit Deus pacem, quam non fuiſſe,
ait, in prima, imò fuerunt guerrę te
terrimæ in fine, & poſt finem quan
do Titus deſtruxit omnes Iudæos.

Num.450. pag.84 a

¶ Oſtendit auctor qualiter in Domo
ſecunda uenit gloria in excelſis, &
in terra pax hominibus, &c.
Item Meſſias dedit nobis ſuam pacem,
non quomodo mundus dat; ſed pa-
cem cæleſtem, &c.
Explicatur illud: Et abundãtia pacis,
donec auferatur luna. Et illud Za-
char 9.& Pſ.71.
Adducuntur auctores loquentes de pa
ce; Et quòd eſt duplex Chriſtiana,
&c.ibidem.G

Num.541.& 542. pag.84.a

¶Probat auctor qualiter uerbum pa-
cis dictum ab Aggeo non poteſt in-
telligi de pace mundana.
Adducit auctor oppoſitionem, quæ po-
teſt opponi à Iudæo de duratione do
mus. Cui reſpondet ipſemet auctor,
& benè, & latè.
Adducitur computatio Nicolai Lyr.
contra Iudæum de duratione Do-
mus primæ.ibid. G
Adducuntur auctores reſpondentes ca
uillationibus, & oppoſitionibus Iu
dæorum.ibid.G

Num.543. pag.84.b

¶Notat auctor ex Propheta Aggeo
Domum ſecundam debere eſſe ulti-
mam; & ideo Hieruſalem amplius
non eſſe reædificandam.
Notat etiam uanam eſſe Iudæorum ex
pectationem, quã habent de Meſsia.
Adducuntur auctoritates Sacræ Scri
pturæ pro hoc.ſ.quòd Domus ſecun
da ſit ultima.ibid.G
Adducuntur etiam auctores ſacri di-
centes Deum miraculosè impediuiſ
ſe reædificationem Hieruſalem.ibi-
dem. G

Num.544. pag.ead.

¶Notat auctor Zachariam Prophe-
tam adhibitum fuiſſe teſtem per
Iſaiam, in prophetia: Ecce Vir-



go concipiet, capitu. 7. & 8.
Probat ex Rabbinorum auctoritate
iſtum fuiſſe Zachariam adductum
ab Iſaia.
Adducuntur auctores multa tractan-
tes de vita Zachariæ Prophetæ.
ibidem.G
Adducuntur etiam auctores tractan-
tes hiſtoriam illorum duorum te-
ſtium adductorum per Iſaiam, &c.
ibidem.G

Nume.545.546. & 547.pag. 84.b & 85.a

¶ In his tribus numeris auctor nar-
rat quandam mirabilem hiſtoriam
de tribus, vel quatuor Rabbinis,
quę notanda maximè eſt.
Adducuntur auctoritates de veritate
Sacræ Scripturæ, & eius implemẽ-
to, ibidem. G

Num.548. pag.85.a

¶Probat auctor hunc Zachariam eſ-
ſe illum, de quo loquutus fuit Iſaias,
antequàm eſset in mundo.
Apparet quòd tempore Iſaiæ non erat
impleta illa prophetia; Ecce Virgo
concipiet, ſed in futurum.
Apparet etiam hoc forte eſſe argumen
tum ad conuincendum iudæos.
Adducitur numerus annorum, qui fuit
inter Zachariam, & Iſaiam.ibi. G

Num.549.& 550. pag.ead.

¶ Adducit auctor interrogationem,
quam facit Iudæus quærens, quale
ſignum illud tempore Iſaiæ, quod
contigit poſt. 600. annos, & vl-
tra, de virgine concipiente. Cui re-
ſpondet auctor, ibid.
Iudæi dicebant iſtum Zachariam non
fuiſſe illum, de quo Iſaias, ſed alium
eiuſdem nominis.
Probat auctor multa in Zacharia cla-
rè de Chriſto dici; alia verò ſub enig
mate, quæ conueniunt veritati, licèt
non conuincant Iudęum.

Num.551. pag.85.a

¶ Probat auctor ex ca.2. Zachariæ,
qualiter Zacharias uidens finem
Prophetarum hortabatur Iudæos,
vt attenderent ſibi.
Probat Zacharias finem Prophetarũ
exemplo Patriarcharum, qui fue-
runt, & deſierunt.
Aduentus Domini fuit finis omn. Pro
phetarum.
Adducitur vltimus Propheta teſta-
menti ueteris Ioannes Baptiſta.ibi-
dem. G
Adducuntur auctores tractantes de
morte, & vita cuiuslibet Prophe-
tæ.ibidem.G

Num.552. pag.85.b

¶Probat auctor ex ca.2. Zachariæ,
ibi. Gaude & lętare filia Sion, etc.
omnem textum loqui de aduẽtu Meſ
ſiæ Dei, & hominis, quod probat ra
tione euidenti.
Adducuntur teſtimonia probantia Za
chariam hoc capitu. 2. non tantùm
loqui de Meſſia; ſed etiam mani-
feſtare Sanctiſs. Trinitatem, &c.
ibidem.G

Num. 553. pag. 85. b.

¶ Ex tex. in c. 3. Zachariæ; ibi: Ecce Ego adducam ſeruum meum Orien tem, probat Author manifeſte ad- uentum Meſſiæ,

Nota quod in hoc. c. 3. ſunt multa de Chriſto teſtimonia nō tacta ab Au thore; Et explicantur in Gloſſa. D. vbi videas.

Num. 554. pag. ead.

¶ Probat Author ex. c. 4. Zachariæ ibi: Non in exercitu, neque in ro- bore. &c. damnandam fatuam opi- nionem Iudæorum expectantium Meſſiam cum poteſtate tempora- li. &c.

Adducuntur Authores in confirma- tionem. ibid. G.

Num. 555. pag. 86. a.

¶ Notat Author ex c. 6. Zachariæ, ſub illis verbis: Ecce vir Oriens no men eius. &c. intelligi Meſſias; e- tiam ſi loquatur de alio, vt ibi pa- tet. Et nota quæ dicitur in litera. G

Num. 556. & 557. pag. ead.

¶ Declarat Author illa uerba. ca. 8. Zachariæ videlicet: In diebus illis, in quibus apprehendent. &c. loqui de Meſſia, & de Apoſtolis, et om- nibus Gentibus.

Et ſic probat Auctor hāc prophitiam impletam fuiſſe tempore Domini no ſtri Ieſu Chriſti, et Apoſtolorum uſque ad aduentum perfidi Macho- meti.

Argumentatur Iudæus dicens, Iudæos eſſe lumen gentium. etc.

Adducuntur multa uerba mirabilia. ibidem. G

Num. 558. pag. 86. b.

¶ Declarat Author, quid ſit fim- briam unius Iudæi tangere; et non fimbrias. etc.

Probat, Populi Iudaici finem per ad- uentum Meſſiæ.

Declaratur iterum. c. 2. Iſaiæ. etc.

Aſſignat uerum intellectum ad d. c. 8. Zachariæ.

Adducuntur Authoritates ſacræ com probantes prophetiam Zachariæ de apprehenſione fimbriarum, ut ait. in c. 8. Et narratur optima hi- ſtoria. ibid. G

Num. 559. pag. ead.

¶ Adducit Author ex Zacharia. c. 9. uerba illa: Ecce Rex tuus uenit tibi iuſtus. etc.

Dicit Author textum hunc frangere caput Iudæorum et eorum falſam, et friuolam ſpem. etc.

Et declarat optimè Author textum in telligi non poſſe niſi de uero Meſſia.

Adducūtur Authores declarātes hūc textum, qui eſt Sacrarium diuino- rum myſteriorum, ibi. G

Adducuntur, et declarantur quædam uerba de Sacramento Euchariſtiæ. ibidem. G

Num. 560. pag. 87. a.

¶ Declarat Autho. c. 12. Zachariæ. maximè ibi: Effundam ſuper do- mum. etc. ubi ponitur paſſio. etc. Chriſti.

Adducūtur multa pro hoc. c. maxime probantia Meſſiam Deum et homi- nem. ibidem. G

Num.





Num. 561. pag. 87. a

¶ Reprehendit auctor Iudæos dicentes tex. in c. 12. Zachariæ non loqui de Meſſia: & confundit eos in eius ex- plicatione.

In Gloſſa uidebis explicationem quo- rundam uerborum, ex c. 13. Zacha- riæ, quę clariſſime intelliguntur de Chriſto: & auctor non dixit. G

Num. 562. & 563. pag. 87. b

¶ Aduertit auctor in c. fin. Zachariæ, quædam eſſe uerba non intellecta à Iudæis, & ideo nolunt conuerti, ut uidebis ibidem.

Officium, & inſtitutum Prophetarum quale in prophetizando fuerit, oſtē ditur, ab auctore.

Tempore Prophetarum erat morum perfectorum plenitudo prophetiza- ta de tempore Meſſiæ.

Multa temporalia in Prophetis ſunt intelligenda ſpiritualiter, & quare.

Adducuntur auctores notantes multa mirabilia de Meſſia, ex hoc. c. ulti- mo Zachar. ibid. G

Num. 564. pag. ead.

¶ Oſtendit auctor nulla temporalia cauſare poſſe ueram felicitatē, &c.

Probat aquas illas uiuas, eſſe aquam Baptiſmi, quæ dat uitam æter- nam, &c.

Declarat qualiter faciendum erat fe- ſtum tabernaculi.

Adducuntur quidam ſpirituales uer- ſus pro contemnendis rebus uanis, &c. ibid. G

Num. 565. pag. 88. a

¶ Oſtendit nunquam fuiſſe facta ta lia Tabernacula ſicut in reditu de captiuitate Babylonica.

Illud feſtum celebrabatur annuatim, & qualiter, et in menſe Septembri, quo multum ualent pluuiæ pro ſe- rendo, pro anno futuro, etc.

Precatur auctor Iudæum, ne leui argu mento fallatur.

Adducūtur auctores tractātes de hoc feſto tabernaculorum, etc. ibid. G

Num. 566. pag. 88. a

¶ Aduertit auctor illa uerba Prophe tæ in fine. ſ. Non erit mercator in Domo Domini, fuiſſe uerificata tē- pore Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quando eiecit uendentes de templo, impleta fuit prophetia illa Zacha- riæ ultimo, vide. G

Num. 567. pag. ead.

¶ Probat auctor, ex ca. 1. Malachiæ ſingulariter commendari caſſatio- nem, ac remotionem Sacrificiorum carnium, & animalium: & exalta tionem Sacrificij noſtri. ſ. panis, et vini ī Sacrā. Euchariſtiæ. Et decla rat auctor ſingula uerba pro hoc.

Sacrificium Euchariſtiæ non potuit decorari pulchriori nomine, quàm oblatio munda.

Oblatio panis, & vini, fuit prænuntia ta in Melchiſedech, qui fuit Sacer- dos Dei Altiſſimi, & poſtea confir mata. in Pſal. 110. uel 109.

Declarat auctor illa uerba: Placebit Domino Sacrificium Iuda, etc. cum ſequentibus.

Adducuntur opiniones pro Malachia, an fuerit Angelus, uel Eſdras, & de eius hiſtoria. ibid. G

Adducuntur auctores intelligentes pro oblatione munda Euchariſtiam, &c. ibid. G

*Adducuntur auctoritates Sacræ, quibus pater Melchiſedech Deo immolaſſe, contra illos, qui contrarium tenent. Et Pſalm.109.*

Num.568. pag.88.b

¶*Probat auctor Malachiam fuiſſe ultimum omnium Prophetarum, & nullum poſt eum expectari, ante aduentum Meſiæ.*

*Probat auctor, illa uerba Malachiæ. c.3. eſſe intelligenda de S. Ioanne Baptiſta. ſ. Ecce ego mitto Angelum meum.*

*Ioannes Baptiſta fuit præcurſor, & pręnuntiator ante aduentũ Meſiæ.*

*Illa verba: Statim veniet ad templum ſuum, &c. intelliguntur de Meſia.*

*Adducuntur teſtimonia ipſius S. Ioannis in Euangelio confirmantia hanc prophetiam. G*

*Adducuntur tria mirabilia declarata in illis verbis: Statim veniet, &c. Quæ, cum alijs multis poteris notare. ibid. G*

Num.569. pag.89.a

¶*Inſurgit auctor contra Iudæos, qui habentes oculos nolunt uidere; & fortiſsimo argumento ex verbis Malachiæ confundit eos, & probat quicquid de Meſia intẽdit probare.*

Num.570. pag.ead.

¶*Notat auctor ex Malach. c. 4. duo verba, quę turbant Iudæos; & ponit verba.*

*Iudæi quæſierunt à Chriſto quæſtionẽ illam de aduentu Elię prius quàm veniret Meſias: Et ipſe reſpondit illis, vt videbis.*

Num.571. pag.89.a

¶*Probat auctor Ioannem Baptiſtam veniſſe in ſpiritu Eliæ, et quare.*

*Declarantur verba, quæ D. noſter Ieſus Chriſtus dixit de Ioanne Baptiſta, & Elia.*

*Qualiter intelligatur aduentus Elię ante aduentum Meſiæ: & declaratur Prophetia.*

*Adducuntur multa verba prophetię, quæ clarè intelliguntur de die Iudicij. G*

Num.572.& 573. pag.89.b

¶*Oſtendit auctor ex ſententia Rabbinorum Eliam debere venire ante aduentum Iudicij.*

*Fatentur etiam Rabbini veniſſe iam Eliam in ſpiritu, etc.*

*Reſpondet auctor argumẽtis Iudęorũ.*

*Adducuntur aliqua pro intelligentia illius verbi dicti à Propheta Malach. Mementote.*

*Adducuntur optima verba ex 4. Eſdrę, et oſtenditur eius auctoritas. G*

Nu.574.& 575. pag.89.b.& 90.a

¶*Author, explicatis Prophetis, captat beneuolentiam dicens ſe in confirmationem noſtræ ſanctæ fidei, tantùm adduxiſſe auctores Canonicos Sacræ Scripturæ.*

*Fatetur auctor Sibyllas de Chriſto uaticinaſſe, & luce clarius de eius paſſione: ſed dicit non facere fidem.*

*Sibyllarum dicta & aliorum gentilium, valent multum ad conuincendos aduerſarios.*

*Adducuntur Auctores probantes veritatem dictam à quocunque eſſe amplectendam, & quare. G*

*Loquens veritatem non poteſt vinci; quia veritas non variatur ex differentia perſonarum. G*

Num.576. pag.90.a

¶*Oſtendit Auctor ex D. Auguſt. quę fides ſit adhibenda Sibyllis, Orfeo, & alijs, & ponit eius ſententiam, ex c. Si quid veri. 37. diſt.*

Num.577. pag.ead.

¶*Auctor proponit adducere in confirmationem fidei noſtræ multa ſcripta, quæ habent Iudæi, et ad eorum confuſionem.*

*Ponit Auctor nomina quorundam librorum, quos Iudæi habent, ultra Thalmut, inter quos enumerat librum kabalà, & qualiter latinè dicatur.*

*Oſtendit auctor kabalà eſſe ementitum quoddam, &c.*

*Auctor habebat duos libros, qui dicebantur: porta lucis, & porta iuſtitiæ.*

*Adducitur auctoritas ad probandum, quòd ſalus eſt ex Iudæis. G*

*Item ad hoc, vt inimici noſtri ſint Iudices. G*

*Adducitur hiſtoria ad longum de kabalà; & quid ſit, & quotuplex, cuius auctoris, & quantæ ſit auctoritatis, &c. G*

Num.578.& 579. pag.90.b

¶*Tradit auctor quandam traditionẽ, quæ habetur in libro portę lucis quam nota.*

*Probat auctor ex hac traditione, quòd finis, qui eſt Deus, eſt fundamentum noſtrę redemptionis, &c.*

*Oſtendit qualiter tempore redemptionis dabitur lex noua per vniuerſum Orbem. Vide etiam. G*

Num.580. pag.90.b

¶*Ponit auctor alia verba ex eodem libro in verbo: Arca federis. Vbi dicitur, quòd Regnum Ieroboam non reuertetur ad Populum Iſraelis, nec Regnum Samariæ, ſed Tribus Iuda eſt ſecretum Sinagogæ Iſraelis. &c.*

*Oſtendit qualiter Iudæi expectantes redemptionem aliarum Tribuum, prę ter Iudam in aduentu Meſſiæ, etiam temporaliter falluntur, & quare.*

*Adducuntur auctoritates ad probandum Chriſtum dici arcam federis. ibidem. G*

*Probatur Regnum Meſſiæ dilatatum ſatis. G*

*Quid ſit eſſe ſub Rege Meſia. ibid. G*

Num.581. pag 91.a

¶*Ponit auctor alia verba ex eadem traditione, ſ. quòd Spiritus ſuperiores & Cœleſtes coniunguntur inferioribus, & inuicem vniuntur, & tunc eſt Deus vnus in ſæculo ſuo.*

*Ex quibus verbis Notat, quomodo antiqui Iudæi tendebant ad incarnationem Verbi, licèt indiſciplinatè.*

*Adducuntur auctores tractantes de vnione verbi. ibid. G*

Num.582. pag.ead.

¶*Adducit auctor alia mirabilia verba ex eadem traditione in hæc verba: quod ſcribitur, quia Deus zelotes in medio tui, ſeu intra te. Et ſigni-*

*ſignificant incarnationem.*

*Adducuntur Doctores probantes Iudæos nō manifeſtare de Chriſto quæ ſciunt. Nota. ibid. G*

**Num. 583. pag. 91. a**

¶ *Ex eodem lib. in uerbo: uocatur bonum, ponuntur hæc uerba: quòd quando uirtutes ſuperiores coniunguntur inferioribus, oīa ſunt bona. Et qui intelligit hoc ſecretum, intelligit id, quod ſcribitur; non eſt bonum quòd homo ſit ſolus. Quæ uerba diuinam innuunt incarnationem. &c.*

**Num. 584. pag. ead.**

¶ *Adducuntur alia uerba ex eodem libro. Ex quibus Notat auctor Iudæos crediđiſſe in ſpiritu reuelationis, quòd propter oblationem ſacrificij Iſaac, quod non fuit conſummatum, miſericordia Dei inclinatur contra rigorem iuſtitiæ. Et uide alia quæ dicit.*

*Notatur Iudæos prædixiſſe illud, quod Eccleſia cantat: Deus cui proprium eſt miſereri. G*

*Adducuntur auctoritates, quòd Chriſtus in Abel fuit occiſus, in Abraham, &c. ibid. G*

**Num. 585. pag. 91. b**

¶ *Tradit auctor alia verba ex eod. lib. in verb. Vocatur initium, Ex te enim exiet Dux, qui regat Populū meum Iſrael, &c.*

*Ex his verbis, & ex communi Catholicorum, & Rabbinorum lectione, probat Meſsiam eſſe, et fuiſſe verum Deum, & hominem. Contra quoſdam id negantes.*

*Adducitur, et declaratur illud uerbū: à principio, etc. ibid. G*

*Declaratur qualiter Deus ſit æternus; et quid de alijs creaturis credendum. ibid. G*

**Nu. 865. & 587. pag. 91. b. & 92. a**

¶ *In libro portę lucis, habetur clarè, qualiter fuit contractum peccatum in Adam et poſteros, quod eſt notabile ad fundamentum noſtræ fidei, etc.*

*Adducuntur rationes nominandi peccatum originale fermentum, etc. ibidem. G*

*Notatur conceptionem Chriſti ex Spiritu Sancto abſque virili ſemine fuiſſe. Et Beatiſſ. Virginem fuiſſe ab originali præſeruatam. ibid. G*

**Num. 588. pag. 92. a**

¶ *Probat auctor, non credendum Iudæis dicentibus maculam peccati Adæ ceſſaſſe in Iacob.*

*Abraham excellentior fuit Iacob, etc.*

*Probat auctor peccati origin. ſpurcitiam tetigiſſe Abraham, etc.*

*Adducuntur multa de excellentia Abrahæ. G*

**Num. 589. pag. ead.**

¶ *Probat auctor, quòd Iacob dilectus erat Deo propter Abraham dilectum Dei.*

*Inſurgit auctor contra Iudæos, et conuincit illos ſuis proprijs codicibus antiquis, probando peccatum Adæ tranſiſſe ad poſteros etiam iuſtos.*

**Num. 590. & 591 pag. ead.**

¶ *Adducit auctor quaſdam traditiones antiquorum, in quibus probatur unio, et hypoſtatis uerbi. etc. Vide ibidem.*

**Num. 592. pag. 92. b.**

*Probat Author contra Iudæum modum unionis uerbi; quia Iudæus dicebat naturam unam mutari in alteram.*

*Reprobat Author Iudæorum opinionem, quam habebant de figura animalium Ezechielis. 1.*

*Et probat eos teneri credere unionem Meſſiæ.*

*Vidæ quę adducuntur in gloſſa de quatuor Euangeliſtis, et de animalibus. etc. G.*

**Num. 593. & 594. pag. ead.**

*Tradit Author aliquas ſacrę ſcripturæ authoritates, quibus probatur unio Dei ad Meſſiam, et Meſſiæ ad Deum; quas optime declarat de Meſſia Deo et homine.*

*Adducitur in cōfirmationem, quidam diſcurſus optimus. G*

**Num. 595. pag. 93. a.**

*Ponit Author multas alias authoritates diuinas ad probandam unionum hypoſtaticam in Meſſia. Maxime probat cap. 30. et. 31. Ieremiæ loqui clarè de Meſſia filio Dauid, quę capita explicat optimè ibi.*

*Adducuntur alia ad confirmationē. G*

**Num. 596. pag. 93. b.**

*Notat Author finem. c. 30. Ieremiæ. ibi: Et erit Dux eius ex eo. etc. et magnificit hanc authoritatem, quā Talmudiſtæ dicunt intelligi de Meſſia filio Dauid. Et eſt optima ad probandum Diuinitatem, et humanitatem in Meſſia.*

**Num. 597. pag. 93. b.**

*Probat Author Deū promiſiſſe, quod et Princeps Populi Iſraelis, eſſe debebat ex eodem, et non de alijs nationibus, et quod eſſe debebat de medio Populi, et non de infimis Tribubus, etc.*

*Dicit etiam Deus, quòd hunc Principem applicabit ſibi, et ille Princeps accedet ad Deum.*

*Adducuntur multæ etiam Rabbinorum authoritates pro unione uerbi Diuini. G*

**Num. 598. 599. & 600. pag. 93. b. & 94. a.**

*Oſtendit Author unionem uerbi eſſe magnę admirationis, et audacię reſpectu hominis.*

*Oſtendit, et declarat latè qualiter debebat fieri in fine dierum, et quando fuit. etc.*

*Adducuntur aliqua de magnificentia unionis Meſſiæ. G*

*Oſtenditur etiam legem nouam eſſe dandam per Meſſiam, et non in fine mundi. G*

*Declaratur illa authoritas. Ioan. 12. Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham. etc. G*

**Num. 601. pag. 94. a.**

*Adducit author intentionem Iudæorum de Meſſia per eos expectato, quæ ualidis rationibus confutatur.*

*Probat non ſufficere in uictoria Iudæum*

dæum uiciſſe, ſed uult etiam ueritatem contra eum oſtendere.

Adducitur exultatio uictoris. G

### Num. 602. pag. 94. b

¶ Rabbi Moyſes fecit librum lingua Hebraica dictum: Moræ. quem uidit. S. Thomas. etc.

Rabbi Moyſes anguſtiatus de aduentu Meſſiæ, & fine aduentus, & de eius expectatione, latè mētem ſuam Iudæis declarauit.

Adducuntur laudes Moyſi Prophetæ, & improbatur Moyſes Aegyptius Cordubēſis; & redditur in dubium quare Cordubenſis dicatur Aegyptius. etc. G

### Num. 603. pag. ead.

¶ Rabbi Moyſes in quodam tractatu, ubi poſuit articulos fidei Moyſi per arbitrium ſuum, & iuxta mentem ſuam, poſuit multa dicta mirabilia pro fide noſtra, quæ inuenies ab hoc nu. 603. uſque ad nu. 615. excluſiue, & poſtea. uſque ad nu. 618.

Et ſic ponam quæ pertinent ad Gloſ. illorum numerorum.

### Num. 608. pag. 95. a

¶ In Gloſſa huius numeri inuenies quandam traditionem de computatione annorum mundi, quę multum facit pro nobis. G

### Num. 610. pag. 95. b

¶ Notatur in Gloſſa quàm clarè loquatur iſte Rabbi Moyſes de filiatione Diuina. G

### Num. 611. pag. ead. 1

¶ Notatur in gloſſa quod nulli patebat aditus ad Regnum Cælorum, quoad uſque, ſua morte Chriſtus portas reſerauit. Et notatur, Iudæum hunc inter tot falſa, aliqua dicere uera pro fide. G

Declarantur illa uerba: Omnis Iſraelita habet partem in Paradiſo. ibidem. G

### Num. 612. pag. 95. b

¶ In Gloſſa huius numeri conſidera quibus modis poſſit quis bene operari, & tendere ad perfectionem. Et qualiter intelligatur illud Pſ. 118. Inclinaui cor meum. &c. G

### Num. 615. pag. 96. a

¶ In hoc num. ponit Author articulum. 12. fidei Moyſi poſitum à Rabbi Moyſe.

In Gloſſa probatur articulum hunc. 12. legis, Moyſi fuiſſe uerum ante aduentum. Et quo tempore floruit Rabbi Moyſes. Et quod iam uenerit Meſſias: Et de computatione. ibidem. G

### Nu. 618. & 619. pag. 96. b. & 97. a

Notat Author qualiter Rabbi Moyſes in libr o, quem facit de pœnitentia, adducit pro ſe text. Deuteron. cū authoritate alterius Rabbini ut ibi uidebis ad probandum gloriam cæleſtem fuiſſe promiſſam per legem Moyſi. &c.

### Nu. 620. & 621. pa. 96. b. & 97. a

Animaduertit Author cōſiderādæ eſſe uerba huius Rabbini Moyſis.

Multi Iudęorum eius adhærent opinioni tenenti quod expectatio Meſſiæ ſit ex lege, & finis eius, ut Populus reducatur ad templum.

Notatur de illa dictione. Or, dicta ab Auctore. G

Declaratur opinio Rabbinorum. ib. G

### Num. 622. pag. 97. a

Inquit Author Rabbi Moyſem fuiße hominem excellentis ingenij.

Poſito uno falſo fundamento multa ſequuntur falſa, & incommoda. & ponitur ibidem.

Si lex Moyſi eßet duratura, fruſtra ueniret Meſſias.

Lex Moyſi in quibus ſit duratura, uel non. G

Ponitur etiam, an lex Moyſi det uitam ęternam. G

### Num. 623. & 624. pag. 97. a. & b.

Adducit Author falſam opinionem Rabbi Moyſi de Meſſia, ſcilicet quod Meſſias debebat uenire, ut facilius per legem Moyſi uita æterna haberetur abſque temporalibus impedimentis. etc.

Notat Author multos Iudæos erraſſe ſequentes falſum Rabbinum Moyſem; & nunç in circuitu ambulant uidentes tenebras, & non lucem.

Probat ex Ieremia tempore aduētus Meſſiæ debuiße ceſſare legē Moyſi.

Si cęcus cęcum ducit, ambo in foueam cadunt. G

Nota quaſdam obiectiones factas à Iudęis contra Ieremiam. et etc. & reſponſiones. etc. G

### Nu. 625. & 626. pag. 97. b. & 98. a

In hoc nu. & ſequenti tantum recitantur authoritates traditæ per Rabb. Moyſem. declaratas iam ab Authore, quæ multum urgent Iudæos.

### Num. 627. & 628. pag. 98. a

Probat Author, qualiter non circuncidentibus pręputium ſuum, et non ſeruantibus feſtum paſchale. etc. erat indicta pœna mortis animæ, quia propter tranſgreſſionem legis damnabantur, ſed non habebant gloriam propter obſeruantiam. etc. Et ponitur ratio.

### Num. 629. pag. ead.

Adducit Author dictum Apoſt. ad Hebr. c. 7. ad hoc quod nihil ad perfectum adduxit lex.

Probat optime ex. Iſaia. c. 2. et aliis. quod in nouiſſimis diebus omnes gētes confluent ad Ieruſalem, et ad montem Sion. etc.

Adducuntur multi Doctores tractantes ſuper dict. c. 7. ad Hebr. de perfectione. etc. ibid. G

Chriſtus miſit Apoſtolos prædicare. Muth. ca. 28. ut uidebit quilibet. G

### Num. 630. pag. 89. b

¶ Probat Author quòd lex debebat exire de Sion, & non de Sinai: & quod erit lex Dei Iacob, & non lex Moyſi: & quòd lex Moyſi dicitur etiam Diuina.

Probat ex Ierem. c. 3. ad finem, ceſſationem legis Moyſi. quia totum. c. clare loquitur.

Vtitur Author voce: Pur. & quid ſignificet. ibid. G.

### Num. 631. pag. ead.

Opponit Iudæus de c. 6. Deuteronomij. cui obiectioni optimè reſpondet Au-


 thor

ctor declarando, tex. in c. 16. et 23. Hieremiæ.

Declarat auctor quæ miſericordia fuit illa, quam Deus promiſit. Deut. 6.

Num. 632. & 633. pag. ead.

¶ Oſtendit auctor qualiter Iudæorum animos vexabat conſiderare in lege Moyſi non eſſe promiſſam vitam æternam.

Adducit auctor tex. in c. 60. Iſaię malè intellectum à Rabbinis de uita æterna, & probat contra.

Num. 634. pag. 99. a

¶ Monſtrat auctor qualiter deſtruxerit fundamentum Rabbi Moyſi de perpetuitate legis Moyſi, &c.

Proponit deſtruere omnia alia eius dicta; & primum illud: Quod non erit differentia de ijs diebus quibus ipſe expectabat Meſſiam, ad dies aduentus eius, &c.

Adducuntur rationes quare Sancti Patres cupiebant ſepeliri in terra promiſſionis, & ponuntur exempla. ibidem. G

Num. 635. & 636. pag. ead.

¶ Inſurgit auctor contra Iudæum, & quærit optimo argumento, quæ fuit cauſa, quæ mouebat Dauidem, Salomonem, & alios, vt ſic auidè deſiderarent aduentum Meſsię, &c. Nota ibid.

Adducuntur auctoritates quibus Dauid uocat Meſsiam Dominum ſuum. G

Adducũtur etiam auctoritates ad probandum effectus aduentus Meſſiæ, quos Nota. ibid. G

Num. 637. pag. 99. a

¶ Quærit, deinde auctor: Cur Patriarcha Iacob, & alij Sancti Patres, qui non ſaluabantur ex lege Moyſi, quæ nondum erat, de Meſſia ſic auidè loquebantur, & anxiè eum expectabant.

Patriarchæ deſiderabant rem miram, & incredibilem, etc. ac humanæ naturę reformationem.

Adducuntur auctoritates probantes, &c. G

Num. 638. pag. 99. b

¶ Inducit auctor Iudæum ad conſiderandum quàm expectatio Meſsię fuit pia, & deuota expectatio omnium Prophetarum.

Notat auctor qualiter de nullo unquã Propheta ante eius aduentum, nunquàm Prophetæ loquuti ſunt, auentes eius aduentũ, niſi de ſolo Meſsia.

Num. 639. & 640. pag. ead.

¶ Iudæi etiam fatentur omnes Prophetas à Moyſe vſque ad Malachiam non ſolùm de eiuſdem Meſsię aduentu loquutos fuiſſe, ſed vehementer illum videre concupiuiſſe.

Ex quibus patet non purum hominem expectaſſe, ſed rem miram, & nouam, ſ. Deum, & hominem.

Notat auctor nullum fuiſſe Prophetarum, quòd eſſet futurus ferre ſuper ſe hominum peccata, & illa delere, ſicut de ſolo Meſsia ſcriptum eſt, &c.

Adducũtur teſtimonia, quòd Chriſtus erat lux, &c. G

Et quòd omnes Prophetæ Meſsiam prædixerunt. G

Num.

Num. 641. pag. 100. a

¶ Probat auctor qualiter ſoli Deo conuenit peccata delere, miſereri, et parcere.

Concludit auctor contra Iudęum, neceſſariò eſſe fatendum Meſsiam fuiſſe Deum, ſi peccata habebat delere, propitiari, & portare.

Concludit ſecundo omnes fateri, fuiſſe hominem et filium Dauid, ergo eſt Deus et homo.

Num. 642. pag. ead.

¶ Aſsimilatur vel figuratur Sacrificium Meſsiæ, et Sacrificium Iſaac. Et ponitur locus. G

Adonay eſt nomen Tetragrammaton, & Soli Deo conuenit.

Adducit auctor nomina, quibus Prophetę vocauerunt Meſsiam, et illa declarat. vt in G.

Num. 643. pag. ead.

Tradit auctor qualiter omnes Prophetæ ſciebant Meſsiæ humanitatem; et videbant eius diuinitatem in ſpeculo, vel enigmate prophetię.

Prophetæ deſiderabant Meſsiæ aduentum, vt ſaluaret animas, non eo modo, quo vult Iudæus.

Adducuntur rationes, et auctoritates, quare conueniebat Meſsiam eße Deum, et hominem, etc. G

Num. 644. pag. 100. b

¶ Oſtendit auctor diſcordiam inter Catholicum, et Iudæum de aduentu Meſsię. Omnes enim conueniunt, quòd Meſsias debebat venire ad dãdam vitam ęternam ſed diſcordant ſatis, vt ibi.

Adducit auctor auctoritatem Hieremię. 31. quæ dat diuerſitatem duarum legum.

Adducitur quidam Doctor declarans illam, ibid. G

Num. 645. & 646. pag. 100. b

Oſtendit auctor legem Aegypti fuiſſe legem Domini ad ſeruos datam, etc. vbi declarat.

Lex noua fuit lex data amicabiliter, et cum gratia.

Et erat lex ad tollendum peccatum. vt oſtenditur.

Arguit auctor contra Iudæum, probans legem Moyſi fuiſſe temporalem; legem verò Chriſti eſſe ſpiritualem, ac deletiuam peccati.

Vide in Gloſſa quę ibi repetimus. G

Num. 647. pag. ead.

Probat auctor Catholicos, et Iudæos conuenire in temporalitate Meſsię, ſed diuerſo modo, Iudæus enim dicit, quòd debebat eſſe Potens Rex, etc. Catholicus autem, quòd erat homo paſsibilis, Deo ſanctificandus pro peccatis expiandis, vt ait Iſaias, &c.

Adducuntur auctoritates pro vita, ignominia, ac turpiſsima morte Meſsiæ. Nota. ibid. G

Num. 648. & 649. pag. 101. a

Arguit auctor contra Iudæum reprehenditq; illum, quia putabat potentiam Meſsię fuiſſe ſolùm temporalem, et reddit rationem cum exemplis.

Reprehendit etiam illum, quia putabat aduentum Meſsiæ ſolum prodeſſe ad faciendum ſeruare legẽ Moyſi, etc.
Adducitur Auctoritas ad probãdum, quòd qui in vno deliquit factus eſt omnium reus. G

Num. 650. & 651. pag. 101. a

¶ Arguit etiam Auctor, & reprobat Iudæum dicentem Meſsiam debere habere filium, et nepotem carnalẽ, et quòd viuet diuturnis et longæuis diebus in Regno ſuo. Et quòd potus, ueſtitus, & cibi prouiſio, & opulentia erit in ſuis diebus magna, et fertilis. etc. Et probat contrarium.

Num. 652. pag. ead.

Probat Auctor ex Moyſe nullam fieri mentionem de filijs Meſsiæ, ut dicit Rabbi Moyſes.
Aſsignat rationem rationis, quare fit mentio de filio Regis profani, & non de filio Meſsiæ.
Dicit Moyſes ſanctus Meſsiam eſſe mittendum per Deum, et non per Populum aſſumendum.
Adducuntur auctoritates probantes Meſsiam non carnales, ſed infinitos ferè habuiſſe ſpirituales filios. Et vide de præmijs Chriſti. G
Adducuntur et de miſsione Meſsię. G

Num. 653. & 654. pag. 101. b

Probat Author, quòd humanitùs virtus patris continuatur æqualiter, aut perfectius in poſteritatem futuram, perpetuo, etc.
Succeſſores aliquorum bonorum Regũ fuerunt mali, vt patet in multis locis librorum Regum.
Dicit Iudęus Meſsiam debere habere filios, per locum Iſaiæ: ibi: videbit ſemen longæuum, etc.
Reſpondit Auctor huic Auctoritati benè.

Num. 655. pag. 101. b

Adducit auctor mirabile exemplum ſ. quòd Moyſes, ex quo vidit gloriã Dei, abſtinuit ab vxore, quod etiam laudant Iudæi.
Declarat illa verba: videbit ſemen longæuum, etc.
Adducuntur rationes, auctoritates, et exempla ad probandum Meſsiam filios carnales habere non potuiſſe. Et ponuntur tres hominum ſtatus, et cuiuslibet perfectio, etiam declarata in Euangelio: Et ponuntur multa de Sacerdotum cœlibatu, etc. quæ videas. G

Num. 656. & 657. pag. 102. a

Probat auctor qualiter filij Meſsiæ debebant eſſe ſpirituales: quia poſt tribulationes, anguſtias crucem, et alia tormenta dicit Propheta, quòd uidebit ſemen longæuum, etc.
Homo afflictus, et in tormentis poſitus non gaudet de viſione ſuorum filiorum: Imò magis ei ſunt ad torturam, et vituperium.
Confirmatur dicto S. Iob. cap. 2. de vxore. G

Num. 658. pag. 102. b

Confirmat auctor intentum ſuum de generatione ſpirituali Meſsię, interpretando dictum Iſaiæ.

Repre-

Reprehenditur Rabbi Moyſes, eò quòd delirat ponendo prolem carnalem in Meſſia, quod nullus Iudæorum auſus fuit affirmare.
Confirmat Author ex Propheta Dan. dicente, quòd ſolus debet in nubibus venire. &c.
Adducuntur authoritates tractantes de regno Chriſti ſpirituali, & temporali. ibid. G

Num. 659. pag. 102. b.

¶ Reprehendit Author dictum ſecundum Rabbi Moyſis de abundantia ciborum, & opulentia in diebus Meſſiæ. & probat illum ſibi contrarium.
Tradit Author naturaliter debere careſtiam & famem ſuccedere.
Adducuntur authoritates probantes prophetam intellexiſſe de cibis ſpiritualibus. G

Num. 660. pag. ead.

¶ Reprobat Author tertium dictum Rabbi Moyſi dicentis tempore Meſſiæ non debere eſſe bellũ temporale.
Dicit Author quaſi impoſſibile ſecundum naturam, quod nõ ſint bella inter gentes, niſi natura humana conuerteretur in Angelicam.
Adducuntur in exemplum aliqua bella. ibid. G

Num. 661. pag. 103. a

¶ Reſpondet Author obiectioni Rabbini dicentis, quòd tempore Meſſiæ erit pax virtute Meſſiæ ad ſeruandã melius ac perfectius legem Moyſi, & quòd non erit amplius bellum contra Iudęos. &c.
Declaratur tex. Deuteron. c. 8. ibi: Ne poſtquam comederis, & ſaturatus fueris. &c. contra Iudæos.
Et concordat Canticum Moyſis. Deuteron. ca. 32.
Adducuntur multæ authoritates de ingratitudine. ibidem. G

Num. 662. & 663. pag. 103. a

¶ Probat Author qualiter illud, quod Rabbi Moyſes reputat remedium ad obſeruantiam legis Moyſi; illud ſanctus Moyſes reputauit ſcandalum, & turbationem ſuæ legis.
Quærit Author ironicè, cui ſit ſtandum illorum.
Adducuntur multa bona, mala, & incommoda, quæ ſequuntur ex diuitijs, & quam contrariæ ſint quieti. &c. ibidem. G

Num. 664. pag. 103. b.

¶ Quærit Rabbi Moyſes: Quomodo intelligantur authoritates Iſaiæ, & Micheæ: quod non docebuntur vltra ad prælium. etc.
Reſpondet ei Author declarando illas, cum authoritate Deuteronomij. c. 25. et Exodi. 17.

Num. 665. pag. ead.

¶ Probat Author qualiter in multis locis ſacris præcepit Moyſes facere bella contra inimicos.
Lex Moſaica erat plena præceptorum de belliſſis mouendis ex Diuina iuſſione.
Declarantur dicta Iſaiæ et Micheæ ſimul.

Num. 666. pag. ead.

¶ Declaratur qualiter ſit intelligendum

dum, quòd in nouiſſimis diebus erit præparatus mons Domini.

Et quòd mons Domini eſt Ciuitas Hieruſalem.

Hieruſalem eſt ædificata in monte Moriæ.

Dicta Prophetarum ſupra intelligenda ſpiritualiter.

De auctoritate montis Moriæ. ibid. G

Num. 667. pag. 104. a

¶ Notat auctor, quomodo demonſtrat Propheta, quòd quando Populus Iſraeliticus erit in fine dierum, quod eſt tempus aduentus Meſsiæ, quia tunc erit finis Populi Iſraelis, & erit principium Populi Chriſtiani, quòd aliæ gentes decurrent ad eum, & ad legem nouam.

Declaratur illud: Docebit nos uias ſuas, &c.

Num. 668. pag. ead.

¶ Probat Auctor illa verba Prophetæ: Iudicabit gentes, & arguet Populos multos: neceſſario eſſe intelligendum de Meſſia, aut de lege ſua.

Notat auctor qualiter non dicat Propheta de Meſſia, quòd bella mouebit, ſed quòd iudicabit, & arguet, quæ verba ad eius doctrinam referuntur.

Adducuntur aliqua ad notandum Chriſtum eſſe montem, &c. G

Adducuntur auctoritates probantes Meſsiam debere iudicare, & arguere.

Num. 669. & 670. pag. 104. a

¶ Oſtendit auctor, qualiter ſit intelligendum illud Iſaiæ: Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, &c.

Lex Chriſti non præcipit bella mouere ut lex Moyſi, ſed præcipit pacem. Et loquitur pacem Gentibus. Zachar. 9.

Notat auctor, quòd non inuenitur in Prophetis, quòd non erit ultra bellum; ſed quòd non addiſcent ultra bellare ex doctrina Meſsiæ plena pacis.

Declaratur illud Mat. 10. Non veni mittere pacem, ſed gladium, etc. G

Adducuntur etiam auctoritates pro pace. G

Num. 671. pag. 104 b

¶ Obijcit Iudeus: Quomodo inter Chriſtianos, poſt aduentum noſtri Meſſiæ, non ceſſant bella.

Reſpondet optimè Auctor quæſtioni Iudæi, &c.

Bellum facere an, & quando liceat.

Lex Moyſi, vetus, & Euangelica qualiter differant in hoc particulari de bello.

Adducuntur auctoritates probantes requiſita ad bellum iuſtum. G

Num. 672. pag. ead.

¶ Probat auctor qualiter, ſecundum mentem Rabbini, expectatio Meſſiæ non erat profutura niſi uidentibus eius aduentum, & ſic erat remedium temporale, &c.

Expectatio uero noſtra, noſtræ fidei Catholicæ de Meſsia erat profutura non ſolum uidentibus eum, ſed etiā præteritis, & futuris. &c.

Adducuntur auctoritates pro expectatione aduentus et fructu eius. G

Num. 673. pag. 104. b

¶ Reprehendit auctor Rabbinum dicentem, quòd non conuenit inquirere ex ſcripturis aduentum Meſſiæ.

Iudæi & Rabbini prudentes ſcrutabantur ſcripturas pro aduentu Meſſiæ, ſed falſa ſpe decipiuntur, quia iam omnes illi termini tranſierunt.

Confirmatur Meſſiam iam veniſſe. &c. G

Num. 674. pag. ead.

¶ Probat Auctor terminum aduentus Meſſiæ eſſe determinatum in Daniele, & Prophetis, & ab illis eſſe inquirendum, contra falſam doctrinam aliquorum Rabbinorum.

Rabbini deſperati de aduentu Meſſiæ, quem falsò expectant, dixerunt: crepentur expectantes, &c.

Adducuntur rationes pro confuſione Iudæorum, qui expectant, quem nos ſcimus veniſſe. G

Num. 675. pag. 105. a

Notat Auctor, qualiter Rabbi Moyſes dixit finem aduentus Meſſiæ eſſe ſaluare animas: ſed non perſtitit in hoc articulo, quia ſi perſtitiſſet aperirentur eius oculi. Vide ibi qualiter errauit poſtea.

Iſte Rabbi multorum Iudæorum oculos clauſit, ne lumen Ieſu poſſent videre.

Credere, & bene operari neceſſarium eſt. G

Adducuntur auctoritates de regno cœlorum aperto per Chriſtum. G

Rabbi Moyſes aſſimilatur Lucifero, et quare. G

Num. 676. & 677. pag. 105. a. & b

¶ Magnum fructum putat Auctor extirpaſſe falſam ſpem Iudæorum: et quare ſit ita magnus fructus optimè oſtendit.

Oſtendit omnia, quæ Iudæi in ſcripturis temporalia eſſe indicabant, ſpiritualiter eſſe intelligenda, &c.

Adducuntur multæ auctoritates de ſufficientia meriti Chriſti, licèt non omnes ſaluentur. G

Authores huius probationis validiſſimæ, nihilominus Iudæi nolunt conuerti, &c. G

Quòd intelligantur ſpiritualiter vide. ibidem. G

Num. 678. & 679. pag. 105. b

¶ Oſtendit Author, quòd in ſcriptura, terra ſancta capitur pro gloria cœleſti: Hieruſalem pro Hieruſalem cœleſti: Templum pro viſione Dei, et Meſſiæ cœleſtis, &c. et ponit rationem.

Inducit Iudæum Author, vt credat, quòd in Meſſia ſunt omnes benedictiones ſpirituales, et cœleſtes.

Num. 680. & 681. pag. ead.

¶ In his duobus numeris oſtendit Auctor ea, quæ Rabbi Moyſes, eiuſque ſequaces ſcire, credere, et tenere debuerant. Et reprehendit eos, quia cogitauerunt Prophetas deſideraſſe Meſſiā temporalem hominem. &c.

Num. 682. & 683. pag. 106. a

¶ Notat Author, lectoremque admonet,

net, quòd nemo credat in hoc opere, nec in factis fidei ſe demoſtrationes naturales, aut probationes Arithmeticas adduxiſſe, nec adducere putauiſſe.

Ponit rationem, ſcilicet, quia hæretici ex eiſdem locis unde ueritas fundatur, fundant ſuas hæreſes, quod nõ facerent ſi. &c.

Ponit differentiam inter ſanum intellectum Catholicorum, & falſum & inſanum hęreticorum.

Adducuntur authoritates pro aſtutia, & inſania, & falſa doctrina Hæreticorum. ibidem. G. vide bene hanc Gloſſam pro fugiendis hæreſibus.

Num. 684. pag. 106. a

¶ In hoc enim incipit Author reſpondere quibuſdam quæſtionibus factis per Iudæos.

Prima, de Sanctiſſima Trinitate.

Secunda, quare relinquimus Sabbatum. &c.

Tertia, quare Chriſtus non abſtulit pœnalitates. &c.

Quarta, quare Chriſtiani non circunciduntur? &c.

Num. 685. pag. ead.

¶ Incipit Author tractare de Santiſſima Trinitate, quia Iudæus exclamat contra Santisſimã Trinitatẽ, adducendo Moyſem dicentem. Deut. 6. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt. &c.

Adducit Iudęus Philoſophos ſequentes hanc unitatem, maximè Ariſt. 12. Methap. in fin.

Adducuntar Authoritates, & exempla, quę uidentur facere pro Iudæis. &c. G. quam uide.

Num. 686. pag. 106. b

¶ Introducit Author Iudęum negantem Trinitatem, et adducentem pro ſe etiam Sarracenum deteſtantem illos, qui ponunt pluralitatẽ in Deo.

Inſurgit Iudæus reprehendens Chriſtianum, &c.

Nume. 687. pag. 106. b

¶ Proſequitur Author materiam increpationis, qua Iudæus increpat Chriſtianũ dicens, quòd melius fuiſſet tacere, & ſequi doctrinam Moyſi, & Philoſophi, & inſtinctum fidei naturalis, &c.

Remiſſiuè citatur Moyſes in multis locis oſtenderis Trinitatem perſonarum. ibid. G.

Num. 688. & 689. pag. ead.

¶ Quærit Iudæus à Chrſtiano: Poſtquàm uos unum Deum colitis, ut in Symbolo; Credo; cur aliò diuertitis ad confitendum, & exponendũ Trinitatem in Deo.

Facit Iudæus alium argumentum probãs, quòd Meſſias explicauit Marc. 12. vnum ſolum Deum tantum. Et uide alia argumenta, quæ facit.

Num. 609. pag. ead.

¶ Proſequitur Iudæus argumentum, dicens, quare Chriſtiani tàm dubiũ articulum, ſicut eſt articulus de Trinitate in publicum prædicant dicendo eum hæreticum, qui negat Trinitatem.

Hæc, & alia argumenta facit Iudæus. &c.

Adducuntur mirabiles authoritates de fide, et articulo Sanctiſſimæ Trinitatis. ibid. G

Num. 691. pag. 107. a

¶ Obſecrat Author Iudæum, ut attente audiat, aperiat oculos, et uideat, quia vult illi indicare uerè Trinitatem dictam, & creditam à Prophetis, et à Ieſu Chriſto, & eius Apoſtolis.

Oſtendit qualiter neceſſitate rationis coacti teneantur Chriſtiani Trinitatem credere, affirmare, et publicare. & poſt unitatem, ſtatim confiteri perſonarum Trinitatem.

Num. 692. & 693. pag. ead.

¶ Proponit Author monſtrare Iudæo neceſſitatem, qua Chriſtiani aſtringuntur ad cõfitendum Sanctiſsimam Trinitatem.

Probat primo Author, Santiſs. Trinit. valido argumento ſumpto à miſſione Filij, quia ſi conſtat clare ex Prophetis, quòd Deus miſit Deum. &c. Vide ibid.

Remittit ſe Gloſſa. ad authoritates declaratas. G

Adducuntur authoritates pro una perſona mittente, & altera miſſa, ibi. G

Num. 694. pag. ead.

¶ Probat ſecundo Authori, ſantiſs. Trinit. indiſſolubili altero argumento. ſ. Perſona miſſa, qui eſt Meſſias, dixit, quòd Paraclytus quem mittet Pater in nomine ſuo, ille docebit, &c. Ecce Trinitatem.

Adducũtur authoritates probãtes, qualiter per Trinitatẽ ſaluati ſumus. G

Num. 695. pag. 107 b

Probat Author qualiter Deus miſit Deum, & Deus miſſus dixit, quòd miſſus ipſe eſt Filius, & quòd mittens eſt Pater, &c. & ſic probatur Trinitas.

Probat hæc omnia diuulgata ſic eſſe Chriſtianis per os Meſſię, ut non ualeamus tacere tantum beneficium.

Argumentatur optime author de vnitate dicta à Moyſe, et citata à Chriſto, &c.

Num. 696. pag. ead.

Oſtendit clare author, quòd uidemus manifeſte, quòd Deus eſt vnus, & non plures Dij in ſubſtantia Diuina.

Videmus, quòd in Deo ſunt proprietates mittentis Filium, et Filium miſſum, etc. et ſic neceſſario coacti ſumus dicere, quòd in Deo ſunt tres perſonæ non plurificantes ſubſtantiam Diuinam, etc.

Num. 697. 698. & 699. pag. 107. b & 108. a

Antequàm per authoritates Prophetarum probet author Trinitatem; In his duobus numeris incipit illam probare per rationem Philoſophicam, ut uidere ibidem poteris.

Deus intelligit ſeipſum perfectè, ita quòd nihil ignorat de ſe; & contrarium non eſt dicendum.

Intelligentia, et ſcientia Dei de ſe ipſo eſt infinita, et vide alia, quæ dicit.

Adducuntur Authoritates de intelligere Dei. G.

Adducuntur multa de attributis Dei. G

Num. 700. pag. 108.a

Probat Author, quòd qualibet res intelligens amat id quod intelligit tanto amore quanto intelligit.
Et ſic cùm Deus perfectè intelligat ſe ipſum, amat ſeipſum perfectè; Et hoc argumento probat Trinitatem, vt videbis.
Amor Dei ad ſe ipſum eſt perfectus, quẽadmodũ intelligere eſt perfectũ, &c.
Adducuntur Authoritates per hoc argum. G

Num. 701. pag. ead.

Probat Author Trinitatem ſupra connotatam reperiri ſolum in Deo, nec poſſe dici de qualibet alia re creata, puta de anima intelligente hominis, nec de Angelo, nec de aliquo motore cœli, quia tales non intelligunt ſeipſos perfectè: nec Anima rationalis intelligit ſe. &c.
Adducũtur authores probãtes qualiter Anima rationalis cognoſcat res alias. ibidem. G

Num. 702. & 703. pag. ead.

Oſtendit Author, quòd licèt Creaturæ, &c. ſint veſtigia & exempla Trinitatis Diuinæ, ſoli tamen Deo pertinet dicta Trinitas, quæ eſt in Deo per ſe, & in ſe, & à ſe, & non extra ſe.
Item, quòd trinitates, quæ in creaturis poſſunt conſiderari non ſunt à ſe, ſed ab alio, ſcilicet à Deo, & ſunt imperfectæ.
Ait hanc trinitatem in Deo ſenſiſſe Ariſtotelem, et Rabbi Moyſem, &c.
Adducuntur Authores probantes: An Philoſophi ſine lumine fidei potuerint Trinitatem cognoſcere ſolo lumine rationis. ibidem. G

Num. 704. & 705. pag. 108.a. & b

Probat Author Iudæum conſtringi ad concedendam Trinitatem in Deo, ratione ſui efficaciſſimi argumenti.
Oſtendit Author non eſſe ſuę intentionis tractare hic de Santiſſima Trinitate, ut tractant Catholici explicando ſingulas quæſtiones unitatis, Trinitatis, et attributorum, &c. et ad hoc citat authoritatem D. Auguſtini, quem vide.
Adducuntur aliæ Sanctorum authoritates, quę tractant de fide, et Eccleſię authoritate. G

Num. 706. pag. 108.b

¶ Concludit Author Trinitatem magis per authoritatem, quàm per rationem eſſe credendam.
Probat Author ex authoritate Ariſto. quòd totum, et omnia tribus determinata ſunt, &c.
Probat etiam qualiter tempore Ariſtotelis nemo ſic utebatur trinitate in ſanctificando Deum, ſicut Iudæi, qui dixerunt: Sanctus. &c. Iſaiæ. 6.

Num. 707. pag. ead.

Probat Author ſantiſſimam Trinitatem ſignificatam in illa trina benedictione inſtituta à Moyſe, &c.
Probat indubiè Ariſtotelem ſenſiſſe de multis alijs authoritatibus Hebræorum, et quare.
Ait Author Ariſtotelem fuiſſe Iudæum.
Adducuntur Authores dicentes Iudæos in benedictionibus ſuis uſos fuiſſe ſigno Crucis, vel Sanctiſſ. Trinitatis. Vide. ibid. G.

Num. 708. & 709. pa. 108.b. & 109. a

¶ Ab hoc loco incipit Author probare Trinitatẽ authoritatibus ſacris.
Explicat Author illam primam: In principio creauit Deus Cœlum, et terram. &c.
Notat Author quod in Hebræo eſt: creauit Dij. etc. Declarat nomen: El, & Elohin.
In Gloſſa adducuntur autoritates probantes hoc nomen: Elohim habere ſingularem numerum.
Item, Explicantur illa uerba Gen. 1. creauit Deus, ut in Hebreo, et manifeſtatur Trinitas. Nota.
Item in eodem. ca. patent clarè omnes tres perſonæ Sanctiſſ. Trinitatis. ibidem. G

Num. 710. pag 109. a.

¶ Probat etiam Author clarè myſterium Sanctiſſ. Trinitatis, ex eod. ca. 8. Gen. ibi: Faciamus hominem. etc. vbi prius declaratur pluralitas, et poſtea unitas.
Adducuntur aliæ rationes ad probandam pluralitatem, et poſtea unitatem. ex eod. c. 1. Geneſ. G
Notatur mirabilis illa dictio Deus, in in lingua Chaldaica, et manifeſtatur Trinitas. G

Num. 711. & 712. pag. 109. a. & b

Reprobat Author Iudæorũ falſam opinionem dicentium Deum, quando dixit faciamus, loqui cum Angelis.
Adducit optimas rationes ad reprobandam illorum inſaniam.
Reprobat etiam alios dicentes ibi: Faciamus, eſſe dictum cauſa maieſtatis, et leporis, ut faciunt Reges, et alij Principes.
Adducuntur Sancti reprobantes Iudæos de dictis opinionibus, et alia, uidelicet, quod Deus loqueretur tunc cum elementis.

Num. 713. pag. 109. b

¶ Reprehendit Author Iudæum de errore circa Trinitatem, et procurat conuincere illum cum dicto Gloſſę in Geneſim. Vbi uidebis quendam dialogum inter Deum et Moyſem, &c.
Adducuntur aliqua de ſcandalo, quid ſit, quale uitandum, et authores de hoc tractantes, et pulchram ſententiam. ibid. G

Num. 714. & 715. pag. ead.

¶ Concludit Author Iudeum ex dictis ſuorum Rabbinorum, quod illa uerba: Faciamus ſignificent pluralitatem perſonarum: ſiquidem Deus pręcepit Moyſi, ut ita ſcriberet.
Notat author quid ſit imago, et ſimilitudo.
Adducuntur aliquæ authoritates pro pluralitate perſonarum. ibidem. G
Adducuntur multæ grauiſs. Doctorum authoritates de quæſtione illa, ſcilicet ubi, uel in quo conſiſtat imago, et ſimilitudo Dei in homine. Vide multa de Animæ dignitate. etc. ibidem. G

Nume.716.& 717.pag. 110.a. & b

¶ Probat Author Myſterium Trinitatis in viſione Abrahæ, qui tres uidit, & vnum adorauit.
Reprehendit Author Abraham Benazara, dicentem falsò contra Chriſtianos, de duobus Angelis Gene.19.etc.
Ponit Author, qualiter Chriſtiani ex ſacra ſcriptura attribuāt perſonis diuinis proprietates. &c.
Dicit Author Rabbi Abraham Benazara, & alios parum ſtuduiſſe in ſecretis Trinitatis. &c.
Adducuntur multi Doct. pro declaratione illarum ſententiarum Abrahę Patriarchæ & tribus Angelis: & poſtea de duobus Angelis, & ponitur verus ſenſus. ibid. G

Num. 718. pag. 110.b

Adducit Author tex. expreſſum Iſaiæ. 43. ad probandum myſterium Trinitatis.
Ait nullum Apoſtolorum, aut Euangeliſtarum clarius expreſiſſe Trinitatem perſonarum, quàm hic.
Adducuntur Authoritates pro explicatione dictæ ſententiæ, & oſtenditur de qua lege loquatur. G
Adducuntur authoritates oſtendentes diſtinctionem perſonarum in Trinitate. ibid. G

Num. 719. pag. 111.a

¶ Reprehendit Author Iudæum propter incredulitatem ſuam, de Trinitate.
Reddit rationem author quare, cùm in veteri teſtamento fuit credita Trinitas ſanctiſs. non fuit ante aduentum Chriſti ſic explicitè prædicata.
Adducitur, & reprehenditur falſitas Rabbi Moyſi dicentis quoddam mendacium. &c. & ponuntur authores contra illum. ibidem. G

Num. 720. & 721. pag. 111.a

¶ Probat author qualiter recepto beneficio Sanctiſs. Trinitatis, non ſolum remanſit ſecreto credita, ſed etiam credita & publicata, & facta fidei Articulus.
Probat etiam Iudæos antiquos crediſſe Trinitat. & declarat illa uerba: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth. Vbi Sanctus prius poſitus eſt Pater. &c.
Iudæi Sanctiſſimam Trinitatem fatentur eiſdem nominibus, quibus Chriſtiani fatemur.
Adducuntur Rabbini tenentes hoc. G

Num. 722. & 723. pag. 111.b

¶ Ait Author authoritates, quas attulit potentes eſſe ad vincẽdum quodlibet rectum, & fidele ingenium, ad credendum articulum Trinitatis in Deo.
Reſpondit Author Iudæo, dicenti: quare Chriſtus non declarauit Iudęis interrogantibus Trinitatem.

Num. 724. pag. ead.

¶ Probat Author, qualiter Moyſes in illis uerbis, quæ Chriſtus citauit, intellexit non tantum vnitatem, ſed etiam Trinitatem.
In Gloſſa huius Numeri multa inuenies pro explicatione myſterij Sanctiſ. Trinitatis; et declaratur nomen Iehoua, et Elohim. etc. G

Num. 725. & 726. pag. 111.b & 112. a

¶ Notat Author myſterium incarnationis in illis verbis: Deus noſter, quæ Moyſes dixit de ſecunda perſona Sanctiſs. Trinitatis. Quia illa dicitur: Deus noſter, quia de noſtro aſſumpſit.
Concludit Author nec Moyſem, nec Chriſtum occultaſſe Trinitatem.
In hoc nume. Adducuntur, et explicantur multæ authoritates ſacræ ſcripturæ; et citantur multi Doctores pro myſterio Sant. Trinitatis. G
Et Nota benè quia multa ſunt vtilia.

Num. 727. 728. & 729. pag. 112.a. & b

In his tribus numeris continetur quædam oratio cuiuſdam Rabbini, quæ tractat de laudibus et encomijs Dei, et de myſterijs Trinitatis. Quā orationem Author adducit in probationem, et confirmationem noſtræ. S. Fidei Catholicæ.

Num. 730. pag. 112.b

¶ Concludit Author contra Iudæum tres titulos Moyſi, vel tres laudes quas dixit cantandas eſſe de Deo, non eſſe omittendas. In quibus multa inueniuntur myſteria de S. Trinitate.
Tradit Author, qui dicebantur Rabbini Singogæ Magnæ, et quanta eorum eſſet authoritas.
Adducuntur hìc multa librorum Rabbinorum teſtimonia; et dicta de S. Trinitate. Et citantur etiam Sancti Doctores. Vidè late. G

Num. 731. pag. 112.b

¶ Incipit Author numerare tres illas laudes, dictas à Moyſe, ſcilicet Deus Magnus, Deus Potens, Deus terribilis. Et in his conſiſtit myſterium Sanctiſs. Trinitatis. ut ibi explicatur.

Num. 732. pag. 113.a

¶ Oſtendit Author qualiter Rabbini cum ipſo Moyſe S. Trinitatem uelatam credebant, & affirmabant.
Chriſtus explicauit magis S. Trinitatem, Mat. vlt. dicens: Baptizantes eos, in nomine Patris. etc. Tractat de attributis perſonarum.
Adducuntur authoritates in probationem. G

Num. 733. pag. ead.

¶ Probat Author, qualiter Chriſtiani credimus quòd ſit Pater, & quòd eſt Filius, et Spiritus Sanctus.
Et quod non dicimus unitatem Dei, quin iungamus Trinitatem. Quia Deus eſt trinus in proprietatibus perſonarum; ſed vnus in eſſentia. etc.
Adducitur Athanaſij Symbolum de hoc. G
Adducuntur Authoritates Conciliorum, quibus probatur diſtinctio perſonarum. G

Num. 734. & 735. pag. 113.b

¶ Argumentatur Author contra Iudæum, dicens: Si Moyſes præcepit illas tres laudes, et titulos de Deo decantari, nec omitti poſſe, quomodo poteſt

poteſt in illis Trinitas negari perſonarum? Et ita concludit quòd Trinitas per antiquos Iudæorum Prophetas, & Doctores dicta, & credita eſt, ſed non ſic explicitè, & per propria nomina perſonarum, &c.

Nunquàm tamen comprehenſa eſt, nec comprehendi poteſt, ſicut nec ipſa vnitas Dei.

Probat vnitatem Dei ab omnibus creditam, &c.

Adducuntur auctoritates probantes qualiter Dei vnitas poſſit intelligi. &c. G

Ponuntur quatuor modi, quibus Philoſophi venerunt in cognitionem Dei, &c. G

Num. 736. pag. 113.b

¶ Ab hoc num. incipit Auctor ponere ſecundam Iudæorum quæſtionem de Sabbathi obſeruatione.

Proponit Auctor, qualiter Chriſtiani colunt Dominicam, & non Sabbatum, cum Dominus pręcepit ſeruare mandata. Adducuntur loca. G

Num. 737. pag. 114.a

¶ Argumentatur Iudæus contra Chriſtianos dicens Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſeruaſſe Sabbatum, niſi in aliquibus.

Chriſtus reprobauit traditiones ſuperſtitioſas Iudæorum, redarguendo eos, &c.

Probat omnia propter hominem eſſe creata.

Adducuntur teſtimonia Euangelica. G

Num. 738. pag. ead.

¶ Argumentatur deinde; Cùm Chriſtus ſeruauit, & ſeruari voluit diem Sabbati in aliis obſeruantiis legalibus; qua fronte (ait Iudæus) vos Chriſtiani facitis contra quod fecit veſter Meſſias, & Magiſter.

Vult Iudæus Sabbatum non eſſe ceremoniale, &c.

Num. 739. & 740. pag. 114.a

¶ Inſtat argumentando Iudæus dicens obſeruantiam diei Dominici eſſe ſine Meſſia, ſine lege, & ſine Apoſtolo, & dicit in hoc titubare, quia videtur ſibi falſam legem nouam eſſe.

Reſpondet Auctor Iudæo: & Primò dicit non eſſe admittendum, quòd Sabbatum, quod Deus olim iuſsit ſeruare ſit ipſa Dominica dies in ſubſtantia.

Propter illam diem. 31. Regum. &c.

Adducuntur auctoritates de veritate legis. G

Probatur qualis ſit Dominica Chriſtianorum. G

Num. 741. pag. ead

¶ Adducit Auctor hiſtoriam illam de dilatatione diei contra curſum naturæ. Ioſ. 10.

Ex qua hiſtoria volunt aliqui, quòd dies illa duplicata fuerit dies Dominica.

Nu. 742. & 743. pag. 114.b

¶ Reprehendit Auctor illos, qui metu Iudæorum ducti voluerunt cogitare hanc truffam.

Ponit Auctor qualiter nec poſt illud miraculum aliter Iudæi ſeruabant Sabbatum.

Oſtendit Auctor, qualiter iſta dies Dominica non ſeruatur, vt Sabbatum, licèt ſit Sabb. & quare.

Chriſtiani in Dominica cibos pręparamus, quod Iudęis non licebat in Sabbato.

Num. 744. pag. 114.b

¶ Vertit Auctor in dubium, inter obſeruationem iſtorum dierum, & rationem dubitandi.

Stat dubium, quia Deus in Decalogo præcepit ſeruare Sabbatum.

Num. 745. pag. ead.

¶ Quærit Auctor, dato quòd dies Dominica per caſum illius miraculi ſit verè Sabbatum, qua auctoritate nos Chriſtiani non ſeruamus diem Dominicam in decoctione ciborum, etc.

Adducit S. Thomam reſpondentem, quòd obſeruatio Sabbati eſt ceræmonialis, &c. vide ibi.

In Gloſſa hac adducuntur primò multi Doctores pro hac quæſtione, Sanct. Thomæ.

Notatur Secundò, quatuor Sabbata reperiri in lege, & explicantur.

Tertiò, Sabbatum triplici de cauſa præceptum Iudæis.

Quartò, Nulla dies fuit tàm celebris, vt Sabbatum.

Quintò, Nota, quis dicebatur magnus dies Sabbati.

Sextò, Nota Iudęos octo habuiſſe feſtiuitates legales; & explicantur latè. G. vide alia.

Nu. 746. vſque ad 750. incluſiuè. pag. ead.

¶ In his num. dicit Auctor, quòd quãuis ratio S. Thomæ ſit vera, non tamen reſpondetur argumento. Cui auctor reſpondet latè, & benè, vt videbis, ibid. maximè. nu. 749. et 750.

Num. 751. pag. 115.b

¶ Adducit Auctor cauſam, et rationem, ob quam Deus indixit obſeruantiam Sabbati liberationis ex Aegypto: & concludit, quòd fuit in memoriam duorum beneficiorum, &c.

Num. 752. pag. ead.

¶ Adducit Auctor rationem quare Rabbini Iudæorum mirantur de præceptis obſeruationis Sabbati. Et tradit qualiter in lege nihil eſſe poteſt contrarium, falſum, aut diminutum; & declarat benè.

Num. 753. pag. ead.

Dicunt Iudæi, quòd adhoc vt in lege nihil ſit falſum, aut diminutum, quòd memorię mandatum de ſanctificatione, & mandatum de ceſſando ab opere ſeruili in eodem præcepto, fuere dicta in vna eademque inſtantia, &cæt.

Num. 754. pag. 116.a

¶ Probat Auctor, quòd ex ore diuino ideò Iudæi iubentur ſeruare Sabbatum ab operibus, vt ſit memoria liberationis de Aegypto

Propheta Hieremias ſanctificatus in vtero fuit, dixit. ca. 23. quòd in diebus aduentus Meſsiæ, quòd non dicetur vltra, etc.

Notatur in Gloſſa differentia lectionis, &c. G

Num. 755. & 756. pag. ead.

Concludit Auctor manifeſtè contra Iudæum,

deum, quòd tempore aduentus Meſſiæ, non eſt facienda memoria eductionis de terra Aegypti; quia maior liberatio abſorbet minorem. Et ſic ridiculum eſſet velle ſeruare Sabbatum, vide ibid.

Num.757. pag.116.a

¶ Concludit etiam, & dicit habere probatum, quòd adueniente Meſſia temporali Redemptore Populi Iſraelis, ab vniuerſis partibus Mundi non ſeruabitur Sabbatum, nec fiet iniuria maiori liberationi, ſed erit alia dies ſeruanda ob memoriam maioris liberationis.
Adducuntur auctoritates reprobantes feſtiuitates Iudæorum. G. Nota multa in Gloſſa.
Declaratur etiam quid ſit Neomenia, & Kalendæ, quod erat ſecundũ feſtũ.
Adducuntur multa ad declarandũ quid ſit Phaſe, tertium feſtum, & de eius cæremoniis.
Notatur tempus celebrationis Paſchatis Chriſtianorum, & Iudæorum. Et adducuntur iura, & Doctores pro multiplici paſchate.
De 4. feſto ſcilicet Penthecoſtes, &c.
De 5. feſto. Feſtum Tubarum, vel clangoris.
De 6. feſto, quod erat Expiationis.
De 7. Quod erat Tabernaculorum feſtum.
De 8. quod erat feſtum cœtus.
Nota etiam quibus feſtis Chriſtianorum mutata fuerunt hæc Iudæorum feſta. G

Num.758.& 759. pag.116.b

¶ Inſurgit Auctor contra Iudæum vacans eum ſine corde, & oculis.
Argumentatur Auctor ex c.5. Hieremiæ, & facit argumentum de liberatione temporali ad ſpiritualem liberationem.
Populus Iſrael Dei, ſumus Chriſtiani, quos liberauit Chriſtus de peccato Adæ, &c.

Num.760. pag.116.b

¶ Probat auctor, quòd per filium Phares intelligitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſecundum carnem eſt filius Phares: & qualiter donec veniret ille, non debebat amoueri ille enſis, vel anguſtia, quæ premebat patres, &c.

Num.761. pag.117.a

Probat Auctor qualiter veniente Meſſia liberatio fiebat vniuerſalis, non ſolum Populi Iudaici ex Aegypto, ſed Populi Iudaici aut Iſraelis de vniuerſo mundo, & ponit rationem.
Tradit eductionem de Aegypto fuiſſe figuram, & quòd Aegyptus eſt confuſio, qua Iudæi detinebantur, &c.

Num.762. pag.ead.

¶ Probat Auctor, quòd confuſio, qua Iudæi detinebantur, erat figura ſtatus naturæ humanæ exiſtentis in cõfuſione peccati originali, à qua confuſione liberantur in ſanguine Agni. Terra ſancta in figura eſt Regnum cœlorum.
Concludit Auctor, quòd facta liberatione ſpirituali, & vniuerſali debuit ceſſare Sabbatum.

Num.76. 764.765. pag.117.a.& b

¶ Hic adducit Auctor auctoritatem Lucæ.



Lucæ.6. Mat.12. & Marci. 2. vbi dicitur, quòd Dominus eſt filius hominis, etiam Sabbati, & Paul. c.2. ad Coloſſen. in quibus locis optimam videbis declarationem pro die Sabbati, &c.

Num.766. pag. 117.b

¶ Adducit auctor clarè, Sabbatũ fuiſſe ombram futuri corporis Chriſti.
Facit comparationem optimã de vmbra ad Sabbatũ. quia quodlibet corpus naturalem facit vmbram poſt ſe in ortu Solis, & applicat hoc ad Chriſtum, &c. vide ibid.

Num.767. pag.118.a

¶ Notat auctor cauſam obſeruationem Sabbati fuiſſe pro memoranda liberatione Aegypti.
Notat etiam in nullo aliorum præceptorum Decalogi fuiſſe poſitam cauſam obſeruationis niſi, &c.
Declarat qualiter ceſſat obſeruãtia diei Sabbati, quo ad Sabbatum, ſed non in totum.
Notat de obſeruatione diei Dominici, & quare.

Num. 768. pag.ead.

Probat Auctor diem Dominicum eſſe diem noſtrę liberationis vniuerſalis per reſurrectionem Domini.
Notat quare non ſeruamus diem veneris. Et quòd Dominica fuit dies requiei Domini.
Declaratur locus Iſaiæ.43. ibi: Verũtamen ſeruire, &c.

Nu. 769. pag.ead.

¶ Concludit Auctor diem paſſionis fuiſſe diem laboris, et diem reſurrectionis fuiſſe diem requiei.
Oſtendit, quòd ibi vbi eſt mandatum obſeruantiæ diei Sabbati propter memoriam liberationis temporalis, & particularis, eſt mandatum obſeruationis diei Dominici propter memoriam maioris liberationis, &c.

Num.770. pag.118.b

¶ Notat Auctor qualiter fuit præceptum de obſeruantia ſeptimi diei, et qualiter hoc nunc intelligatur de die Dominica. Sic quod præceptum eſt idem licèt ſint dies diuerſi, &c.

Num.771. pag.ead.

¶ Quærit Iudæus, quomodo Chriſtiani non ſeruamus modum celebrandi Sabbatum in decoctione, etc.
Reſpondit optimè auctor.
Ponitur qualiter laborabant Iudæi in captiuitate Aegyptiaca in colligendis paleis, &c. Vide ibidem.

Num. 772.& 773. pag.ead.

¶ Notat auctor qualiter Deus non prohibuit expreſsè decoctionem ciborũ ſed opus ſeruile.
Cõcludit ſubſtãtiã præcepti ſtare in obſeruatione vnius diei ſeptimi ab opere ſeruili propter memoriam liberationis temporalis Aegyptiacæ, non in decoctione, &c.

Num.774. pag.ead.

Quærit Iudæus in quo ſeruatur Dominica? cui reſpõdet auctor, quòd in memoria illius, quod ſignificat, quia ſicut Deus nos liberauit à ſeruitute peccati, il-

n la

la etiam die vacemus à ſeruitute ſeruili operum, &c.
Ponit qualiter ſit vacandũ à peccatis.
Adducuntur multa ad declarandum auctorem dicentem in artibus mechanicis reperiri, &c. G
Declaratur qualiter non ſit peccatum cibos in Dominica præparare die, et quando eſſet peccatum. G
Adducuntur auctores tractãtes de iis, à quibus tenemur in Dominica abſtinere. Et an ſit aliud peccatum in illa peccare. G

Num. 775. pag. 119. a

¶ Probat Auctor qualiter Chriſtiani teneamur audire Miſſam ex præcepto, in die Dominica, & vacare in Eccleſia ob memoriam ſpiritualis redemptionis, non autem debent vacare in abſtentione decoctionis ciborum, & ponit, quare.

Num. 776. vſq; ad 778. pag. 119. a

¶ In his tribus num. recolit auctor, & in epitome reducit omnia dicta de hac. q. Sabbati.

Num. 779. pag. 119. b

¶ In hoc enim incipit Auctor tractare illam quæſt. Cur pœnæ temporales peccati Adæ non ſunt per Meſſiam ſublatę.
Ponit Auctor Iudęorum argumentum contra Chriſtianos, videlicet: Cum dicant Chriſtiani Deum incarnatum fuiſſe propter mortem æternam tollendam, quare non abſtulit pœnas corporales, &c.
Adducuntur auctoritates probãtes Meſſiam veniſſe ad ſaluandum, &c. G
Adducuntur alia argumenta, quæ poterat fieri ex parte Iudæorum, & ſoluuntur, &c. G

Num. 780. & 781. pag. 120. a

¶ Ponitur reſponſio quædam, quæ poteſt fieri à Chriſtianis: & etiam redarguit Iudæus volens ponere impotentiam, in Meſſia, &c. vide latè ibi.
Adducuntur auctoritates contra miſeros Iudæos nolentes credere. Et diffinitur fides. G

Num. 782. pag. ead.

¶ Probat Auctor qualiter pœnæ corporales, videlicet mortis, & aliæ corporis paſſiones, & ęrumnæ fuerunt neceſſariæ pœnæ peccati originalis, quia ante peccatum poterat homo mori, & non mori, &c.
Probat qualiter poſt peccatum, eſt neceſſaria mors, ſecundum Theologorum communem.
Declaratur illud Geneſ. 2. In quocunq; die comederis, ex eo, morte morieris.
Adducuntur auctoritates Sacrę concordantes. G

Num. 783. pag. ead.

¶ Explicat Auctor quid ſignificent illa duplicata uerba Geneſ. 2. morte morieris, videlicet, quòd intelligatur mors corporalis, & mors æterna.
Tractat auctor, quid ſi non comediſſet Adam de ligno vetito, &c.
Adducuntur multa auctoritates, & probatur triplicem eſſe ſtatum humanæ naturæ, & explicantur, &cæt. G

Num. 784. & 785. pag. 120. a. & b

¶ Ait Auctor, quòd ſi interrogetur; ſi mors Meſſię abſtulerit omnes pœnas; Dicendum quòd ſic, quia aliàs non eſſet plena ſatisfactio pro peccato.
Tractat auctor quantum differant oculus ſpiritualis & corporalis.
Quæritur quid ſit loroſiam habere, ibidem. G

Num. 786. & 787. pag. 120. b

Inducit Auctor Iudæum, monſtrareque illi promittit per mortem Meſſiæ ſublatas fuiſſe pœnas corporales, & quòd non potuerunt ita citò aboleri, nec tolli, vt ſpirituales.
Adducit auctor auctoritatem S. Auguſt. qua probat intentum, &c.

Num. 788. pag. ead.

Probat Auctor, quid ſit fides. Et qualiter operata eſt in Martyribus, qui mortis metum vicerunt. Et qualiter fuit neceſſarium ne ſtatim in Baptiſmo tollerentur pœnæ? et quare.
Adducuntur aliqui Sancti in exemplũ qui fortes in fide fecerunt victoriam, &c. G

Num. 789. & 790. pag. 121. a

¶ Adducit auctor ſcilicet Auguſti. uerba quibus probat, quòd quemadmodum olim dicebatur homini; morieris ſi peccaueris; nunc dicitur Martyri: morere ne pecces, et adducit differentiam.
Tradit ſententiam Theologorum dicentium, quòd Saluator pœnas corporales tollẽdas reſeruauit in futuro, etc.
Adducitur quoddam argumentum, & ratio contra auctoris ſententiam. G

Num. 791. 792. 793. pag. 121. a.

¶ Tradit auctor nouum Iudæi argumentum, et replicam, qui dicit: quod non uideo, non credo.
Cui obiectioni reſpondet auctor, et explicat mentem, et intentionem Iudæi circa pœnalitates. Et reſpondet Auctor tradens auctoritatem de ligno uitæ, et explicat latè, prout uidebis.

Num. 794. pag. 121. b

Quærit auctor, Quid decuit Deum facere, ut perfectum opus faceret? et dicit, quòd non ſolum reſtituit hominẽ in primum perfectum ſtatum, ubi poterat cadere, peccare, et mori: ſed oportuit facere opus perfectum, &c.
Tradit qualiter hoc non meruit homo ex gratia ſuæ uirtutis, ſed ex gratia Dei cum homine, &c.
Probat fidem, et opera eſſe neceſſaria ad ſalutem.
Adducuntur auctoritates probantes hominis inſufficientiam, &c. G
Item ad probandum de fide, et operib. G

Num. 795. pag. ead.

¶ Probat Auctor ſuam intentionem contra Iudæum auctoritate Iſaiæ. 25. ibi: Præcipitabit mortem, &c. et auctoritate Oſeę. penult. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, &c.

Num. 796. pag. ead.

¶ Argumentatur auctor contra Iudæum dicens, quòd textus ſupra dicti-

dicti Iſaiæ, & Oſeæ, non poſſunt adaptari niſi Deo Saluatori, qui eſt ipſe verus Meſſias.
Probat, dato hoc, quòd mors non poſſit tolli in ſempiternum nouiter, niſi auferatur alia forma, quæ pridem per creationem erat ſublata. Et ponit modum antiquum.
Probat qualiter, & quare primi parentes ſeducti, & fuerunt in periculo vtriuſque mortis.
Adducuntur aliqua de ſtatu primi hominis an erat mortalis, uel nõ, etc. G

Num. 797. pag. 121. b

¶ Concludit Author, ex dictis, quòd ſi Deus debet delere mortem in ſempiternum, quòd non erit poſſibilitas moriendi. & ſic quòd talis ſtatus felicior erit primo. Probat etiam qualiter poſſuims uenire ad hunc ſtatum immortalitatis. Vide ibi.

Num. 798. pag. 122. a

¶ Probat Author. quòd ſicut Meſſias per ſuam mortem abſtulit mortem animę iã incurſam per peccatum primi Parentis; non tamen eam abſtulit præciſsè, vt per ſuam mortem omnes, ſine iuſtitia uadamus ad gloriã, niſi ſequamur ueſtigia eius; ſic. etc.
Adducuntur authoritates probantes imitationem requiri Chriſti, &c. G
Declaratur quid ſit Dei iuſtitia diſtributiua. G

Num. 799. pag. ead.

¶ Oſtendit Author corporum reſurrectionem eſſe neceſſariam, & quare.
Probat argumento quodam Meſſiam debuiſſe reſuſcitare tunc omnia corpora iuſtorum, ſi confeſtim debuiſſet tollere omnes corporales pęnas, &c.
Adducuntur authoritates, quare corpora reſurgent. G

Num. 800. & 801. pag. 122. a. & b.

¶ Proponit Author quandam quæſtionem Iudæo de reſurrectione iniuſtorum, vel ſi aduentus Meſſiæ fuiſſet illis præmium, &c.
Probat qualiter fuit facta ſaluatio animarum, et de ſaluatione corporũ.
Adducuntur authoritates pro acceſſorio, &c. G

Num. 802. pag. 122. b

¶ Hic incipit quarta dubitatio Iudæi. Cùm Chriſtus fuit circunciſus, quare nos non.
Tradit Author qualiter Chriſtus ſeruando legem Moyſi fuit circunciſus die octaua ſuæ natiuitatis, & quòd non abſtulit tunc circũciſionem. etc.
Probat Author circunciſionem non fuiſſe ex lege Moyſi, ſed ex antiquis Patriarchis, &c.
Adducitur quòd Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio. G
Adducuntur authoritates de circunciſione Chriſti, & quare expectabatur octauus dies. G

Num. 803. pag. ead.

¶ Probat Author qualiter condemnabatur, vel non, ad infernum puer circunciſus, vel non, & quòd tollebat originale peccatum.
Tradit Author formam uerborum, qua hodie vtuntur Iudæi circuncidendo ſuos pueros.

Num.



Num. 804. pag. 122. b.

¶ Probat Author qualiter nec in lege Moyſi, nec alibi habet Iudæus quod circunciſio daret Gloriam cæleſtem, nec gloriam ſibi per circunciſionem promittunt, ſed etc.
Baptiſmus dat gloriam Cęleſtem ex ore Chriſti, etc.
Adducuntur multæ authoritates ad probandum, quem effectum operabatur circunciſio. Et quid ſit diſcriminis inter Baptiſmum, etc. G

Num. 805. pag. 123. a

¶ Probat Author quòd circunciſio eſt ſuperflua, imò quòd includeret hæreſim, quaſi Baptiſmus non ſufficeret ad gloriam. Et declaratur locus. D. Pauli, &c.
Adducuntur multa notabilia; maxime de inſufficientia circunciſionis reſpectu Baptiſmi. G

Num. 806. pag. ead.

¶ Oſtendit Author Baptiſmum inſtitutũ à Chriſto, et quòd poſt eius mortem eſt plenum remedium conſequendæ gloriæ, et liberationis inferni.
Probat qualiter nunc circunciſio non ſolum non prodeſt, imò nocet, &c.

Num. 807. pag. ead.

Fatetur Author Iudæo Chriſtum fuiſſe circunciſſum, et quòd ſic neceſſarium fuit. et ponit rationem.
Miſſio Chriſti non habuit finem vſque ad mortem.
Probat quòd in nocte, antequam Chriſtus pateretur, habuit principium lex noua, quã Meſſias erat daturus, Adducuntur multæ authoritates, & fundamenta, quare Chriſtus fuit circunciſus. Et quare non durat circunciſio Abrahæ in æternum, cum eius fides durare debeat, &c. G

Num. 808. 809. 810. pag. 123. a. & b

¶ In his tribus num. adducit Author authoritates ſacras, quibus patet circunciſionem eſſe à Chriſto ſublatam, & Baptiſmum inſtitutum,

Num. 811. pag. 123. b

¶ Sequitur quinta Quæſt. Quomodo publicè Chriſtiani tenent imagines, etc.
Iudęus dicit Chriſtianos eſſe Idolatras, quia publicè adorant imagines contra primum præceptum.
Cui optimè reſpondet Auctor, dicẽs quo fine eſt imago adoranda, etc.
In Gloſſa huius numeri, multa, et vtilia inuenies de imaginibus. Primò, ponuntur multi, qui de illis ſcripſerunt. 2. Qualiter differant imago, ſimilitudo, et ſtatua. 3. Qualiter imagines ſunt de iure naturali, veteri Diuino, nouo, etc. Et ponuntur multę antiquę imagines, etc. vide ibidem. G

Num. 812. pag. 124. a

Probat auctor imagines adorare non eſſe contra legem.
Adducit imagines duorum Cherubin, quas Deus præcepit Moyſi facere.
Iudęi dicunt illa duo Cherubin, fuiſſe maſculum, et fœminam.
Probat qualiter totum Templum Salomonis erat plenum imaginibus, & figuris ad honorem Dei.
Dicit ad hoc exemplum licere imagines Sanctorum.

Num.

### Num.813. pag.124.a

¶ Tradit Author Chriſti, & eius ſanctiſs. matris, & Sanctorum imagines colendas in Dei honorem.

Declaratur Iob. c.5. Ad aliquem Sanctorum conuertere.

Adducit morem Iudęorum, etiam hodiernum de adoratione rotuli legis Moyſi, & qualiter fiat.

### Num.814. pag.124.b

¶ Oſtendit Author quanta reuerentia colant Iudæi Sacram ſcripturam.

Ponit Author triplicem differentiam literarum, quod nota quia pulchrum eſt.

### Num. 815. pag. ead.

¶ Probat Author hiſtorias, & imagines dici ſcripturas Populorum, & declaratur Pſal. 86.

Confundit Author Iudęum dicentem Chriſtianos Idolatras, & probat non eſſe, &c.

Adducuntur Doctores ponentes rationes, quare vtitur imaginibus Sancta Romana Eccleſia. G

### Num.816. & 817. pag.125.a

¶ Adducit Author ſententiam. S. Auguſt. dicentem Romanos antiquius annis. 170. Deos ſine Simulacro coluiſſe, &c.

Probat Deum poſtquam humanam naturam aſſumpſit in ea adorandum eſſe.

Tradit qualiter determinauit Eccleſiã fieri imagines, cum quibus Deus Crucifixus melius menti deuotæ repræſentatur.

Adducuntur authores probantes qua adoratione ſit Chriſtus adorandus, &c. G

Adducũtur etiam Concilia, quibus cautum fuit ſacras imagines debere fieri: & de alijs traditionibus Eccleſiaſticis. G

Ante humanitatem Dei non licebat Deum depingere humana figura, ibidem. G

### Num.818. pag.125.a.

¶ Oſtendit Author hodie melius adorari Chriſtum Crucifixum literis hiſtorialibus quam mentalibus.

Tradit quid ſignificabat Deum adorari in ueteri lege inter duo illa Cherubin.

### Num.819. pag.125.b.

¶ In hoc. nume. ſequitur Quæſtio. 6. Quare vetiti cibi in lege Moyſi ſunt permiſſi Chriſtianis.

Arguit Iudæus contra Chriſtianos dicens Chriſtum non dediſſe licentiam veſcendi cibis vetitis, &c.

Credendum eſt Chriſtum non manducaſſe cibos vetitos.

Adducuntur tres regulæ pro triplici ciborum prohibitorum in lege differentia. Vbi videbis de animalibus mundis, & immundis, &c. G

### Num.820. & 821. pag. ead.

¶ Probat Author Chriſtum dediſſe licentiam indiſtinctè Apoſtolis ueſcendi omnibus cibis. & declaratur illud Lucæ. 10. Edentes, & bibentes quæ apud illos ſunt, &c.

Conformat cum hoc dictum Iudæorum antiquorum.

Num.





### Num.822. pag. 125.b. & 126.a

Declarat Author uerſum illum Pſal. 145. Dominus ſoluit compeditos; qui duplicem habet intellectum.

Dicunt Talmudiſtæ Deum in futuro debere ſoluere cibos uetitos.

Adducuntur authoritates, & exempla, quibus patet animarum ſalutem non dependere a cibis.

Adducuntur, nihilominus, tempora diuerſa, quibus diuerſa, dedit Deus de cibis præcepta. G

### Num. 823. pag. 126.a

Ponit Author fatuum Iudæorum aſſer[illegible] dicentium Deum debere dare Leuiatan in conuiuio iuſtis in futurum.

Dicebant etiam, quòd Leuiatan continet omnes cibos.

Concludit Author diſtinctionem ciborũ non debuiſſe eſſe perpetuam.

### Num. 824. pag. ead.

In hoc numero ponitur 7. Quæſtio. Cur Chriſtiani non ſeruant feſta Iudæorum, quæ Chriſtus ſeruauit?

Chriſtum ſeruauit feſtum Scenophegiæ, & Paſchæ Azimorum; & adducit teſtimonia.

Reſpondet Author hæc feſta fuiſſe ceremonialia.

Adducuntur multa pro hac q. uidelicet. An Chriſtus ſeruauerit legalia, ſiue ceremonialia legis. G

### Num.825. & 826. pag. 126.b

Adducit Author textum Biblię in reſponſionem dictæ quæſtionis: et dicit quòd licèt dicta feſta fuerint à Domino noſtro Ieſu Chriſto ſeruata, quia natus erat ſub lege, debebant poſtea ceſſare.

Et adducit, & declarat loca.

Probatur Iudæos retorquere ſenſum ſcripturarum. G

Adducitur locus ad hoc, quòd Meſſias erat ſub lege. G

### Num.827. & 828. pag. 127.a

In his duobus numeris ponit author dicta, & authoritates antiquorũ Rabbinorum ad probandum omnia illorum feſta debere ceſſare.

### Num. 829. pag. ead.

Argumentatur Author contra Iudæũ ex uerbis Rabbinorum, ad probandũ intentum de celebratione, & ceßatione feſtorum illorum.

### Num. 830. pag. ead.

Probat author ex uerbis Rabbinorum, tempore Meſſiæ debere ceſſare omnia Iudęorum feſta, excepto feſto Agni Paſchalis, de quo erat fienda mẽtio diebus Meſſiæ. Ponit rationem.

Adducuntur multæ ſacræ authoritates ad probandum feſta Iudęorum debere ceßare.

### Numero 831. & 832. pag. 127.a. & b

Adducit author Authoritatem, & vſum Eccleſię Catholicæ, ad probandum perpetuam memoriam feſti Agni Paſchalis. Et probat impletam eſſe authoritatem Rabbinorum.

Adducitur ratio, quare Beatiſs. virgo

non

non obtulit Agnum in templo. Et adducuntur loci, quibus Chriſtus vocatur Agnus. G

Num. 833. pag. 127.b

¶ Quærit Iudæus: Quare feſtum expiationis pro peccatis, qui erat dies celeberrimus, & indulgentiæ non celebratur apud Chriſtianos.
Reſpondit auctor, maiori ratione hoc feſtum ceſſare.
Adducuntur multæ auctoritates quibus probatur quibus ritibus, & cæremonijs illud feſtum celebrabatur apud Iudæos. G

Num. 834. pag. ead.

¶ Iudæi per Sacrificium expiationis, nondum erant à diabolo liberati.
Opinio Iudæorum de Capro miſſo in deſertum, &c.
Porta Paradiſi nō erat aperta Iudæis, licèt mundarentur à peccato, donec veniret Meſſias.
Probat Author illam emundationem Iudæorum non fuiſſe perfectam uſq; ad Meſſiam.

Num. 835. pag 128.a

¶ Probat Author ex D. Auguſt. ſacrificium illud capri uiuentis coram Domino fieri in figura Meſſiæ futuri.
Ponitur ratio, quare Meſſias figurabatur in capro.
Reddit Author pleniſſimam rationem, quare adueniente Meſſia non eſt feſtum expiationis.
Adducuntur authoritates de ſimilitude carnis peccati, &c. G
Adducuntur Authoritates probantes Chriſtum pleniſſimè ſatisfeciſſe. G
Qualiter Serpens dicatur callidior, &c. G
Vtrum dicatur benè, Adam fuiſſe deceptum, &c. G
Adducitur Authoritas D. Aug. de potentia Diaboli coarctata per Chriſtum. G

Num. 836. & 837. pag. 128.a

¶ Adducit Author quandam cuiuſdā Gloſſæ Iudæorum traditionem probantem omnia feſta antiqua debere ceſſare, excepto feſto inducto per Reginam Heſter.
Probat Author per Heſter intelligi B. V. Mariam, quę fuit organum ſalutionis Mundi, &c.
Probat diem expiationis omnium peccatorum fuiſſe diē paſſionis Chriſti.
Adducuntur authoritates tractantes de laudibus B. V. Mariæ. G

Num. 838. pag. 128.b

¶ In hoc num. ponitur 8. Quæſt. Quomodo Chriſtiani ſepliunt corpora in Eccleſia, &c.
Olim interdictum erat Sacerdotibus tāgere corpora mortuorum, quia reputabantur polluti, &c.
Adducit Iudæus in confirmationem ſuę queſtionis quandam maledictionem Prophetę, &c.
Adducuntur authoritates de illa prohibitione, & de quibus mortuis intelligebatur. G.
Adducitur declaratio Ezechielis. cap. 6. ibidem. G.

Num. 839. pag. 128.b

Inſtat Iudeus dicens probibitum fuiſſe Sacerdotibus tangere defunctos; nec apparere permiſſum, per legem nouam, et ſic quòd Chriſtiani non ſeruant Sacram Scripturam.
Adducuntur aliquot auctoritates, quæ videntur facere in fauorem argumenti Iudæorum. Quibus omnibus reſpondetur, & confirmatur exemplo. G

Nu. 840. & 841. pag. 128.b. & 129.a

¶ Hortatur auctor Iudæum, vt veritatem noſtræ fidei aduertat: Et quærit ab illo: Quare Iudæi qui moriebantur in lege Moyſi erant polluti, & polluebant tangentes eos, cùm ſecundum Iudæum animæ illorum ſtatim volabant in cœlum.
Probat auctor, quòd contrarium erat verum, imò quòd polluebantur etiā corpora Moyſi, Aaron, &c.
Adducuntur auctoritates pro veritate, videlicet, quòd non erat aperta porta Paradiſi, &c. G

Num. 842. pag. 129.a

¶ Probat auctor, quare corpora defunctorum erant polluta, et polluebant? et dicit quia moriebantur ſine gratia, et gloria paradiſi, licèt per circunciſionem eſſent mundati à peccato originali.
Declaratur in Gloſſa hoc dictum auctoris. G

Num. 843. & 844. pag. 129.a

¶ Probat auctor Defunctorum corpora, qui moriuntur in fide Ieſu Chriſti, receptis Sacramentis fidei, quæ omnia tendunt ad dirigendū animas ad gloriam celeſtem eſſe ſancta, &c.
Et probat quo modo ſint ſancta.
Probat qualiter baptiſmus, liberat ab originali.
Et poſtea per Sacramenta credimus ire in cœlum.
Concludit ideò Chriſtianorum corpora non eſſe polluta, nec polluere alios.
Emendatur dictum auctoris de opinione, &c. G

Nu. 845. & 846. pag. 129.a

¶ Probat auctor qualiter Chriſtianus moriens ſuſpectus de fide, non datur ei Eccleſiaſtica ſepultura, et hoc ex conſtitutione Eccleſiæ, imò mandaretur ſepeliri in ſterquilinio, et nō, etc.
Defuncti verò in fide Chriſti, meritò circa Altaria ſepeliuntur.
Adducuntur multi auctores remiſſiuè pro caſibus, quibus negatur, ſepultura Eccleſiaſtica.
Adducuntur etiam multæ vtilitates, quæ conſequuntur ſepulti in loco Sacro, ibidem. G

Num. 847. pag. 129.b

¶ Ab hoc num. incipit reprobatio legis falſæ, vel ſectę Machometicę.
Vocat auctor inſanias, & ineptias ſectam Machometi.
Tractat in hoc principio illa in quibus diſcordant Sarraceni à fide noſtra, & in quibus hærent ei.
Diſcordant primo in incarnatione, et filiatione Diuina, & ſic dicunt Chriſtum purum hominem.

Adducuntur in hac gloſſa magna, multa, atque notāda, in quibus Sarraceni diſcordant à fide, & ei adhærēt. G

Num. 848. pag. 129. b

¶ Notat auctor, qualiter videtur durū Sarracenis concedere Deo filium.
Confitentur Sarraceni Deum factorem cœli, & terræ, & omnia ei eſſe ſubiecta, & de imperio.

Num. 849. pag. 130. a

¶ In hoc num. notat Auctor Sarracenos negare ſanctiſſimam Trinitatem, &c.

Num. 850. & 851. pag. ead.

Diſcordant Sarraceni, quia dicunt Chriſtum non fuiſſe crucifixum, nec occiſum; ſed fuiſſe quandam oculorum illuſionem.
Nominant Sarraceni Meſſiam Nuntiū Dei, & filium Virginis Mariæ.
Incipit probare Auctor artic. hæreticales Sarracen.

Num. 852. pag. ead.

¶ Adducit auctor teſtimonium Sarracenorum tenentium Ieſum filium Mariæ fuiſſe Meſſiam promiſſum filijs Iſrael.
Item dicunt Ieſum filium Mariæ factū per Deum ſine patre carnali, ſicut Adam.
Item, quòd Ieſus Chriſtus fuit Spiritus Dei inſuflatus in vētre virg. Mariæ.
Machometus fatetur ſe fuiſſe Prophetam ignorantem, & Popularem, neſcientem literas, &c.
Adducuntur auctoritates tractantes de literatura Machometi, an fuerit doctus. G

Num. 853. pag. 130. b

Notat Author inſolentiam Machometi dicentis ſuum librum eſſe diuinitus factum, et quod non erit qui alium ſimilem faciat.
Notat Author, quod de Alcorano irridere non audet Auerroes Sarracenus, quamuis miretur, etc.

Num. 854. pag. 130. b

Probat Author Auerroem Sarracenum fuiſſe, et magnum Philoſophum, et cōmentatorem Ariſtotelis.
Chriſtiani dicunt Alcoranū eſſe fatuū.
Adducuntur Authores tractantes de falſitate, malignitate, etc. Alcorani ibidem. G

Num. 855. & 856. pag. 131.

Adducit Author falſa, ac diabolica præmia, quæ promiſit īfernalis Machometus credentibus in ſuo Alcorano. Quæ nota.
Dicit Author quod Gloſſantes Alcoranum dixerunt omnia illa eſſe dicta gratia exempli.
Quos etiam Author (merito) reprehendit.
Adducuntur Authores tractantes de his nefandis Machometi promiſſionibus. G. Nota.

Num. 857. pag. ead.

Adducit Author ſententiam quandam Machometi in confirmationem noſtræ ſanctæ fidei circa retributionem bonorum, et punitionem malorum. Si intelligatur prout in Gloſſa. Addu-



Adducuntur authoritates ad probandum, quod omnes qui conuerſi fuerint ad Deum, miſericordiam conſequuntur. ibidem. G

Num. 858. & 859. pag. 131. a. & b

¶ Argumentatur Author contra Sarracenum probans concluſionem generalem, quam de omnibus gentibus facit, eſſe falſam: & reddit rationē.
Natio Chriſtiana credit Chriſtum eſſe verum Deum, & hominem. Iudæi credunt fuiſſe vnum magum, Saraceni putant tantùm purum hominem, &c.
Declaratur dictum Apoſtolorum. Act. 4. quod non eſt in aliquo alio Salus, niſi in Ieſu Chriſto.
Adducuntur aliæ authoritates confirmantes. G

Num. 860. pag. 131. b

¶ Tradit Author, qualiter Sarraceni moderni videntes ſe deluſos in uerbo Macometi gloſſant dicentes, quod Iudæi, & Chriſtiani, et illi de Zaba habent partem in paradiſo ſi credant in libro Alcorani.
Oſtendit Author huius dicti falſitatem, &c.
Adducuntur uerba. D. Pauli de differentia lucis ad tenebras. &c. G

Num. 861. pag. ead.

¶ Proponit Author deſtruere hæreticales Machometi articulos, ex dictis à ſe in ſuo Alcorano.
Notatur in Gloſſa, qualiter Sarraceni ſunt conuincendi rationibus. quia negant utrunque teſtamentum, & citantur Authores. G

Num. 862. & 863. pag. 131. b

¶ Adducit Author ſententiam Machometi dicētis Ieſum fuiſſe filium Dei, et Deum uerum: quamuis neget Trinitatem; ut ibi uidebis.
Adducuntur authoritates de Caiſa, Aſina Balaam, et ipſomet Demone dicente ueritatem. G
Machometus intelligit per Populos libri, Chriſtianos. G

Num. 864. pag. 132. a

¶ Probat Author qualiter inſanus Machometus dicit ueritatem, nolens negare illam; dicit enim quòd Ieſus filius Mariæ fuit uerbum Dei, etc.
Sarracenus fatetur, et concedit Euangelium. S. Ioannis.
Adducuntur multæ authoritates probantes filiationem in Diuinis. G

Num. 865. & 866. pag. ead.

¶ Probat Author Machometū negaſſe filiationem in diuinis ex ignorantia, quia ipſe putabat de filiatione carnali.
Probat author intentum ex dictis ipſius Machometi interrogantis: Quomodo Deus haberet Filium, ſi non habet uxorem, &c.
Machometus putat, quod nos accipiamus filiationē carnalem in diuinis.
Declaratur Pſal. 2. Filius meus es tu, Ego hodie genui te. etc.
Animalis homo non percipit, quæ ſunt Dei. G

Num. 867. pag. ead.

¶ Reprehendit Author Machometum, quia miratur de nobis, qui loquimur de-

de Meſſia vt Deus & Dauid loquuntur.

Nullam Machometus habet excuſationem, niſi ignorantiam.

Ventilatur quæſtio, An infideles, ad quos nunquam peruenit rumor Euangelij ignorẽt uincibiliter & quid de Sarracenis. G

Nu. 868. vſque 871. pag. 132. b

In his numeris probat Author Sanctiſſimam Trinitatem ex uerbis ipſius Machometi ipſam negantis. & concludit illum.

Num. 872. & 873. pag. ead.

Probat Author tenere Sarracenos Ieſum Chriſtum eſſe verbum Dei poſitum in Maria: & ideo proprio ore inſanus iſte Machometus confitetur veram Trinitatem.

Sarraceni confitentur, quòd Euangelia ſunt ſcriptura vera, & in qua eſt reſtituito, & lux. & ideo non poſſunt Trinitatem negare.

Adducuntur Authores probantes quid veniat appellatione Mahumetanorum. G

Num. 874. pag. ead.

Adducit Author Chriſti authoritatemde Baptiſmo, in qua probatur Trinitas.

Reprobat Author dictum Machometi, quod filius, & Spiritus Sanctus eſſent Angeli.

Adducitur, & ventilatur quæſtio, quare tot homines impij Machometi ſectam ſequantur, & de eius iniquitate, & ponuntur optimæ rationes, quas vide. G

Num. 875. pag. 133. a

Probat Author neceſſario teneri Sarracenos fateri quòd Deus eſt trinus & unus, per os Chriſti dictum, et confeſſatum.

Per Chriſti authoritatem probatur filiatio, quam inſanus Machometus ſæpè negat ex ignorantia Scripturarum.

Adducuntur authoritates de approbatione Euangelij à Machometo. G

Num. 876. pag. ead.

¶ Reprobat Author inſanam Machometi ſententiam dicentis, quòd nos corrupimus ſcripturas Euangeliorum.

Machometus venit poſt. 600. annos. ab aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Machometus amplexus fuit hæreſim Arrianam.

Adducitur remiſſiuè eius natiuitas. etc. G

Num. 877. pag. ead.

Refert etiam Author falſum aliud Machometi dictum, uidelicet quòd Ieſus Chriſtus non fuit occiſſus, neque ſuſpenſus.

Probat Author mendacium hoc eſſe reprobatum ore proprio Ieſu Chriſti, cui ipſe uehementer credit, et dat fidem, etc.

Machometus uocat Dominum Ieſum Chriſtum uerbum ueritatis.

Adducuntur multæ authoritates, et rationes, quibus conuictus Machometus, tenetur credere, et adhibere fidem ipſi Meſsię. G

Num. 878. & 879. pag. 133. a. & b

¶ Probat auctor qualiter Chriſtus in Euangelio dixit, ſe paſſurum, & moriturum in manibus Gentium: & quòd corpus ſuum, et ſanguis fuit conſecratus in cęna, &c.

Concludit auctor, Chriſtum non potuiſſe dicere mendacium, nec decepiſſe mundum, etc.

Adducuntur multæ Sacræ, et Canonicę auctoritates in confirmationem articuli de morte, et paſſione Chriſti. G

Num. 880. pag. 133. b

¶ Adducit, et reprobat auctor falſam Machometi ſententiam de corruptione codicis Euangeliorum, et Penthateuchi.

Probat auctor hęc noſtra Euangelia ſic ſemper fuiſſe tenta, credita, et cuſtodita in Eccleſia.

Addncuntur exempla Apoſtolorum, Martyrum, &c. quibus Euangelia fuerunt confirmata. G

Num. 881. 882. 883. pag. 133. b. & 134. a

In his tribus num. proſequitur auctor reprobationem ſententiæ Machometi, et dicit, quòd ſic poteſt dicere eſſe corruptum tex. Ariſtot. et alia ſcripta, &c.

Concludit auctor Chriſti doctrinam eſſe veram, ac Machometi eſſe falſam.

Probatur qualiter cõtra negantes principia, &c. G

Adducuntur auctoritates de reſurrectione. G

Adducitur teſtim. de obſeruatione legis. G

Num. 884. pag. 134. a

¶ Probat author Machometi doctrinã non eſſe præcepta ſalutaria animę, ſed conſiſtere ſuam doctrinam in narratione temporum præteritorum; &c. itaque nihil docet; nihil pręcipit; nihil dignum nota ſuadet.

Adducũtur defectus Alcorani, &c. G

Num. 885. pag. ead.

¶ Ponit author in quibus conſiſtat ſecta Machometi, uidelicet, in expreſſione illorum Articulorum prohibitorum, et hereticorum, etc.

Ponit author bona, quę promittit Machometus facientibus orationẽ, et bona opera, et diſcribit eius Paradiſũ.

Adducuntur multi authores tractantes de hac miſera gloria Machometi, et qualiter fuit figuratus à B. Ioanne, &c. G

Num. 886. & 887. pag. 134. a. & b

¶ Quærit author, quare Sarraceni non bibunt uinum.

Tradit author in quanta veneratione ſit apud illos dies ueneris, quem uocant diem congregationis. et quare. Et nullibi Machometus dat orãdi modum, nec orationem,

Nota cęremoniam; et qualiter infringit præceptum de ſeptimo die uenerando, etc.

Num. 888. pag. 134. b.

¶ Tradit author dictum Machometi, ſ. quòd eſt ſcriptus in Penthateuco, et in Euangelijs. Quam fallacem oſtendit, et mendacem.

Num.

Macho-

*Machometus voluit ſe facere ſimilem Chriſto.*
*Adducũtur ſimilitudines pro Macho.* G

Nu.889.& 890.91.& 92.pag.134.b

*Adducit auctor aliam inſaniã Machometi dicẽtis, quòd Ieſus Chriſtus fuit prænuntiator aduentus eius, &c. Et ponitur nomen.*
*Et in his numeris ponit auctor diſtinctè multas inſanias, et ineptias Alcorani.*
*Probatur Sarracenos cęcos, duceſq; cæcorum.* G

Num.893.& 894.pag.135.a

*Tractat in his num. auctor, ſit ne vtile, vel nociuum libros Machometi legere, & adducit auctoritatem D. Auguſt. ex quo concludit Alcoranum legendum, ac perlegendum eſſe; & ponit rationem quare ſit legendus.*
*Adducitur Queſtio illa: Quare Deus permittat Turcas ſic dilatari, ac regnare? vide multa, quæ faciunt pro quæſtione.* G
*Adducuntur cauſæ, quare deridendus eſt liber ille Alcorani.* G

Num.895. pag.ead.

*Ponit auctor qualiter D. Auguſtinus ſcripſit complures libros contra hæreticos; & quare fecit.*
*Contra Machometum quaſi nullus ſcripſerat in particulari, tempore noſtri auctoris.*
*Machometus venit poſt D. Auguſtinũ ferè per 300. annos.*
*Adducuntur rationes, quare iuſtum eſſet non curare de Alcorano, nec contra ſcribere.* G

à Nu. 896. vſq; ad 900. pag.135.b

*Ponit auctor qualiter Machometus deſcribit natiuitatem Mariæ, & qualiter fuit poſtea annuntiata ab Angelo. In qua narratione aliqua dicit vera, & multa falſa, vide ibi exclamationem Gloſſatoris.* G

Num.900.& 901. pag.136.a

*Adducit auctor quandam interrogationem factam Machometo, quando petebant ab eo ſigna, vt crederent in eum, &c.*
*Machometus fatetur ſe eſſe nuntiũ carnalem, & narrat excuſationem, etc.*
*Adducuntur auctoritates de cõfeſſione illa, quam fecit dicens ſe nuntium carnalem.* G
*Probatur Machometum ex genere eſſe Sodomorum, et deploratur nefandũ vitium.* G

Num.902. pag.ead.

¶ *Probat auctor qualiter Machometus narrat multa, vt ſe excuſet ab impotentia faciendi miracula.*
*Dicit Machometus, quòd ſi omnes homines, et diaboli congregarentur, neſcirent facere alterũ talẽ Alcoranũ.*
*Adducitur quædam ponderatio de malitia Machom.* G

Num.903.vſq; 907.pag.ead.

¶ *In his numeris narrat Auctor quandam fabulam de Deo, Chriſto, & eius Matre, inuentam à Machometo, & falſiſſimè impoſitam. Contra quem arguit Auctor, et confundit illum.*

*Addu-*



*Adducuntur ex Prouerb. c. 6. omnes abominationes eſſe in Machometo.* G
*Probatur Deum intentatorem eſſe malorum.* G

Num.907. pag.137.a

¶ *Probat Author ignorantem, & mendacem fuiſſe Machometum dicẽtem Haman fuiſſe tempore Pharaonis, quod falſum eſt.*
*Adducuntur authoritates ſacræ de Haman, & Aman, & manifeſtatur mẽdacium Machometi.* G

Num.908. & 909. pag.ead.

¶ *Adducit Author præceptum Machometi de occidendis nõ credẽtibus. etc.*
*Probat author iniquam legem Machometi ex eo, quia per uim uult inducere illam.*
*Probatur Sanctorum authoritatibus Chriſti fidem neminem quærere inuitum, &c.*
*Adducuntur multæ authoritates de differentia inter Chriſtianum, & Sarracenum, ſi capiantur in bello, Et, an fugere poſſint à dominis ipſorum, & vide ibi pulchram gloßam.* G

Num.910.& 911. pag.137.a.& b

¶ *Probat author qualiter ſit intelligenda illa Euangelij ſententia: Compelle eos intrare. Et quæ uexationes permittantur contra infideles, uel probibeantur.*
*Probat author Sarracenos mereri tolli de mundo.*
*Adducuntur authoritates probantes libertatem, & ſuauitatem legis euangelicę, &c. Et de pueris infidelium baptizandis uel non, &c.* G

Num.912. & 913. pag.137.b

¶ *Probat Author qualiter ex ſuis Codicib. conuicuntur Machometani, ut noſtram fidem ſuo ore ædificent, & confirment; & ſuam ſectam confundant. Et adducit rationem. Et argumentatur contra eos.*

Num.914. pag.ead.

*Probat author qualiter erat certum, quòd Meſſias debebat facere, plus quàm alij prophetæ*
*Et tradit qualiter nunquam Sarraceni ſciuerunt reſpondere huic argumento. Vide etiam.* G

Num.915. pag.ead.

*Admonet author Chriſtianum Lectorẽ dicens, quòd ſi legat Alcoranum, uidebit tot falſa, atque obſcena, quòd inducetur ad amandum feruentius Deum, &c.*
*Adducuntur aliquot Authores legendi contra Alcoranũ, & Sarracenos.* G

Num.916. pag.138.a

¶ *Rogat Author ne fœlicitas temporalis Sarracenorum aliquem moueat, magis quàm mouere debet principatus diabolorum in mundo, & Inferno, &c.*
*Probat Auctor, qualiter ex 12. Decem Tribus Iſrael aberrarunt; & fides Moyſi remanſit in duabus.*
*Adducuntur mirabiles authoritates ad probandum, quare Deus patiatur malos uiuere. Nota.* G

Num.917. pag.ead.

*Probat Author qualiter fides Moyſi*

*reli-*

relicta ab illis 10. Tribubus, non fuit à Deo repulſa, & quòd in illa uenit Chriſtus

Multitudo errantium, non debet mouere ſolidũ intellectum, ſed ſola ratio, &c.

Adducuntur authoritates, quare fides Chriſti remanſit in ſola virgine in paſſione.

Ponitur diffinitio, et uis rationis cum authoritatibus pro hoc facientibus. G

Num.918.pag.138.b

¶ Ab hoc num. incipit Author ponere rationes laicales contra idiotas, quę docent fidem Chriſti ueram, & neceſſariam eſſe.

Probat Author, aliquos ex omni genere eſſe, quibus authoritates non conuenit adducere, quia ignorãt, & ideo author adducit has rationes laicales ad confirmandos ignorantes.

Sapientibus, & inſipientibus debitores ſumus. G

Diſputatur quæſtio: quis dicatur idiota. G

Num.919.& 920. pag.ead.

Ponit author primam aſſertionem, uidelicet, quòd homines huius mundi non poſſunt ſtare ſine aliqua fide, & omnes hoc fatentur.

Facit optimum quæſitum de electione legis Moyſi, uel ſectę Machometi, ut relinquatur Chriſtiana; Et ponit obiectionem.

Adducuntur multę comparationes de lege Moyſi & lege Euangelica, ubi nota, G

Nume. 921.uſq; 928. pag.ead.

In his num. narrat author omnia peccata antiqua Populi Iudaici, et quomodo, nihilominus Deus, non in totum dereliquit illũ, ut nunc eſt derelictus.

Narrat etiam quibus temporibus, & ſub quibus Regibus fuerunt inobedientes.

Num.928.& 929. pag.139.b

Arguit author contra Iudæos dicens, neminẽ debere de Chriſti lege ad Moyſi legem tranſire, & ideo narrat omnes eius obſeruationes eſſe inutiles, etiam ſi melius illas ſeruent, quàm olim, & reddit rationem.

Probat author, quòd quanto magis lex Moyſi hodie ſeruatur, tanto magis promiſſa in ea deficiunt.

Adducũtur tres cõcluſiones pro tribus modis puniendi Iudæum cognoſcentẽ Chriſtianam. G

Adducuntur rationes, quare non ſeruantur hodie promiſſa in lege Moyſi à Deo. G

Num.930. & 931. pag.140.a

Facit author quendam dialogum cum Iudæis quęrens: Quid comiſerint? quidue fecerint, eo quòd lex illa ſancta, tam diuina eos deſeruerit.

Quærit item, Quomodo aliquis ueſtram legem, et obſeruãtiam eius ſuſcipiet, quando uos uidemus in eius obſeruatione deluſos? &c.

Fatetur author hoc eſſe, quia Chriſtum Domini crucifixerunt. &c.

Remiſſiuè adducitur ceſſatio cæremonialium.

De duritia Iudæorum, et perſeuerantia in ſua miſerabili obſtinatione. G





Num.932. pag.140.a

¶ Adducit Author peccatum Iudæorum contra eos eſſe ſemper, et maius omnibus eſſe: Et addacit comparationem ad alia peccata.

Lamentatur Deus per Iſaiam, c.1. Filios enutriui.

Probatur quam graue fuerit peccatum Iudæorum. G.

Num.933.934. & 935. pag.140.b

¶ Confirmat Author peccatum mortis Chriſti, quod Iudæi fecerunt fuiſſe omnibus maius; Et dicit quòd quam diu ſunt in illo, ſunt ſine redemptione, ſecundum omnium communem.

Adducit Author Iudæorum excuſationem de expectatione falſa Meſſiæ, et ponit quid expectent ab illo. Et quid ſi non venerit. Et quòd vane expectatur.

Num.936.& 937.pag. ead.

¶ Quærit Author à Iudęo, quare in hac captiuitate ceſſauerunt Prophetę, qui eos conſolarentur, etc.

Oſtendit Author nullum poſt aduentum Chriſti fuiſſe Prophetam, qui Iudæos conſolaretur in ſuis afflictionibus.

Adducuntur authoritates, et exempla probantia, qualiter Deus olim curabat de Iudæis. G

Num.938. pag.ead.

¶ Oſtendit Author qualiter Iudæorum expectatio de uita æterna per legem Moyſi ſit vana et concludit illam optima ratione.

Adducuntur authoritates tractantes de Iudæorum conuerſione, & quando, &c. G

Num. 939. pag.141.a

¶ Argumentatur Author cõtra Iudæos dicens, quòd nemo accipiet legem Moyſi, nec eius laudabit obſeruantiam: & reddit rationem.

Num.940.& 941. pag.ead.

¶ Inſtat Iudæus contra Chriſtianum dicens, quòd ſi uadit retro felicitates temporales, quòd tollat ſectam Sarracenorum.

Oſtendit author longè debere eſſe a Chriſtiano ponere ſpem in felicitatibus temporalibus.

Adducit differentiam temporalitatum inter legem Moyſi, & Euangelicam. et ponit multa.

Adducuntur multæ authoritates de perfectione legis Euangelicæ, et qualiter S. Dominicus, S. Franciſcus, et alij multi diuitias cõtempſerunt, quæ eis neceſſariæ non ſunt. etc. G

Notatur in nullo præcepto decalogi promitti à Deo temporale præmium, niſi in quarto. G

Adducuntur authoritates de purificando corde à diuitijs. etc. G

Num.942. pag.141.b

¶ Conuertitur author ad probandum ſectam Machometi non eſſe amplectendam. Et dicit iã probaſſe legem Moyſi non eſſe à Chriſtiano tenendam, nec ſequendam.

Adducitur quoddam exemplum quo patet nec diabolum ſequi debere ſectam Machometi. G

Num.943.&944. pag.141.b

Probat Author impoſsibile eſſe quòd Chriſtianus ſequatur ſectam Machometi; vbi ponit quare. Videas.

Num.945. pag.142.a

¶ Probat Author qualiter Chriſtus in multis locis, quæ clara ſunt, dixit & affirmauit quod ipſe debebat pati mortem Crucis, & illudi à Gentibus, & reſurgere, &c.

Oſtendit clarè Author Machometum mendacem, eiuſque dictum non poſſe ſuſtineri, & reddit rationem.

Machometus nominat Chriſtum verbum veritatis.

Declaratur Lucę authoritas.c.11. Qui non eſt mecum.G

Num.946.&947.&948.pag.ead.

Argumentatur in his numeris Author contra Sarracenum; & ponit omnia nomina Diuina, quæ Machometus dicit de Meſſia, & confundit illum.

Adducitur ſententia utrum Machometus peccauerit ex ignorantia, an ex mera malitia. G

Num.949.&950.pag.142.a.&b

Probat Author Machometo Meſſiam neceſſariò ex Sacriſcripturis debere eſſe Deum, & hominem.

Notat Author qualiter Machometus negat filiationem in Diuinis, & negat Trinitatem perſonarum.

Adducuntur in tex.& Gloſſa authoritates, quibus habemus Trinitatem dictam ab ore Chriſti.

Num.951.52.53.&954.pag. 142.b.&143.a

¶ Probat Author in his nume. quòd cum Sarracenus credat Euangelica, & dicat Chriſtum eſſe verbum veritatis, quomodo poterit Chriſtianus relinquere Euangelia Chriſti, &c. Et demum vide ibi multa.

Adducuntur in Gloſſa multa de vi, atque efficacia veritatis, ac de lege Euangelica.G

Victoria, quæ vincit mundum eſt fides noſtra.G

Num.955.pag.143.a

¶ Probat Author, qualiter diſcolus, & hæreticus Machometus, etiam cum ſua felicitate mundana non ualuit à Sapientium mentibus abrogare, aut exiliare, nec valet, nec ualebit, quòd Regnum Dei erit æternum, &c.

Adducuntur multæ authoritates de multiplici Dei regno. quæ omnia videas. G

Num.956. pag.ead.

¶ Probat Author poſt Chriſti aduentum vniuerſum mundum viuere ſub vna trium regularum.

Probat quare parum pro nihilo reputatur.

Ait duo extrema, inter quæ eſt lex Chriſti, eſſe uitioſa atque ideo relinquenda, lex vero Chriſti eſt ſequenda.

Adducitur memoria Regnorum Iapponorum, &c. G

Num.957. pag.ead.

Concludit Author legem Chriſti continere veritatem, ideoque amplectendam eſſe, quia non eget mundanę proſperitatis expectatione, &c.

Impoſſibile eſt ſine fide ſtare, aut Deo placere, ideo lex Chriſti vera eſt amplectenda.

Num.958.959.&960.pag.143.b

Reſpondit Author ad quandã obiectionem de articulis fidei: Et probat omnem legem habere articulos difficilis. &c. Vide multa ibidem.

Adducuntur Doctores probantes quid ſit, & dicatur miraculum. G

Adducuntur remiſſiuè multa miracula quæ operatus eſt Deus cum Moyſe, &c. G

Item, quotuplicia ſunt miracula. G

Num.961. pag.ead.

¶ Increpat Author Iudæum, & Sarracenum quodam forti argumento conuincens illos, & faciens comparationem de credibilibus legis Moyſi, ſectæ Machometi, & legis Euangelicæ.

Notatur non eſſe impoſſibile apud Deum. &c. G

Num.962.&963. pag.144.a

Oſtendit Author omnia mirabilia, & miraculoſi articuli de Chriſto, & eius Matri, tribuenda eſſe Creatori, & circa creatorẽ facta eſſe credẽda.

Probat quòd omnis fides habet traſcendere naturales regulas, &c. & Vide concluſionem. & Gloſ. G

Adducuntur authoritates probantes ſolius Dei eſſe miracula facere. G

Num.964. pag.ead.

¶ Denique probat Author qualitater fides noſtra uicit, & vincet mundum, & obſeruantiæ Iudæorum, et Sarracenorum ſuis proprijs codicibus conuincuntur, quia nulla eſt in eis ſana doctrina.

Num.965. pag.144.a

Ab hoc num. Incipit 2. pars tractatus contra Gentiles.

Tradit Author, quibus armis deuicerit Iudæos, et Sarracenos. et tranſit ad Gentiles.

Num.966. pag.ead.

Probat Author qualiter Iudæi, et Sarraceni nullam excuſationem habeant, niſi, etc.

Determinat Author facere hic contra Philoſophos non ſubiectos Propheticæ doctrinæ.

Qualiter Philoſophi ſint vagantes in inquiſitione veri: et quòd ſola ratio eos cogit.

Adducuntur multa Gentilium exempla. G

Adducuntur Philoſophiæ diffinitiones. G

Adducuntur Authores probantes Philoſophos potuiſſe ratione Deum cognoſcere. G

Num.967.&968.pag.144.b

Introducit Author Ariſtotelem ad diſputandum, quem omnium Philoſophorum dicit elegantiorem; et quem vincere promittit ſuis rationibus.

Ait Author dictum Ariſtotelis in ſuo lib. de Somno et vigilia, de vaticinatione non omnino credendum.

Adducuntur authoritates de erroribus

Philoſophorum, et Ariſt. & de eius inuidia contra Platonem. G

Num. 969. & 970. pag. 144. b. & 145. a

Ariſtoteles multa tribuit humoribus Melancholicis, &c.

Notandum putat Author, qualiter omnes Philoſophorum ſcholæ omnino exciderint.

Adducitur D. Ambroſij, & Ariſtotelis opinio circa Sibyllarum vaticinia. G

Narrantur inſignes antiqui Philoſophi. G

Ponitur ratio, quare Philoſophi antiqui ceſſarunt. G

Num. 971. pag. 145. a

Probat Author notandum eſſe, qualiter Idolorum, & Deorum ſingularium, ac Dearum cultores euanuerint, ita ut nullibi ſic reperiatur. etc.

De primis Idolatriæ inuentoribus ſunt opiniones, vt videbis in Authoribus. G

Num. 972. 973. 974. pag. 145. a. & b

¶ Probat Author, qualiter Chriſtus filius Dauid fuit ante multa tempora, diuerſis temporibus, & à diuerſis vatibus prænuntiatus. Nota.

Adducuntur omnes Eccleſiæ ætates qualiter per omnes fuit Chriſtus prænuntiatus. Vide ibid. G

Num. 975. pag. 145. b

¶ Arguit Author Philoſophum de incredulitate & ait, quòd ſi omnia vatũ dicta conſideret, erit impoſſibile iudicare aliter, niſi quòd Deus illis talia in mentibus miſerit, &c.

Num. 976. pag. ead.

¶ Probat Author qualiter omnia dicta ab antiquis Prophetis de Meſſiæ filio Dauid, euenerint in Ieſu filio uirginis Mariæ; & in nullo alio antè, uel poſt, cum poſſet expectari, &c.

Num. 977. & 978. pag. 146. a

Probat poſt peccatum paradiſum fuiſſe clauſum nec aperiri poſſe niſi per Meſſiam filium Dauid.

Abrahæ qualiter fuerit benedictum ſemẽ Abrahę, & omnes hodie ſint maledicti, excepto ſemine Chriſto. &c.

Adducitur remiſiuè auctoritas de laudibus Moyſi. G

Adducuntur authoritates probantes Eccleſiam Chriſti, et Populum Chriſti…a eſſe uerum Iacob, & uerum Iſraelem, &c. Vide multa. G

Num. 979. pag. ead.

Probat Author qualiter Patriarchæ Iacob fuerit datum, vt prophetaret: Non auferetur Sceptrum, &c. & qualiter fuit impletum in Herode alienigena.

Adducuntur authoritates de genealog. Herodis.

Num. 980. 981. 982. & 983. pag. 146. a. & b

In his numeris credit author aliqua loca ex lege veteri iam, ſupra explicata, & probat impleta.

Probatur in Gloſſa Iudæos magnam Deo, atq; Moyſi irrogaſſe inuri…m, ſi non intelligerent, &c. G

Declaratur Iudæorũ duritia. n. 982. G

Num.



Nu. 984. & 985. pa. 146. b. & 147. a

¶ Probat Author, qualiter Moyſes petijt à Deo, vt Deus eſſet vnus hominum ad tollend. peccata, & ad quædam alia, &c.

Ponit author quid, & qualiter reſpondit Deus.

Adducuntur teſtimonia qualiter Moyſes petierit Dei præſentiam corporalem, non tamen ſpiritualem. G

Declaratur qualiter Deus faciat homines ſimiles ſibi, & non ut diabolus, &c. G

Adducitur differentia æternitatis Dei, & animę. G

Num. 986. & 987. pag. 147. a

¶ Probat author Gentili, qualiter Anna Prophetiſſa pro gratiarum actione de filio nato, nominat Meſſiam Regem futurum, etiam quòd illa Gens tunc Regem non haberet.

Samuel fuit integer, & perfectus, & ideo tranſlatum ad eum Sacerdotiũ. &c.

Adducuntur authoritates de expoſitione cantici Annæ; & de tranſlatione legis, &c. G

Num. 988. pag. ead.

¶ Probat Author Gẽtili, qualiter Meſſias fuit à ſuę gentis Prophetis Sacerdos appellatus, & Rex. Imo probat totum Pſalterium Dauidis plenum expectatione, & deſiderio Meſſiæ, & quare.

Concludit author Gentilem cum Dauidis exemplo. uide. G

Num. 989. pag. 147. b

¶ Probat author Dauidem expectaſſe Meſſiam pro ſalute Animę, & declarat Pſal. 88. intelligi de aduentu Meſſiæ.

Adducitur explicatio d. Pſal. ex uulgata. G

Declarantur illa uerba: moras Chriſti tui. G

Nu. 990. & 991. pag. 147. b. & 148. a

¶ Adducit author Ethan fuiſſe ſapientiſſimum cantorum, & fuiſſe cantorem Pſ. 88.

Ethan fuit coætaneus Dauid, & Salomonis.

Emendatur locus authoris de Ethan. G.

Probat author intentum, quòd Dauid, & Salomon deſiderabant Meſſiam ob finem ſpiritualem.

Num. 992. & 993. pag. 148. a

¶ Explicat author uerba dicti Pſ. 88. intelligi de expectatione horum Regum ad ſaluandas animas per Meſſiam.

Memorare, quæ mea ſubſtantia; in Hæbreo aliter.

Probat author Dauid, et Salom. timuiſſe opprobium à Gentilibus, & quare ſic anxiabantur.

Alienigenę Gentes in temporalibus ditiores Iudæis.

Adducitur modus ſaluationis ante Chriſtum. G

Adducuntur authoritates de deſiderio Dauidis. G

Corrigitur authoris locus de Idolatria; Et, an aliqui Philoſophi fuerint ſaluati? G.

Num.

Num.994.vſq; 997.pag.148.b

¶In his num. reſpondet Auctor cuidã obiectioni, & proſequitur intentum: quòd Meſſias expectabatur ad ſaluandas animas.

Nu.998.& 999.pag.148.b.& 149.a

¶Probat auctor nullam doctrinam potuiſſe inueniri pleniorem, aut beniguiorem doctrina Chriſti.
Facit auctor quendam optimum epilogum eorum, quæ in Chriſti doctrina continentur: & qualiter docuerit verbo, & exemplo. Philoſophi verbo tantum.
Adducuntur optimæ auctoritates de verbo, & exemplo. Et nota quo ad ſuperiores. G

Num. 1000. pag. 149.a

¶Oſtendit auctor Athenarum Philoſophos Stoicos, & Epicureos à tempore Chriſti ceſſaſſe.
Probat, D. Paulum ab illis Dæmonem viſum, eos Apoſtolica doctrina viciſſe, ac ſuperaſſe.
Diuus Dionyſius, à S. Paulo ad fidem conuerſus.
Hodiè per fidem Chriſti, omnes Philoſophorum Scholæ deuictæ ſunt.
Adducuntur auctoritates de efficacia verbi Dei. G
Adducitur conuerſio S. Dionyſij Areopagitę. G

Num.1001.& 1002.& 1003. pag.149. b. & 150. a

¶Probat auctor Sarracenos, & Iudæos non habere Philoſophos. Et quòd illi qui nunc ſunt apud Chriſtianos, ſunt ad ſeruitiũ Dei, et fidei.
Tradit auctor antiquorum Philoſophorum ſententias de cœli, ac mũdi creatione; quas vide.
Adducuntur multa in reprobationem hęreſis Cornelij, & Eraſmi damnantium ſtudium Philoſophiæ; & citantur Sancti, qui fuerũt Philoſophi. G
Ponuntur ibidem multa dicta à Philoſophis, quæ faciunt ad fidei confirmationem. G

Num.1004.vſq;.1006. pag.150.a

¶Probat Auctor qualiter Chriſtus determinauit problema Ariſtotelis, de mundi creatione; & qualiter poſtea Apoſtoli fecerunt articulum.
Chriſtus eſt via, veritas, & vita. G
Adducuntur auctoritates de creatione. &c. G

Num.1007.vſq; 1010. pag.ead.

¶Probat auctor qualiter oſtenderit Chriſtum moralem, & naturalem: & procurat illum probare glorioſum, Metaphiſicum, & cœlos tranſcendentem. Et probat qualiter Ariſtoteles quæſierit de cauſa prima mũdum mouente, &c.
Et quid ſenſerit de Trinitate, &c.
Oſtendit qualiter Chriſtus oſtenderit Trinitatem.
Adducuntur auctorit. de luce Chriſti. G

Num.1011.pag.150.b

¶Probat auctor Philoſophiam moralem, naturalem, ac metaphiſicam ſic in Euangelio Chriſti diffusè, & verè eſſe firmatam, vt omnibns Philoſophis amplius iurgandi locus, & inueſtigandi quæſtiones non relinquãtur, &c.
Adducuntur aliquæ reprehenſiones in eos, qui malè vtuntur Philoſophia, &c. Vide ibid. G

Num.1012. pag.150.b

Probat auctor qualiter iam euanuit error ille Philoſophorum metientium Gloriam ſecundum vniuſcuiuſque ingenium.
Probat auctor gratiam liberi arbitrij nobis datam.
Ponit, in quo conſiſtat felicitas boñum.
Adducuntur auctoritates, & ponuntur multa de charitate, et beatitudine, &c. G

Num. 1013. pag.151.a

Probat auctor omnes ſaluari per dilectionem Dei, quæ omnibus eſt communis, et non per præfulgentiam ingenij, quæ eſt gratia à Deo vni, magis quàm alteri collata.
Probat hoc etiam eſſe præceptum in lege veteri.
Gratia Prophetiæ, ingenij, ſanitatuum, &c. poſſunt cum peccato mortali inueniri. G

Num.1014. pag.ead.

Concludit auctor nullum eſſe, qui conſiderabit legem Moyſi, ſectam Machometi, et legem Euangelicam, qui non eligeret illam; quam videt iudicio Diuino ab æuo prænuntiatam, &c.
Adducuntur multa de excellentia legis Euangelicæ: et errores quibus Gentiles erant inuoluti, et Dij, et Deæ, quos colebant, &c.
Adducuntur in hac gloſſ. multa mirabilia de Chriſto, eiuſque vita, miraculis, &c. Et Epiſtola Lentuli, de proprietatibus, et pulchritudine membrorum Chriſti. Et Epiſtola Abgari Regis Aediſſæ ad Chriſtum, et reſponſum eius, et citantur multi auctores pro ea. G
Adducuntur etiam martyria multa, quæ paſſi ſunt Sancti, etc. vide ibi. G

Num.1015. pag.152.a

Notat auctor fidem Catholicam, vſque ad ſuum tempus per 1461. annos continuos fuiſſe in Eccleſia prædicatam, et ſeruatam.
Ponit etiam qualiter tot Sancti Doctores eam docuerint, ac commentauerint, &c.
Adducuntur (inter alios) in exemplum S. Thomas, et Alfonſus Toſtadus: Et ponuntur volumina, quæ ſcripſerunt: maximè nota verſus Toſtadi. G

Num. 1016. & 1017. pag.152.b & 153.a

Adducit auctor ex teſtimonio D. Auguſtini, quid Porphirius Philoſophus ſenſerit de fide Chriſti.
Porphirius timuit, ne fides Catholica periret propter tot martyria, &c.
Martyria permittebat Deus ad maiorem fidei confirmationem, & roborationem.
Adducuntur auctores dicentes omnes nationes lumine naturali teneri fateri fidem Chriſti. G
Adducuntur auctores tractantes de perſo-

perſecutionibus, quas Eccleſia paſſa eſt. &c. G

Notatur vanus Porphirij timor. G

Notatur proprietas fidei Catholicæ, et comparatur oleo, &c. G

Num. 1018. vſq; 1022. pag. 153. a

¶ Conatur auctor concludere Philoſophum, & probat fidem debere captiuare omnem intellectum in obſequiũ Chriſti.

Adducuntur auctoritates probantes, quare nos Chriſtiani cogimur Deum diligere. G

Et quòd fides eſſet ſine merito, ſi poßet experientia probari.

Num. 1023. vſq; 1033. pag. 153. b

Ab hoc num. incipit auctor epilogare omnia ſupradicta optimo modo, & breui, vt videbis.

In Gloſ. nu. 1031. Notatur auctorem conſumpſiſſe quatuordecim annos in cõponendo hoc libro, vt patet. ibid. G

In fine. nu. 1033. et in Gloſſa adducitur proteſtatio fidei, quam fecit auctor, & nos facimus. G

Num. 1034. vſq; 1050. pag. 154. b

¶ In hoc. n. vſque ad finem ponit auctor capitulum vltim. de prouidẽtia Dei, quam probat.

¶ In Gloſ. nu. 1036. Adducuntur multi auctores tractãtes de prouidẽtia. G

¶ In Gloſ. nu. 1042. Traduntur auctores diſputantes de immortalitate Animæ.

¶ In eod. n. adducuntur auctoritates probantes deſiderium Animæ adhærendi Deo. G

¶ In Gloſ. nu. 1043. vide de lege peccati ſecund. Paul.

¶ In Gloſ. nu. 1046. Remiſsiuè traditur mendacium Talmudiſtarum.

¶ In Gloſ. nu. 1050. In fine, redduntur laudes Deo, ſubmittitur auctor, & ponitur annus, & ſub quibus fuit finitus.

*FINIS.*

ERRATA.

Deficit. nu. 93. 102. 155. 227. & 278.
Num 302. a prima Sibylla vſque ad nu. 303. eſt Gloſſa, & non textus.
Nota, quòd vbicunque inuenitur (cora, vel, coras) debet dici [illegible], uel zora.
Num. 302. in Daniel: ibi: comminuuit; lege, comminuit.
Ibid. in Sibylla. 11. ibi: Tauro pacificè; lege; Tauro pacifico.
Num. 403. ibi uerius, lege, uerè.
Num. 973. ibid. euerit, lege, euenerit.
Num. 625. in Gloſ. ibi. ſecum, lege, ſecundum.
Num. 717. ibi. cum ille, lege, cum illo.
Num. 733. ibi. aut Domino, lege, aut Dominos.
Num. 771. ibi. palliarum, lege, pallearum.
Num. 895. ibi. combuli, lege, comburi.
Num. 911. ibi. Nauarrum, lege, Granatam.
Num. 990 ibi. Incididatis, lege, incidatis.
Num. 999. ibi. Anthonoticè, lege, Anthonomaticè.

Cætera diligenti committuntur Lectori.

# TRACTATVS ZELVS CHRISTI CONTRA IVDAEOS, SARRACENOS, ET GENTILES,

Opus ſanè egregium, cumq; multis conſcientiæ caſibus, tùm etiam quàmplurimis Sacræ Scripturæ declarationibus refertum: & in primis Chriſti fidelibus, atq; adeò ipſis infidelibus, vtile ac neceſſarium.

*Nunc primùm ab Illuſtri Docto.* PETRO DE LA CAVALLERIA *Hiſpano: doctiſs. conſcriptum,*

Atque opera, & ſtudio R. admodum D. DON MARTINI ALPHONSI VIVALDI, in lucem editum, eiuſdemq; gloſsis illuſtratum.

GLOSSA DOCTORIS DON Martini Alfonſi Viualdi Hiſpani.

a De hoc ſancto zelo intelligitur illud Pſal. 63. zelus domus tuæ comedit me. Et Ioã. 2. ca. Nota, quòd quamuis ſecundũ S. Tho. 2. 2. q. 38. zelus proprie dicitur, quãdo quis triſtatur de bono alterius: multipliciter tamen, & in uarijs ſignificationibus accipitur, tàm in ſacra Scriptura, quàm in iure. Pro inuidia enim accipitur. Pſa. 36. Noli æmulari in malignantibus; neque zelaueris faciẽtes iniquitatem, ideſt, non inuideas. textus, in cap. Eccleſia 2 De electión. quem citat Albe. de Roſ. in Diction. ver. zelus. Itẽ, aliquãdo dicitur zelus, ideſt, feruor dilectionis. Vt habetur. in c. 2. de Regul. libro 6. Et ſic uidetur intelligi Actor. 5. & 13. Iudæi repleti ſunt zelo. Item, aliquñ pro deſiderio iuſtitię, quia zelo iuſtitię dẽt fieri executio pęnæ, nõ odio. vt 23 q. 4. §. vlti. Et hoc mõ, Deus eſt zelotes, uindicans peccata, &c. vide Alb. ſupra Silueſt. in ſumma. uerb. zelus, & oẽs. Aluarũ Pelagium, de Plãctu Eccl. li. 2. c. 71.

*PROEMIVM TRACTAtus Auctoris Libri.*

ZELO zelatus ſum pro Domino Deo exercituum,[a] quia dereliquerunt pactum Domini filij Iſrael; Altaria tua deſtruxerunt; & Prophetas tuos occiderunt gladio. Scribitur 3. Regum. 13. c.

¶ In quibus verbis tria mihi aſſumo notanda; Primum; zelum, quẽ zelari me oportet pro

domino Deo exercituum. Ex
quibus uerbis notatur cauſa ef-
ficiens huius operis: quia pro-
pter zelum Dei eſt aggrediendũ
opus iſtud, [a] quod de eius fide
2 tractabit. ¶Secundò: ſuper quo
hunc zelum aſſumpſerim, uideli
cet, quia dereliquerunt pactum
Domini filij Iſrael. In quibus
uerbis notabitur cauſa huius
operis materialis, quia de Iu-
dęis, [b] & Sarracenis, [c] qui legem
Domini malè intelligunt, tra-
3 ctandum eſt. ¶Tertio; Ad quẽ
finẽ, & quare hunc zelum aſſum
pſerim, uidelicet; quia Altaria
tua deſtruxerunt. In quibus ver
bis notabitur cauſa huius ope-
ris finalis: quia de Scripturis
ſacri Canonis Bibliæ diſſeren-
dum eſt, quæ peſsimè laceran-
tur, & malè intelliguntur per Iu
4 dæos, & Sarracenos. Venio igi-
tur ad primum. Et quia EGO

a Digna tanto uiro, ac Diui Pauli imitatori ſententia, qui 1. Cor. 10. ſic ait. Siue mãducabitis, ſiue bibitis, uel aliud q̃d facitis, omnia in gloriam Dei facite. At quàmuis Auctoris noſtri zelus bonus ſit ex parte ſua: Iudęis tamẽ, & Sarracenis uidebitur ꝙ faciat cõtra ſequẽtia uerba D. Pauli, ſupra dicentis: Sine offenſione eſtote Iudæis, & Gentilibus. Sibi tamẽ imputabitur, qui bonum in malum cõuertũt, & pro bono malum retribuũt, ut ĩ illis adimpleatur Pſ. 37. Qui retribuunt mala pro bonis.

b Iudęi multipliciter appellãtur. Primo Iudæi à tribu Iudã, ut tradit Director. Inquiſ. 2.p. q.22.n.1. & probat latè Marquardus de Suſanis, trac. de Iudęis. 1.p. c.1.nu.1. Alberic. Dictio. uer. Iudęus. Raim. lib.1.ti.4. Hoſtien. lib.5. Rub.6. de Iudæis. §.1. & 2. Summa Confe. li.1.ti.4. q.1. Silueſt. & alij Summiſti. uer. Iudæus. num.1. & omnes contra Cornelium Tacitum. li.1. hiſtor. dicentem Iudæum dici à monte Ida: & Lactantium. libr.4. capi.10. dicentem dictos fuiſſe à quodam Principe vocato Iudas. ¶Secũdò dicti ſunt Hebręi ab Heber, cuius familia tenuit cultũ uni⁹ Dei. ita Hoſti. & omnes ſupra, & Archi. in c. Dominus. 56. diſt. quãuis D. Auguſti. lib.16. de Ciuit. Dei. c.3. quem refert Marquar. ſupra. num. 6. tenuerit dictos fuiſſe ab Abraham: ſed cõmunis cõtra. ¶3. Dicti ſunt Iſraelitæ à Iacob. ut ait. S. Auguſt. li.17. de Ciuit. Dei. c.39. S. Iſidorus, de ſummo bono. lib.11. c.2. quos refert, & ſequitur Marquar. ſupra. nu.9. ¶Quartò dicũtur Recutiti, propter circunciſionem. ut ait Lexicon Theologicum. uer. Iudæus, & Polyantea. eo. uer. ¶Quintò, & ultimo Iudęi hodierni, qui nullam, hincinde uagantes, ſeruant religionẽ, appellãtur Marani, ſic uulgo dicti, ita Marqua. ſ. ãn c.1. nu.5. Nota, quòd olim quatuor erãt ſectæ Iudæorum. Quidã enĩ erant Phariſæi. Alij Galilæi. Alij Saducei, & alij Eſſeni. Vide Ioſeph. li.18. antiq. c.18. & li.2. de Bello Iudai co. c. 7.

c Qui triplex ſortiũtur nomẽ. Dicũtur enĩ Sarraceni à Sarra uxore legitima Abrahæ. Itẽ, dicuntur Agareni ab Agar ancilla Abrahæ. Itẽ, Iſmaelitæ ab Iſmaele filio Abrahæ, & Agar, vnde originẽ trahũt. De quibus agitur ĩ cl. j. de Iudęis, Alb. Dec. & alij, quos refert Marquar. ſupra 1.p. c.1. nu.15. Imo. & Card. in d. Cle. Ana. & alij in rubr. de Iudæis. Directoriũ Inq. ſ.2.p. q.21. nu.1. Alua. Pelag. de Planctu Eccl. li.2. c.2. Summa Cõfeſ. li.1. ti.4. q.2. Arch. in c. Iſmael. 56. d. nu.2. & ita communiter oẽs: quamuis Spec. li.4. tit. de Iudæis. nu.6. dicat Iudæos dici Agarenos ab Agar; & Sarracenos à Samaria ciuitate. Alij dicũt Sarracenos dici à Sarra Prouincia Arabiæ, vt tradit Stephan⁹, quẽ refert, & ſequitur Hector Pint. in Dan. c.7. ver. Et os loquẽs. Reperiũtur alij aũt q̃ Mauri vocantã Mauritania prouincia Africæ, qui eadẽ legẽ viuunt. Vide Calep. uer. Mauri. Pagani dicũtur à pagis. Vide Marquard. ſup. n.19.





PETRVS DE LA CAVAL
LERIA Legum Doctor, natus
in Ciuitate Ceſaraguſtæ Re-
gni Aragonum; licèt iuri Ciui-
li, & Canonico operam dede-
rim: tamen à mea tenera ætate,
iuſſu fideliſſimorum parentum
meorum, ſic in quadruplici lin-
gua fui eruditus Latina, Caldea,
Arabica, & Hebræa, ut Sacri Ca
nonis Bibiæ ſtudio me manci-
pauerim, & in ſeruitutibus Dei
me redegerim; ut à tenera mea 5
ętate (gratia Dei) deſiderio de
ſiderauerim adhærere Chriſto
Ieſu: & ęquando ſcripturam He
braicam cum Latina, nouerim
cęcitatem Iudaicam: & habens
cum Iudæis & Sarracenis mul-
tas diſputationes, noui eorum cæcitatem vali- 6
dis rationibus ſuperatã. Et quia in hac patria hæ
nationes Iudæorũ, & Sarracenorũ frequẽter pullu
lant, inualeſcunt, & creſcunt, [a] ſuaſque ſectas, &
opiniones falſas audent aſſerere, & clamare: con-
tinuè laboraui, ut ſic fidem Ieſu Chriſti, defen-
derem, atque diſſererem, ut ſcirem reddere ratio-
nem omni poſcenti, ſignanter Iudæo, & Sarrace-
no. [b] Et quia multi Iudæi mihi in diſputationi- 7
bus dicere audebant, quòd Fides Ieſu Chriſti nõ
poterat perſuaderi, nec credi, niſi per conſuetudi
nem illorum, qui in ea naſcuntur; aut in ea nutri-
ti ſunt, ſicut & de alijs nationibus, puta Iudæorũ,
& Sarracenorũ, eſt notoriũ, qui uix, aut nũquam
ſuorũ fidem deſerere poſſunt; quod dicunt magis
difficile, & durum eſſe in adeptione Fidei Chri-
ſtianæ, propter eius difficiles articulos; [c] & (ut

a Non mirum, quia multi tunc erãt per totam Hiſpaniam Iudæi, quos Ferdinandus & Eliſabeth Reges Catholici ab Hiſpania expulerunt ex conſilio S. Vincẽtij Ferrer Ordinis Prædicatorũ. Anno Dom. 1492. Qui etiam fuerant à Gallis expulſi per Regem Galliæ Philippum. Anno 1180. vt narrãt hiſtoriæ.

b Secundum D. Petri ſententiam, qui 1. Epiſ. c. 3. ſic ait; Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti uos rationem de ea, quæ in uobis eſt, Spe, & Fide.

c Mentiuntur iniqui, contra infinita ferè Sacræ Scripturæ teſtimonia. quapropter de illis dicere poſſumus illud Pſal. Defecit ĩn Salutare, uidelicet. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua. Et quòd Lex Dei ſanctiſsima, ſuauiſsima &c. habetur per totum illum Pſalm. 118. maximè illo uerſu: In uia teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs. Et ibi: latum mandatum tuum nimis. Et ibi: Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua quæſiui. Et ibi: Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Et Pſal. 11 Eloquia Domini, eloquia caſta, &c. Pſ. 18. Lex Domini immaculata &c. Et Pſal. 110. Fidelia omnia mandata eius, &c. Et, (ultra alia teſtimonia noui Teſtam.) uide 1. ad Tim. c. 1. ibi: Scimus quia bona eſt lex, &c. Et ad Rom. c. 7. patet legis ſuauitas: quia in primo, & ſecundo præcepto uniuerſa lex pendet, & Prophetæ, Matthæ. 22. & ad Galat. 5. Non ſicut iugum Moyſi legis: de qua lamentabatur S. Petrus Act. 15. dicens: Quod nos, neq; patres noſtri portare potuimus, continebat. n. præcepta. 613. Iugum uero Domini (ipſo dicente Matth. 11.) ſuaue eſt, & onus eius leue. De quarum legum æquiparatione, uide (ut alios omittamus) Iacobum Valent. in Pſa. 33. ubi alios citat,
&

& Ioannem Driedon, de libertate Chriſtiana. Ludouicum Viues, de uerit. fidei Chriſt. optimè Alb. in Diction. ver. Euãgelium. §. fin. Arnal. Albert. in Rubr. de hæret. in 6. quæſt. 12. per totam. tam Europam graſſata eſt, cuius rei fuerunt auctores fontibus infeſtis veneno, ſacculis in eis repertis plenis veneno, notat S. Anto. 2. p. hiſt. tit. 17. c. 1. §. 6. quẽ refert, & ſequitur Marquar. de Iudæis. 1. par. c. 6. nume. 2.

a Optimè incipit Auctor in nomine Ieſu Chriſti; in cuius nomine omnia inſtruméta, & ſcripturę incipi debẽt. Et, an ſit de ſubſtãtia contractus, vel de ſolemnitate; vide Marquar. de Iudæis. 1. p. c. 10. nume. 1. vbi multa adducit.

8 b Ad cuius defenſionem omnes tenentur, vt in c. Quicũque ex clero. §. his ita. 23. q 8. quia nulla eſt maior pietas, quàm defendere religionem per iura, in c. nõ in inferenda. c. fortitudo. c. ſi quis. 23. q.
9 3. quæ allegat Marquar. tract. de Iudæis. 1. p. c. 6. in fine. Quapropter fidelis moriẽs in bello cõtra infideles, Regnũ cęleſte adipiſcitur, tex. in c. omni timore. 23. quæſt. 8.

c Imò filij Diabo-
10 li vocantur à Saluatore nr̃o. Ioã. 8. dicente: Vos ex patre Diabolo eſtis. Et etiam Diaboli dicũtur apud Marquar. 1. p. c. 9. nu. 2. Ego autem Diabolo peiores appello: q̃a eorũ cauſa, Anno 1180. 1182. 1307. 1322. & 1348. peſtilentia per to-

aiebant) impoſsibilis adeò, vt mihi in facie dicerent, quòd faciliores erant creditu lex Moyſi, & ſecta Sarracenorum, quàm Fides Ieſu Chriſti: motus zelo Dei, volens demonſtrare totum oppoſitum, confirmando, & demonſtrando quòd verbum Chriſti eſt verum, qui dixit: Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. Ioan. 5. cap. in fine: Aggrediar hoc opus in nomine Ieſu Chriſti,[a] vbi demonſtrabo cuicunque ſano intellectui, Iudæi primum, & Sarraceni, & etiam Philoſophi, & cuicunque infideli, quòd Fides Chriſti eſt ipſa veritas,[b] vt iuxta verbum Apoſtoli, redigatur in captiuitatem omnis intellectus in obſequium Chriſti. 2. ad Corinth. 10. Igitur, ſolus zelus Dei, quod eſt primum quod dixi, contra inſaniam Iudęorum, & Sarracenorum, ac aliorum infidelium, & contra tepiditatem malorum Chriſtianorum, me induxit, vt de Fide Chriſti ſic glorioſe diſſeram, vt dentes infidelium obtrudam efficaciſſimis rationibus; & tam contra Iudæos, quàm contra Sarracenos demonſtrem, quòd filij Iſrael derelinquerunt pactum Domini, ideſt, Fidem Chriſti, quod eſt ſecundum, quod prædixi. In quo quidem ſecundo (offertur materia operis, quæ erit demonſtrare, quòd Fides Chriſti eſt vera, & ipſa veritas; & eſt pactum Domini verum & fidele: & per conſequens Iudæi (qui ſe dicunt filios Iſrael, licèt non ſint, ſed ſunt Sinagoga Satanæ,[c] & Sarraceni, qui in ſui primordio Chriſtiani fuerunt,[d] & ſic fuerunt veri filij Iſrael) omnes dereliquerunt pactũ Domini, quod eſt Fides Chriſti, & deſtruxerunt Altaria Dñi,[e] & Pro-

d Videlicet, antequàm inſanus, ac beſtialis Macometus ſectam impijſſimam ſuam promulgaſſet. De cuius initio, inf. nume. 469.

e Et etiam altare noſtrum, quod eſt Chriſtus, vt D. Paulus ait ad Hebręos cap. 13.

a Vt.



a Vt de impijſſima Iezabel (vt alios omittamus) dicitur lib. 3. Reg. cap. 18. quæ Prophetas Dei occiderat. Et Iudæi Chriſtum magnum Prophetam noſtrũ occiderunt. Deuteron. cap. 18.

b Scriptura ſacra eſt hæreditas fidelium, deuoluta, & corrupta apud infideles. De qua vide Aluar. Pelagiũ, de Planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 6. & 8. in princ. Item, eſt vinea Domini, quã exterminauit aper de ſilua, & ſingularis ferus, ideſt, Iudæi, Sarraceni, & Hæretici corrumpere atq; depaſcere cupiũt; ſed prius mors, atque Infernus depaſcẽt eos, & ibũt in adinuentionibus ſuis.

c Loquitur autor vt loqui dẽt quilibet Chriſtianus, vt ait D. Iacob. Epiſt. Canon. capit. 4. in fine.

d Nota ꝙ quãuis multi ante ſcripſerint, vt S. Auguſtinus, S. Cyprianus, Tertullianus, S. Iſidorus, & alij qui autorem pręceſſerũt; & Iacobus de Valentia, Paulus Burgenſis, Petrus Galatinus, F. Ioannes Ludouicus Viualdus, Arnaldus Albertinus, Marquardus de Suſanis, & Summiſtæ omnes, & omnes alij qui poſtea ſcripſerunt; nullus tamen ita ex profeſſo, & ordinatè ſcripſit ſicut autor hic; ſed obiter & ſeparatim dixerunt.

e Quia (vt nos in Candelabro Aureo noſtro in principio, in monitione ad lectorem diximus) in Chriſtianis autoribus non tantum ornatus, ſed magis ꝓfectus quæritur.

phetas occiderũt,[a] quod eſt tertium: In quibus verbis affertur 11
finalis intentio operis, quæ eſt quia iſti infideles fundamenta nouæ legis Chriſti deſtruunt, Altaria, ideſt ſcripturas ſacras Prophetarum calumniando.[b] Oportet ergo in parte 12
tertia fundamenta, & articulos nouæ legis reformare, & ſcripturas viuificare in mentibus eorum, ſi Deus dederit.[c] Verum, quia nolo in hoc opere verboſos commentarios facere; quia multi me in hac materia præceſſerunt,[d] & multa dixerunt; ſolum breuiter conabor omnia tangere compendioſè, & vtiliter, longas diſputationes omittens, & vincentes rationes proſequens. Et quia zelus Chriſti ſolum, ad hoc faciendum me coegit; librum hunc zelum Chriſti decreui nuncupari. Et quia zelus Chriſti bonus me mouit, lectorẽ piũ, & deuotum cupio, quem hortor in Domino, operis mentem reſpiciat,[e] non imperitiam ſermonis repræhendat.

a Cui

*Diuiſio Tractatus.*

ET primo, hoc opus diuiditur in partes duas 13
principales. In prima demonſtrabitur quòd Fides Chriſti eſt ipſa veritas, & ſic refutabitur obſeruantia legis Moyſi, in qua hodie Iudæi inſaniunt; & reſpondebitur aliquibus quæſtionibus, & dubitationibus Iudæorum, quas faciunt contra nos; & demum Secta Mahometica refutabitur, & validis rationibus confundetur. Ex qua parte prima infertur, etiam ad idiotas, ſola rationis virtute vigentes, vt, niſi delirent, hanc Fidem Chriſti ſequi, & illi credere oporteat, per viuam rationem. ¶ In 2. parte demonſtrabitur, quòd nulla rõnalis anima, aut Philoſophica, ſeu ſcien-

a Cui luctare conuenit, maxime cum talibus inimicis oportet Apoſtoli ſententiam Epheſ.6. notare, qui ait: Inducite vos armaturam Dei, &c. Quæ arma noſtra, ut idem ait 2. Corinth. 10. non ſunt carnalia: ſed potētia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes. Nam, ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Roman. cap. octauo, qua Dei potentia adiutus dicebat Dauid. Pſalm. 59. In Deo faciemus virtutem. Et Pſalm. 26. Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Quo etiam diuino fauore armata S. Catherina Virgo & Martyr quinquaginta illos ſuperauit ac vicit Philoſophos. Vt eius habet hiſtoria, quę in eius feſto 25. die Nouembris, legitur.

b Quia vſq; in hodiernam diem dicunt illam ſeruare, cuſtodire, & defendere; ſed mētiuntur quia illam nō obſeruant, nec obſeruare poſſunt, vt infra patebit, licèt illā defendāt, quod, utinam non feciſſent, ſed ſaperent, & intelligerent, ac nouiſsima prouiderent.

c Quia à principio (vt dixi) Chriſtiani erant, & illis etiā fuit Euangelium prædicatum; quia ſecūdum Pſ. 18. cantat Eccleſia de Apoſtolis: In omnē terram exiuit ſonus eorum: obedientium uoci Chriſti, qui, Marc. vlt. c. & Matth. eodem, dixit illis: Ite, docete omnes gentes, &c. Et inferius habetur; Prædicauerunt vbique. vide D. Paul. ad Roman. cap. 10. & ad Colloſ. c. 1.

tia Philoſophiæ imbuta, in hoc
ſæculo viuens, pōt vti rōne, ſi fidei Chriſti cōtraueniat, aut non
obediat; qđ nō cōtingit de fide
Moyſi, nec de ſecta Mahometi.

*¶ Quæ ſunt Sacræ ſcripturæ communes Iudæo, Chriſtiano, & Sarraceno.*

14 VEnio ad primum; Et quia in primo ſolū de
his tribus videlicet, de lege Moyſi, & de fide
Chriſti, & ſecta Mahumeti luctandum cum aduer
ſarijs mihi eſt, [a] ſolum cum his tribus Iudæo,
Chriſtiano, & Sarraceno inuicem contendendum eſt, & non cum Philoſophis, quod reſeruandum relinquo pro ſecunda parte principali.
Et nemini dubium, quòd lex Moyſi a tribus con-
15 tendentibus Iudæo, Chriſtiano, & Sarraceno veriſsima eſt conceſſa. De Iudæo planum, [b] de
Chriſtiano idem, dicente Chriſto: Non præteribit iota vnum, aut vnus apex de lege, donec
omnia fiant. Matth. cap. 5. De Sarraceno clarum;
cum Mahometus in Alcorano approbet legem
Moyſi; quam uocat, Taure, in pleriſque locis;
& ſignanter in Cora. 4. quaſi in medio dicit:
Nos miſimus Pentateucum, in quo eſt rectitu-
16 do, & lux. Hoc præſuppoſito, clarum eſt quòd
lex Moyſi eſt textus approbatus ad omnes, & eſt
certum quòd Sarraceni approbant Euangelia, [c]
ut patet in Alcorano in pleriſque coris, ſiue capitulis illius libri: ſignanter in dicta cora. 4. vbi
dicit: quòd Ieſus Chriſtus duxit Pentateucum,
& Euangelia, ubi eſt rectitudo, & lux. Itaque eſt
textus contra Sarracenos, per eos approbatus. Si
igitur Chriſtianus uicerit Iudæos per textus Legis Moyſi, & aliorum Prophetarum, Iudæus re-

a Nota



manet uictus.[a] Et tunc Chriſtianus eſt in victoria ſuperior contra Iudęū, & Sarracenum,[b] quod eſt propoſitum primę partis huius operis.

*¶ Primum euidentiale primæ partis tractatus.*

17 MOdò ad huius partis pri-
mæ propoſitū dilucidan-
dum, præmittendum eſt; quòd
omnes iſti tres Iudæus, Chriſtia
nus, & Sarracenus [c] tractant de
Meſsia multū præcipuè, & Meſ-
ſiam eſſe reputāt articulum ſuæ
fidei. Et de Iudęo non eſt dubiū
ꝙ expectauit Meſsiam tempori
bus præteritis, ante deſtructio-
nē domus ſanctæ Hieruſalem, &
adhuc hodie fortiter expectat;
ſed ad quem finem inferius de-
clarabitur, & refutabitur.
18 De Chriſtianis non eſt dubium, quia hoc eſt
fundamentum noſtræ fidei, quòd Ieſus filius Ma-
riæ Virginis fuit, & eſt uerus Meſsias, adeò quòd
Beatus Andreas, cum eum uidit dixit Petro: In-
19 uenimus Meſsiam. Ioan. c. 2. [d] Sarraceni autem
fortiter dicunt, ꝙ Ieſus Chriſtus fuit, & eſt Meſ-
ſias promiſſus filijs Iſrael. Et vt hoc credas uerum
eſſe; inuenies in Alcorano [e] in cora. 2. quæ eſt co
ra Hambram, ubi in ſalutatione Virginis Mariæ,
dicit, quòd Angeli dixerunt Mariæ: Deus denun
tiabit tibi bonum nouum in uerbo ſuo, cuius no-
20 mē eſt Meſsias Ieſus filius Mariæ. Quia, tu lector,
debes ſcire, quòd Mahometus in Alcorano uo-
cat proprio nomine Ieſum, hoc vocabulo, Ice, [f]
& dicit in pleriſque coris, ideſt, capitulis ſuis, ꝙ
hic Ice, filius Mariæ fuit Meſsias, quem in Arabi-
co nominat, Maceh, aut Maciha, ſecundum va-
rias pūctuationes ſuas. Vnde in 3. cora ſic inquit:

a Nota tantam eſſe malitiam, atque Iudęorum pertinaciam, & aſtutiam, quòd etiam ſi in concionibus, ac diſputationibus ipſamet ueritas eos cō uincat, nunquam tamen fatentur ſe conuictos. Magis enim eſt eorū cor, malitia ſua indurarum, quàm obcęcatum. Non enim tenet eos ignorātia, ne conuertātur & uiuant, ſed peſtifera malitia, qa cor eorū Deus indurauit, vt patet. Io. 12.

b Quia hęc eſt victoria, q̄ vicit mundum fides noſtra, vt ait. S. Ioan. 1. Epiſt. c. 5.

c Nota quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus in die iudicij tres grauiſſimos peccatores acerrimè arguet, videlicet, ex Iudæis Iudā Iſcariotem: Ex Sarracenis, Machometum: Ex malis Chriſtianis, Antechriſtum. ita tradit F. Ioan. Ludouicus Viualdus ī lib. opus regale. tract. de tribus lilijs Regis Franciæ, nu. 15.

d Et in eod. cap. 1. cum Philippus vidiſſet Nathanaelē, dixit illi: Quē ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth. Itē, in eo. c. 1. Nathanael dixit Ieſu Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael. Item, Ioan. 6 c. Totus ille Populus ſatiatus quinque panibus & duobus piſcibus, cōfeſſus eſt Ieſum eſſe Meſſiā.

e Qui liber Alcorani cōpoſitus fuit ab inſano, ac peſtifero Machometo, cum adiutorio cuiuſdam Ioānis Antiocheni Heretici, ac Sergij Arriani, ac cuiuſdam Hebræi Aſtrologi, vt tractant hiſtoriæ, maximè Chronicon. in uita Macometi.

f Alias; Neich; prout notat Marquardus de Suſanis, de Iudæis. 3. p. c. 1. nu. 34.

a Te-

Et cum dicunt ſuper Mariã mendacium magnum: & cũ dicunt, nos occidimus Meſsiam Ice filium Mariæ miſſum Domini; nõ eſt uerum quòd occiderunt eũ, nec quòd ſuſpenderint eum, ſed ſic eis uiſum fuit. [a] Item, in eadem cora, circa finem; Non dicatis circa Deum, niſi ueritatem; quoniam Meſſias Ice filius Mariæ miſſus eſt Dei, [b] & uerbum ſuum poſuit ipſum in Mariã, & ſpiritus eius eſt; credite in Deo, & Nuntio ſuo; & non dicatis tres; quoniam nõ eſt bonum uobis. Et modicum poſt ibi: Nõ dedignetur Meſsias quòd ſit ſeruus Dei, nec Angeli Deo proximi, &c. ¶ Item, in cora. 4. in quatuor locis. Primo, ubi dicit: Hæretici ſunt illi, qui dicunt, quòd Deus eſt ille Meſsias filius Mariæ; Dicas, quis præciperet ex parte Dei aliquid, ſi uoluiſſet quòd occideretur Meſsias filius Mariæ & matris eius, & quicquid erat totum in terra? Ecce, quicquid inſanus iſte dicat, tamen uides uocat Ieſum Meſsiam. ¶ Item, in eadem cora iterum repetit; Hæretici ſunt illi, qui dixerunt quòd Deus eſt Meſsias filius Mariæ. Et ibi continue dixit Meſsias; O filij Iſrael ſeruite Deo Domino meo, & ueſtro. Et iterum: non eſt Meſſias filius Mariæ, niſi nuntius. Et in cora. 8. quæ dicitur in Arabico cora Altauba; quod eſt dicere, cora, ſeu capitulum pœnitentiæ, ſic inquit: Dixerunt Iudęi, quòd Eſdras eſt filius Dei. Et etiam dixerunt Chriſtiani quòd Meſsias eſt Filius Dei. Iſta dicunt cum ore eorum, ſed falluntur. Et iterũ ibi in continenti: Accipite Doctores ueſtros, & magiſtros abſque Deo, & Meſsiam filium Mariæ, & non dixerunt certè, niſi quòd ſeruirent uni Deo, nõ eſt Dominus abſq; eo, laudetur ipſe, &c. Et in quamplurimis locis, iſte inſanus uocat Dominum Ieſum Ice filium Mariæ; & ſuis locis infra demonſtrabo, quòd in eo credidit eſſe diuinitatem; ſed per ſupra dicta ſatis patet quòd ipſe uocat Ieſum Meſsiam. Et ſic apparet quòd expe-

21 a Tenuit enim inſanus iſte ꝙ Chriſtus Redẽptor noſter nõ fuerit mortuus, ſed aſſũptus in Cœlum, relicto in manib. Hebręorum Chriſti ſimulachro, ſicut tenuerunt Manichei; de quo uide Paulum Gryſal. in lib. Deciſiones Catholicæ, uer. Mahumetus, & Marquardũ, ſupra.
b Mille ferè autoritates habes, in quibus Chriſtus utitur hoc verbo: Miſſus, loquens de ſe ipſo. Lucæ 4. quia ideo miſſus ſum. Ioan. 3. quem miſſit Deus, &c. & c. 5. quia Pater miſſit
22 me, & c. 7. ab ipſo ſum, & ipſe me miſſit, & c. 8. qui me miſſit mecum eſt, & c. 17. & quẽ miſſit Ieſum Chriſtũ, & c. 20. ſicut miſſit me Pater, &c. Et nota quòd miſſus, idẽ eſt, quod Apoſtolus. Et aduerte quòd Apoſtoli in
23 triplici ſunt differentia. Nam Apoſtoli Dei Patris, tãtũ ſunt duo, Chriſtus, ſcilicet & S. Ioannes Baptiſta, de quo Ioan. 1. c. Fuit homo miſſus a Deo, &c. Apoſtoli Domini Noſtri
24 Ieſu Chriſti fuerunt duodecim, ut notũ eſt, quorũ nomina refert. Matth. c. 10. Apoſtoli verò Spiritus ſancti, duo, Paulus, & Barnabas. De quibus dixit Spiritus sãctus. Actor. 13. Segregate mihi Saulum, & Barnabam, &c.

a Cum



ctatio Meſsię ſecundum Sarracenos, fuit completa in Ieſu Filio virginis Marię; licèt ipſi dicãt, [a] quòd nõ fuerit Deus, nec filius Dei: qđ infra reprobabitur validis rationibus, & autoritatibus. Sic itaq; clarum eſt, ꝙ Meſsiam eſſe, exiſtere, aut promiſſum eſſe venire, eſt vnus articulus communis fidei his tribus Iudæo, Chriſtiano, & Sarraceno. Dico ergo, & multum neceſſariò concludo, quòd poſtquàm eſſe, aut exiſtere Meſsiam, ipſumq; veniſſe ſecundum nos, & Sarracenos; aut venire debere, ſecundum Iudæos, Meſsiam; tamen certum eſt, ſecundum omnes quòd Meſſias eſt promiſſus venire debere. Modò quæramus de hoc articulo communi Meſsiæ, quis melius noſtrum, Iudæorũ, Chriſtianorum, & Sarracenorum ſentiat, & credat; & uidebis ꝑ punctum rationis, & autoritatis Prophetice, quòd Chriſtiani melius intelligunt, & declarant dictum arcticulum; & ꝙ hic Ieſus, quẽ Chriſtiani colimus, eſt Meſsias promiſſus in lege, & aduerſarios omnes, in hoc articulo, neceſſario delirare, & vehementer errare oſtendam.

a Cum Carpocratianis Chriſtum tãtũ eſſe hominem, & non Deum. Qui Carpocratiani dicti ſunt a Carpocrate; qui vixit Anno. 129 tempore Sixti Papæ, & Adriani Imperat. vt ſcribit Euſebius, lib. 4. hiſt. cap. 7. Et cum Hebræis, Arrio, & Eunomio affirmant Chriſtum tantum eſſe creaturam. Arrius vixit Anno. 314. tempore. S. Silueſtri Papæ, & Conſtantini magni. De quo diabolico Hæreſiarcha ſcribunt multi Doct. Vincentius in Speculo hiſt. Nicol. Liran. Nicephorus Calixtus, lib. 8. c. 4. hiſtor. tripart. lib. 1. cap. 12: S. Thom. opuſc. 5. quos refert, & ſequitur Paul. Gryſal. in lib. Deciſiones, in princ. Eluidij autẽ ſequaces qui vniuerſam Hiſpaniam maculare volebant, S. Illefonſus Toletan. Archiepiſcopus Sacrarum literarum, ac Sanctorũ Conciliorum autoritatibus, Sanctorumque Doctorum ſententijs confutabit; ac mirabiliter Sacratiſſimę virginis perpetuam virginitatem contra illos defendit, viribuſque omnibus probauit, vt patet in libro quem de perpetua Mariæ virginitate compoſuit, quem totum in Hiſpania perlegi, & poſtea Bononiæ, in Biblioteca Illuſtriſſimi. D. D. Cardin. Paleotti, primi eiuſd. Ciuitatis Archiepiſc. meritiſſimi uidi. Quem librum gratiſſimum ſibi fuiſſe Sacratiſſima Virgo & verbis, & operibus demònſtrauit. Nam (vt habet hiſtoria in legenda. S. Illefonſi. die 23. Ianuarij in Sanctis Hiſpaniæ confirmatis à Felic. recor. Greg. 13.) res ſic ſe habet: cum Illefonſus ad preces matutinas expectationis B. Mariæ in Eccleſiam nocte deſcenderet: comites eius in Eccleſiæ li- 25
mine fulgore quodam repentino deterriti retroceſſerunt. Ille verò intrepidus ad aram progreſſus virginẽ ipſam uidit, & adorauit: ab eademque veſtem, qua in ſacrificijs vtereť, accepit, dicente: Accipe de theſauris filij mei. Cum etiam dies Leocadiæ feſtus agereť: & clerus, frequẽſque populus cõue- 26
niſſet. Illefonſus ad ſepulchrum virginis Leocadiæ accedẽs flexis ſuppliciter genibus precabatur. Et ecce reſerato repente Sarcophago, Leocadia sãctiſſima prodijt, uidentibusq; cunctis, & audien- 27
tibus Illefonſi merita de virgine Maria commendauit, dicens. O Illefonſe, per te viuit Domina mea, quę Cęli culmina tenet. Et præſule collaudato redibat. Illefonſus, ne res ſine teſtibus tanta poſteris referretur, arrepto Receſuinthi Regis, qui fortè tunc aderat, gla-

¶ *Secundum euidentiale.*

¶ ITem, eſt prȩmittendum, ꝙ
finis legis perfectæ, & diui
næ eſt, effici beatum poſt mor-
tem. [a] Et, ſi lex diuina hoc præ-
mium non dat, illam ſeruanti, &
ſi daret omnia mundi bona, &
temporalia affluenter, nõ eſt lex
perfecta. Et eſt hæc concluſio cõ
munis ad omnes has nationes;
quia quid proderit homini, ſi
vniuerſum mundũ lucretur, ani
mæ verò ſuæ detrimẽtum patia-
tur, [b] etiam ſi fuerit Imperator,
aut Papa, & hoc eſt vniuerſum
mundum lucrari. Et eſt conclu-
ſio quæ patet ad ſenſum men-
tis claræ.

¶ *Tertium euidentiale.*

¶ ITem, eſt prȩmittendum, ꝙ
de eſſe legis diuinȩ eſt pro
mittere poſt mortem beatitudi
nem, ſeu vitam æternam, in præ
mium obſeruantiæ illius legis, [c]
& nõ enuntiatiuè propter alia,
& non in uerum præmium, & re
tributionem legis, ſicut Iudæi
autumant, & infra declarabitur
in diſcurſu ſatis.

¶ *Probatio primæ partis contra Iudæos.*

¶ MOdo veniamus ad probationẽ huius pri
mæ partis, videlicet, ꝙ fides Ieſu Chriſti
eſt ipſa veritas. Et hoc primo probemus contra
Iudæum. Demum ſecundò principaliter hoc pro
bemus contra Sarracenũ. Et ad probandum con-
tra iudȩum, quòd fides Chriſti eſt ipſa veritas: eſt

diolo, velaminis
partem, quo caput
Leocadiæ tegeba-
28 tur, reſecuit; eam-
que cum Regio ſi-
mul cultro, cele-
bri põpa in Sacra-
riũ intulit, vbi vſ-
que hodie ſeruaẽ.
vide quȩ dixi, in 3.
p. candelabri Au-
rei, cap. 7. num. 13.
a Ad Rom. 6. in fi.
habetur: Nunc ve
rò liberati a pecca
to; ſerui autẽ facti
Deo, habetis fru-
ctum veſtrũ in ſan
ctificatione finem
uerò vitã æternã.
Et 1. Petri. c. 1. re-
portantes finem fi
dei veſtrȩ, ſalutem
animarum ueſtra-
rũ. Et Ioan. 6. Hæc
eſt uoluntas Patris
mei, qui miſſit me,
vt omnis qui vidit
Filium, & credit in
29 eum habeat uitam
æternam. Et Ioan.
13. in prin. dicitur:
cum dilexiſſet eos
qui erant in mun-
do, in finem dile-
xit eos, ideſt, ad vi
tam ȩternam dile-
xit eos. Quæ mo-
ralis explicatio be
ne congruit. Et ad
Roma. 8. Non ſunt
cõdignæ paſſiones
huius temporis ad
futuram gloriam,
&c Et 1. Petri. c. 5.
30 Eius quæ reuelata
eſt gloria.
b Matthȩi. c. 16.
c De quo vide lib.
3. Eſdræ. c. 8. Hoc
ſæculum fecit al-
tiſſimus pp mul-
tos; futurum autẽ
propter paucos. Et
Pſal. 23. quis aſcen
det in mõtem Do-
minis, aut qui ſta-
bit in loco ſancto
eius? Innocens ma
nibus & mũdo cor
de; qui non acce-
pit in vano animã
ſuam, &c. & Pſ. 14.
Domine qs habita
bit, &c. & Iſai. 33.
qui ambulat in iu
ſtitijs, & loquitur
ueritatẽ, qui proij
cit auaritiam, &c.
& Matth. 19. Lucæ
10. Si uis ad uitam
ingredi ſerua mon
data. Ioan. 3. vt om
nis qui credit in ip
ſum nõ pereat, ſed
habeat uitam æter
nã. Ioan. 5. qui cre
dit ei q miſſit me,
uitam æternam ha
bebit. Et c. 10. Ego
veni vt vitam ha-
beant, & abundan
tius habeant, & 2.
Corinth. 5. Gallat.
6. Colloſ. 3. Et 1. ad
Timot. 1. & 6. c. &
1. Petri. c. 3. & deni
que. 1. Ioan. 1. An-
nũtiamus vobis vi
tam æternam, &
c. 2. Pollicitus eſt
nobis uitam æter-
nam, & etiã ibid.
c. 5. his & complu-
ribus locis lex di-
uina vitam ȩternã
promittit.

a Multa



repetendum, & probandum, ꝙ
ſecũdum fidem Moyſi, Meſsias
eſt promiſſus in lege. Secũdo eſt
demonſtrandum, ꝙ Meſsias de-
bebat venire ad ſaluandum, & li
berandum animas à peccatis. Et
ſic tertio infertur, quaſi corolla-
riè ꝙ ante aduentũ Meſsiæ, ani-
mȩ non habebant gloriam, poſt
mortem. Et ſic infertur quarto
quaſi corollariè, ꝙ lex Moyſi nõ
dabat gloriam animabus, poſt
mortem. Et ſic infertur quinto
corollariè, ꝙ ex aliquo peccato
ipſæ animæ, poſt mortem, non
habebant gloriam. Et ſic infertur ſexto corolla- 35
riè, quòd cum animæ ante aduentum Meſsiæ nõ
haberent gloriam, quòd hoc neceſſario cõtinge-
bat ex communi morbo, & ex efficiẽti cauſa vni
uerſali, & ſic ex communi peccato, quod fuit pec
catum Adæ, quia non erat dare communius. Et 36
ſic ſeptimo infertur, corollariè, ꝙ cum lex Moyſi
non daret gloriam animæ poſt mortem, quòd il-
la lex erat imperfecta: & merito, veniente Meſ-
ſia, in eius aduentu veniebat perfectio; lex Moy-
ſi debebat ceſſare.

¶ Tertio principaliter demonſtrabitur, ꝙ iſte 37
Meſsias in lege promiſſus, debebat eſſe Deus; &
ſic erat promiſſus ꝙ eſſet Deus & homo: ita quòd
eſſet homo perfectus, in quo habitaret plenitudo
diuinitatis corporaliter, ut ait Apoſt. ad Coll. 2. c.

¶ Quarto principaliter demonſtrabitur, quòd 38
iſte Meſsias promiſſus debebat mori, & turpiter
pati: ſic quòd de eius corpore humano, Deo erat
offerendum ſacrificiũ pro peccatis adimentibus
gloriam animæ, & ſic principaliter pro peccato
Adæ. Et ſic corollariè infertur in proſequutione
huius quarti articuli, ꝙ virtute huius oblatio-
nis, & ſacrificij corporis Meſsiæ debebant ceſſa-
re omnia alia ſacrificia, tanquàm præfiguratiua
iſtius, [a] & minus ſufficientia ad delendum pecca-

a Multa. n. erãt in
ueteri lege Sacrifi
cia, quæ uerũ Dñi
noſtri Ieſu Chriſti
figurabant, ut ait
Apoſt. ad Hebr. 9.
Si. n. ſanguis hirco
rum, & taurorũ, &
cinis uitulæ aſper-
ſus, inquinatus ſan
ctificat ad emũda-
tionẽ carnis; quan
tò magis ſanguis
Chriſti, qui p Spi-
ritũ ſanctum, &c.
cuius ſacrificij ve-
teris lex, atq; ritus
habetur Leuit. 6. &
Deuter. 18. quæ ſa
crificia ueteris le-
gis reijcit Deus. Pſ.
49. verſ. 8. Ierem.
6. Malach. 2. quia
illa erant polluta
Agge. 2. quapro-
pter talia ſacrificia
carnaliũ ſubſanan
tur. Oſee. 5. Et, quȩ
ſacrificia requirat
Deus, uide Mich.
6. Matth. 5. Marc.
12. & Pſal. 50. verſ.
18. ¶ Nota etiam,
ꝙ talia ſacrificia
non tantum offere
bantur pro pecca-
to, ſed etiã pro ſup
plicatione, ut pro-
ſperitas uitæ habe
retur; quale fuit
ſacrificium Iacob,
Geneſ. 24. & Pro-
uerb. 7. de mulie-
re. Victimas pro ſa
lute deuoui. Rur-
ſus, Leuit. 7. poſt ſa
crificium pro pec-
cato, hoſtiæ pacifi
cæ in duas partes
diſtribuũtur; vt a-
liȩ ſint gratiarũ a-
ctiones, aliæ ſpõtè
pro Deo exoran-
do. Aliud, fortaſsè
fuit, vt fuſo ſangui
ne, fœdus cũ Deo
ſanciretur, ut dici-
tur Exod. 24. & 4. 31
Regũ. c. 23. Aliud
erat ſacrificiũ pro
conſeruatione Põ- 32
tificis. Leuit. c. 7. &
plura alia erant in
lege ſacrificia, vt
notat benè, ex S. 33
Thom. S. Aug. Cy-
priano, & alijs,
Paulus Gryſal. in
lib deciſiones, ver 34
bo: Sacrificium.

a Vt

tum, quod adimebat gloriã. Et hinc corrolariè infertur, ꝙ idem ſacrificium oblatũ debebat ad memoriam durare vſq; ad finẽ ſeculi: Et hoc eſt ſacrificium Euchariſtiæ,[a] quod in toto mundo fit.

¶Quinto principaliter demõſtrabitur, ꝙ facto ſacrificio corporis Meſsiæ, fides noua debebat infundi in cordibus hominum per electos Dei credentes in Meſsiã, & ibi proſequar prophetias Sacri Canonis Bibliæ veteris teſtamẽti: quæ ex recto ſenſu vehementer concludunt contra iudæos, proſequendo ſingulos Prophetas; ex quibus cõcluditur fides Domini noſtri Ieſu Chriſti vera, & neceſſaria, ſecundum rectum ſenſum, contra iudæos.

*Radix totius materiæ.*

ET primo, pro radice omniũ quærẽdorum, & inueſtigandorum in hac glorioſa & ſpirituali materia mihi contemplanda; non ſolum videtur, ſed neceſſe eſt hiſtoria Geneſis. primi, 2. & 3. capituli, notanda, & operepretium exiſtimanda. Et admiratione dignum putaui dicendum de ea hiſtoria, & ſuper ea caudam hiſtoriæ, ubi Deus ſigillans punitionem peccati Adæ dicit: Eiecitque Adam, & collocauit in Paradiſo voluptatis Cherubin, & flammeũ gladium, atq; verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Vides iudæe, tu qui admiraris quare Chriſtiani magnificamus peccatum Adæ, quanta fuerit eius pœna ſpiritualis, vt via uitæ ligni clauſa ſit, & Adam eiectus de Paradiſo? Vides collocatũ Cherubin? Et hinc eſt, ꝙ Moyſes in figura loquebatur Deo inter Cherubin, vt habetur Exod. 25. Quaſi ſemper inſtaret vt illa via aperiretur. Et tui iudei Talmudiſtæ[b] ſcripſere in hoc paſſu, in gloſſa tua, quæ uocatur Be-

a Vt ait Dominus Matth. 28. c. in fine: Ecce vobiſcũ ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. Hic autẽ oritur q̃ſtio, non grauis quidẽ, cum Dominus di-
39 xerit Matth. 26. Me autem non ſemper habebitis: quomodo hic dicit: Vobiſcũ ſum omnibus diebus? Cui quæſtioni reſp. ibi Dominum intellexiſſe de præſentia corporali, quæ tunc uidebatur, tractabatur, & communicabatur, hic autẽ de Sacramentali præſentia, vbi Chriſtus oculis tantũ Fidei uidetur. Cuius ſacramenti mirabiles aliquot figuras
40 poſuimus in Candelabro noſtro Aureo. 1. par. titu. De Euchariſtia, ĩ principio, ubi poteris multa uidere.
b Potius Thalmu-
41 diſtas diabolos incarnatos appello. Talmud, enim Inferno peiorẽ iudico. Eſt. n. Talmud liber quidã ſic Hebraicè vocatus, Latinè autem, diſciplinationem appellat Bibliotheca Sãcta lib. 2. ver. Tra-
42 ditiões ſeniorum, pag. mihi 124. Alij autem librũ Iudaicarũ traditionũ dicũt. In quo collecta ſunt decreta omnia magiſtrorum Sãmai, Hillel, Akiba, Ioſeph, & filiorũ Aſamonel, vnà cum alijs innumeris Rabinorum ſtatutis, ſententijs, & tã diuinarũ, quàm humanarum legũ expoſitionibus, quibus nunc totam Iudæorum natio regitur. Quod opus, à quibus fuerit inceptũ, & à quibus finitum, habet Bibliotheca ſancta ſ. Qui liber (vt ſcribit Innoc. 4. Regi Frãciæ, & habetur in



reſich Raba ſuper 1. c. Geneſis, ꝙ illa uia non debet aperiri donec ueniat filius Phares, qui uolunt dicere; donec ueniret Meſsias, qui debet prouenire ex Phares. Sic, quòd hic concluditur manifeſtè quòd lex Moyſi nõ erat ſufficiens ad aperiendũ illam viã.[b] Qui Meſsias dicitur filius Phares apud iudæos, & merito, ut apparet ex textu Geneſ. 38. in fine, vbi liquet ꝙ Phares fuit filius Iudæ, filij Iacob.[b] Et ex libro Ruth, in fine vbi apparet quòd ex Phares ortus fuit Rex Dauid, vnde dẽt oriri Meſsias. Et ſic Meſſias merito dicitur filius Phares. In quo hæſitas igitur infelix Iudæe, cum uideas peccatum Adę tollere vitam ęternam,[c] & quòd ſolus Chriſtus, ſiue Meſsias illã uiam clauſam aperire debebat,

in eius Bulla in fine Directorij Inquiſitorum, edita. anno Domini 1243.) magnus eſt apud Iudeos, excedens textum Bibliæ in immenſum. In quo libro (ſecũdum Innoc. & Bibliothecam ſupra, & Marquardũ de Suſanis, in tract. de Iudæis. 3. p. c. 1. n. 49. Director. Inquiſit. 2. p. q. 46. nu. 6. & in Scho. 52. eiuſd. partis) horrendæ ſunt blaſphemię ĩ Deũ, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ac puriſſimã eius Matrem, ac intemeratam Virginẽ, ac ſanctos Dei, Legem Moyſi, ius genrium, ac naturale, quod ipſi tanquàm homines ſeruare tenentur; intricabiles fabulæ, abuſiones erroneę, ac ſtultitiæ inauditę. Qui liber Sex libros diuerſos habet, in quibus. 63. Diabolici tractatus cõtinẽtur. Quibus (præter alios) quinquaginta duo nefandi errores inueniũtur, quos ponit Bibliotheca, ſupra fol. 128. quorũ aliquot ponit Marquard. ſup. & meminit Scrutinium Scripturarum, in princ. pag. 2. Quapropter, cùm talis liber peſtifera, ac diabolica doctrina ſit plenus, Gregor. 9. anno Dñi 1230. omnia Talmudica uolumina flammis adiudicauit. Idemq; fecit Innoc. 4. anno 1244. vt probat Aluarus Pelagius de Planct. Eccl. lib. 1. c. 37. ad medium, & alij Doctor. ſup. Rurſus, cùm eadem uolumina à Iudæis inſtaurata fuiſſent; Iulius PP. III. nouo edicto promulgato, inquiri iuſſit, & anno 1553. cum feſta tabernaculorum à Iudæis Septẽbri menſe celebrarẽtur, per omnes Italiæ Vrbes exuri. Paulus Papa IIII. vnà cum ſacroſanctæ Romanæ Inquiſitionis Senatu,

anno Domini 1559 rurſum idẽ fieri iuſſit, & Talmudicos libros inter ſcripta ab Eccleſia Catholica damnata connumerari uoluit. vide Bibliothecã Sãcr. d. lib. 2. pag. 125. Nec mirandũ, quòd Iudæos ſupra diabolos appellauerim, cũ Hector Pinctus, in Iſ. cap. 17. hæc, & alia complura nomina eis conuenire affir- 43
met. De quibus ẽt, & de hoc infernali libro, uide multa quæ ponit Paul. Burgenſ. in addit. ad Lyran. in Iſai. c. 34. & Zach. 5. & in ſcrutinio ſuo ſcripturarum, diſt. 6. c. 2. & F. Ioan. Ludouic. de Viualdo, in lib. Opus regale, 44
tracta. de perſecution. Eccl. perſequut. 5. fol. 185. Et de initio, medio, & fine huius diabolici libri uide infra, nu. 153.
a Quod etiam probat Scrutin. Scripturarum, diſt. 6. c. 2 & 3.
b Qualiter Meſſias dicatur filius Phares uide in Scrutinio Scripturarum. d. diſt. 6. c. 4. Et quare Phares ſic fuerit nominatus, & in illo Chriſtus figuratus. vide in libro de Genealogia Ieſu Chriſti. Decade. 1. c. 25. & ibi multa.
c Et ſi peccatum Adæ nullam ſibi, & nobis ſpiritualem attuliſſet pœnam, ſatis abundè eſt conſiderare quot calamitates, bella, infirmitates, ac mala temporalia ex ipſo prouenerint, & proueniant unicuique, ut magnifaciendum, atque (contra Iudæos) æſtimandum ſit. Quod maximè intelliges ex magna lachrimarum affluentia atque pœnitentia, quam pro ſuo peccato fecit. De quo, F. Ioan. Ludouicus Viualdus, in libro, Opus Regale, in fine fol. 322. ſic ait: Adam vetuſtiſſimus

quòd non ſit probatũ quòd pec
catum Adæ abſtulit viam uitæ,
& quòd Meſsias debebat venire
ad dandam, & aperiẽdam uiam
45 uitæ? Sed dicit iudæus; unde
probas quòd propter peccatum
Adæ eſſet clauſa uia uitæ omni-
bus hominibus tanquã uenien-
tibus ex Adam? Ego dico tibi,
(dicit iudæus) quòd ſolùm Adã
fuit deiectus, & Adæ ſolum fuit
clauſa uia uitæ, & nõ deſcenden
tibus ex Adam. Et primo ad con
fundendum iudæum, hærẽdum
eſt textui, & per textum literali-
46 ter probandum. Et primo appa-
ret ꝙ mater noſtra Eua, licèt præ
ceptum fuerit ſoli Adam factũ;
tamen ipſa, quæ propagata fuit
ex Adam, credidit in præcepto
cõpræhendi, cùm ipſa dixit ſer-
penti: Præcepit nobis Deus, &c.
Geneſ. c. 3. licèt ipſa tẽpore præ-
cepti, non eſſet in rerum natu-
ra, [a] vt apparet in 2. c. ſic, quòd
præceptum trãſiuit ad poſteros,
& ſic ab initio creditum eſt. Et
quòd tranſiuerit ad alios, ulte-
47 rius; Prophetæ ita dixerunt, [b]
Et primo, eſt textus clarus in ca-
pit. 43. Iſaiæ. in fine ubi dicitur: Pater tuus pri-
mus peccauit, & interpretes tui præuaricati ſunt
in me, & contaminaui Principes Sanctos, dedi ad
interitionem Iacob, & Iſrael in blaſphemiam. Et
ſequitur in c. ſequenti: Et nunc audi Iacob ſerue
meus, & Iſrael, quẽ elegi, hoc dicit Dominus fa-
ciens, & formans te ab utero auxiliator tuus, &c.
48 Effundam aquas ſuper ſitientem, &c. Quis enim
poteſt dici pater primus rectè, niſi Adam, & qui
interpretes, niſi Eua, & ſerpens, qui fuerunt pręua
ricatores peccati? [c] Et, quamquam Eua fuerit ſe-

ſtiſſimus parẽs noſter, à quo tota ſylua humani generis deſcẽdit, ut inquit Hier. per magna tẽpora fuit occupatus in gemitibus, & lachrimis. Poſtquàm enim Adam ĩ labyrinthũ illius magni peccati corruit, quo tota poſteritas eius infecta fuit; ipſe, & Eua de Paradiſo expulſi ſunt, ſicut Lucifer de Cęlo. Qui in hac ualle miſeriæ habitantes, facti ſunt mortales, &cæt.

a Quãuis illa, quæ poſterior fuit, Adã priorẽ ſeduxit, nõ è contra. Vt (vltra multa alia) probat ipſamet ſacra Scriptura, & tex. Canonicus, in c. Adã 33. q. 5. Et, quamuis Eua marito inferior erat, nobilior tamen & maior erat in eo, quòd ipſa in Paradiſo, Adã verò extra creatus fuit, ut eſt tex. in c. Illud aduerte, diſt. 40.

b Quod (ut Catholicorum communẽ confirmet) probat pulchrè Albericus de Roſate, in Dictionario. vbi in §. Anima peccatrix, ſic ait: Anima peccatrix corruptibilem carnem facit, non è contra. Anima enim primi hominis ꝑ peccatũ corrupit carnem: poſtea caro, cùm non poſſet ex toto uindicare in illam animam, uoluit uindicare de qualibet anima cõ ſimili, ſ. vt quàm citò ĩfundatur anima ex ipſa, & eius corruptione innaſcitur peccatum in ipſa natura. Vnde merito videtur ei imputari cum digna retributione ei innaſcatur. Vgo. & no. per Archid. in c. placuit, per tex. ibi. de conſec. diſt. 4. Hæc ille, & tradit. S. Th. 1. 2. q. 82. ar. 1. & omnes Doctor. tractantes de origin. peccato. S. Anton. 1. par. tit. 8. per totum. Declarat optimè Theologia naturalis. cap. 248. de traductione peccati Originalis, & Scrut. Scripturarum, diſt. 6. cap. 2.

c Quamuis hęc ſit bona expoſitio de Eua, & ſerpente; Paulus tamen Burgenſ.



ductaueré, & non Adam, tamẽ
peccatum fuit commiſſum ab
Adam, per præuaricationẽ Euæ,
& Serpentis, ut apparet in hiſto
ria. Et licèt patrator peccati fue
rit Adam, dicit Deus: conta-
minaui Principes ſanctos. Qua-
ſi dicat: illos, qui actualiter non
peccauerant, ſed erãt ſancti, quo
ad actum, contaminaui, [a] & de-
di ad interitionem Iacob, &c.
Sed dicit Deus: Non timeas ſer-
ue meus Iacob, quàm ab utero, per Baptiſmum 49
aquæ te redimã, ut colligi poteſt ex litera. Item,
Hieremiæ 31. ad finem, poſt dies illos, dicit Dñs,
dabo legem meam in viſceribus eorũ, & in corde
eorum ſcribam eã, &c. Et demũ ſequitur: Omnes
enim cognoſcẽt me, à minimo uſq; ad maximũ,
ait Dñs, quia propitiabor iniquitatibus, & pecca
ti eorum non ero memor amplius. [b] Certum eſt
enim, ꝙ ille tex. loquit̃ de tẽpore legis nouæ dan-
dæ poſt legem datam, poſt liberationẽ Aegypti,
ut ibi patet ad literam. Et dicit, ꝙ dabit legem in
uiſceribus eorum, & ꝙ omnes cognoſcent Deũ à
minimo vſq; ad maximũ, quia erit ſublatũ, ꝑ pro
pitiationẽ Dei, peccatũ eorũ, ſ. tã maximorum, q̃
minimorũ. Apparet ergo, ꝙ minimi aliqđ pecca- 50
tũ habebãt, qđ nõ eſt dare in minimis de actuali
peccato, ut patet ad ſenſum. Eſt igitur dicẽdũ de
originali, qđ erat etiã in minimis ex peccato pri
mi parentis. [c] Et hoc eſt qđ dixit Dauid: Ecce in
iniquitatib. cõceptus ſum, & in peccatis cõcepit
me mater mea. [d] Quia licèt iudæi dicãt Poeticè,
& ironicè dictũ, fallũtur, ut patet ꝑ allegatũ textũ
Hieremiæ, & Iſaiæ. Nota illos in hoc articulo pec
cati Adæ. Et hoc ĩ diſcurſu magis dilucidabitur.

¶ *Probatio primi art. primæ partis, quòd Meſſias fuit promiſſus in lege.*

His ſic præmiſsis, redeo ad primum, & ad pro 51
bãdum quòd Meſsias fuit promiſſus in Le-

genſ. in Scrutinio Scripturarum diſt. 6. c. 2. verſ. verũ dicis; ait interpretes illos eſſe Phariſeos auctores, & inuentores doctrinæ Talmudicæ, qui legẽ Dei præuaricauerunt. Et ideò propriè dicuntur præuaricatores. De qua præuaricatione uide quæ tradit Marquardus tract. de Iudæis. 3. p. c. 1. num. 48.

a Ideſt, ob Adę peccatũ ſeparati ſunt à Deo, diuina uiſione carentes: ſicut contaminati olim à tẽplo ſeparabantur. Ita Scrutinium Script. ſupra.

b Quam auctoritatẽ explicat. S. Hieron. ibid. Lyra, Burgenſis, Abulenſis, & alij expoſitores, & liber qui dicit: Explicationes Catholicæ ueteris, & noui teſtam. S. Auguſt. & alij, quos refert, & ſequitur F. Ioan. Antonius, in tract. de peccato originali, & S. Anton. 1. par. tit. 8. c. 1. ante. §.

c Quia, ut ait Apoſtolus ad Roman. c. 5. omnes peccauerũt, & egent gloria Dei.

d Pſal. 50. Alia traductio dicit: Ecce in iniquitate cõceptus ſum, & in peccato concepit me mater mea. De cuius verſus, & peccati originalis declaratione. vide S. Auguſt. Caſſiodorum, Raynerium, Titelm. & alios, in dicto verſu, & latè Iacobũ de Valentia. Sotum, in 4. d. 6. q. 1. art. 1. & omnes Theol. & Albericũ optimè in Dictionario. uer. peccatum originale.

ge, multæ auctoritates patent.
Primo enim illa auctoritas Pa-
triarchæ Iacob. [a] Non aufere-
tur ſceptrum de Iuda, &c. Quæ
quidẽ auctoritas in illo uerbo:
Donec ueniat qui mittẽdus eſt;
eſt gloſſata per Thargũ Anque-
loc, proſelitis, [b] & ſic intellecta
eſt multum authenticè per om-
nes iudæos intelligentes, ſcili-
cet, donec ueniat Meſsias. Quia
dicunt iudęi in Perechhelec, in
libro Canhedrin, quòd nomen
Meſsiæ eſt Silo, quod eſt in He-
bręo ibi, ubi eſt ly, qui mittẽdus
eſt. Et ſi ita eſt, Prophetia Patriar
chæ Iacob, quòd tribus Iuda nõ
perderet ſceptrum, donec ueni-
52 ret Meſsias. Et reperitur ꝙ pri-
mus Rex alienigena ĩ Iudæa fuit
Herodes, quo tẽpore venit Chri
ſtus Ieſus filius Mariæ Virginis.
Et nullus alius ante uenit, nec
poſt, per multa tẽpora uſque ad
Annum Milleſimũ, Quadringen
teſimum, Quinquageſimum, [c]
53 quem modo computamus, erit

a Geneſ.c.49. & refertur Ioan.c.1. ibi: Quem ſcripſit Moyſes, &c. De cuius auctoritatis intellectu, ultra Lyram, Burgenſem, & alios ibidem, uide Abulenſem pagina 309.

b Thargum, ideſt, tranſlatio, & Paraphraſis, præſertim de lingua Hebraica in Caldaicam, magnæ apud Hebræos eſt auctoritatis. Vide quæ tradit Sixt. Senenſ. in Bibliot. ſancta. lib. 4. in Cathalogo expoſitorum Hebręorum. pag. 315. &c. Quæ traſlatio tres habet excellẽtias, prima ꝙ nullus eſt ei auſus contradicere, ſecunda ꝙ in Scholis, ubi legitur Penthateucus, legitur hęc tranſlatio. 3. quòd etiã legitur in Sinagogis. ita ait Scrutin. Scriptur. diſt. 3. c. 2. §. q. a. Et Lyra in eod. Quem repræhẽdit Abulenſ. ſupra dicẽs duplicem eſſe Thargum, i. expoſitionẽ, uel phraſim Caldaicam; una, quam fecit Anqueloc, & iſta ſæpè repræhenditur. Altera, quã fecit Rabbi Ionathas, & iſta tantæ eſt auctoritatis, quòd nullus ſit auſus eam repræhendere, vel ei contradicere. De qua Ionathæ tranſlatione, Iacobus de Valentia in Prologo Pſalmorũ. tract. 6. ſic ait: Quæ tranſlatio apud Hebræos eſt tantæ auctoritatis, quòd nullus fuit auſus contradicere ei, tum propter uiri peritiam, & auctoritatem, tum propter eius ſanctitatem. Nam dicunt Iudæi, quòd quãdo ille ſcribebat iſtam interpretationem, ſi aliqua muſca deſcendebat in cartam, tunc ignis deſcendebat de Cęlo & comburebat illam muſcam, ne ſibi inferret impedimentum, abſque læſione chartæ, & manus illius. Sed quia moderni Iudæi uiderunt hanc translationem ita conformem, & fauorabilẽ fidei Catholicæ, nam ubicunque in ſcriptura ponitur, uel nominatur Chriſtus, ipſe trãſtullit: Meſſias, ut ibi: Quare fremuerunt gẽtes, aduerſus Deum, & aduerſus Meſſiam eius. Et quia ex tali trãslatione multi Iudæi conuertebantur ad Fidem; & etiam frequenter per eam Chriſtiani conuincebãt Iudæos, in diſputationibus, ideo Rabbini Iudæorũ occultarunt illam translationem, & maximè illã, quæ facta eſt ſuper Pſalterium: nec permittunt ut Iudæi ſimplices uideant eam. Hæc ille.

c Hinc patet quo anno Auctor ſcripſerit librum. Currebat enim annus 1550. Quo tempore nondum ars imprimendi erat inuenta, fuit enim inuenta his Regionibus, anno Domini 1453. ut patet in hiſtorijs, & Polidoro Virgilio. Sed nota, quòd autor conſumpſit decimũquartum annum in componendo hoc libro, quia illum incepit. anno. 1450. ut hic, & infra. numero 58. patet. Et poſtea in fine, numero 970. ponit annum currentem. 1461. Et denique finiuit illum anno. 1464. ut patet in fine, numero 983.

a De



certum demonſtratiuè quòd Ieſus Chriſtus fuit,
& eſt Meſsias promiſſus Iacob Patriarchæ, & iſta
latius per omnes ſcribentes dicuntur, ſed non re
ſpondent cauillationibus Iudæi. Quare hic inſi- 54
ſtendum eſt, quia iudæi uolentes fugere, dicunt,
quòd in Thargum non eſt uerbum, donec, nec li-
tera Hebræa neceſſario dicit: donec, ſed eſt ſic:
Non auferetur ſceptrum, vel Regnũ de domo Iu-
da, nec Doctor à filijs eius in æternũ, quia veniet 55
Meſsias, cuius eſt Regnũ, & illi cõgregabuntur gẽ
tes. Eſt aduertendũ, quia iſta litera Thargũ eſt de
neceſsitate vera, & cõfundit eorum perfidiam, &
cæcitatem. Primo, probo, ꝙ ſit uera, quia in textu
nõ eſt litera Hebraica, niſi vna dictio; Had, quam
S. Hieronymus interpretatus eſt; Donec, & Thar-
gum interpretatus eſt iſtã eandem dictionẽ: Had,
in æternũ, ſicut in illa Prophetia Iſaiæ. c. 1. Filius
datus eſt nobis. Vbi eſt, Pater futuri ſæculi, eſt in 56
Hebræo; Pater Had, & ſic, ſicut futurum ſæculum
eſt æternum; ita, quando in litera Hebraica volu-
mus aliquid dicere æternum, vel in æternũ, dici-
mus: Lahad. Modò cùm in dicta auctoritate non
ſit niſi vna dictio; Had, & illã, Thargum interpre-
tatus eſt, in æternũ, reſtat ꝙ non poteſt ibi eſſe ver
bum; Donec, & ꝙ illa eſt falſa litera. Hoc idem vo
lunt punctuationes iudæorũ, quæ ſunt apud eos 57
magnæ auctoritatis. Quas punctuatiònes dicunt
feciſſe Eſdrã legis ſcriptorem in domo Hieruſalẽ
ſecunda. [a] Aut alij Rabbi in Sinagogis. Et per di-
ctas punctuationes, verbum: Had, diuiditur, & ſe-
paratur à dictione ſequẽti immediatè, videlicet,
veniat, & ſic, ly: Had, non poteſt eſſe, Donec; quia ſi eſſet, Donec,
continuaretur, & iungeretur illi dictioni; ueniat, quæ in cõtinen
ti ſequitur, cùm eſſet aduerbiũ determinans ipſam dictionem, ue- 58
niat; Sed quia eſt nomẽ, ſtat per ſe, & habet punctuationẽ, quæ du-
cit dictũ: Had, retro, & nõ coniungit, nec ducit ad ſequentia. Quæ
pũctuatio vocatur: Sofar mehupacti; cuius interpretatio eſt, cornu
reuerſum. [b] Quæ pũctuatio eſt facta ad modũ vnius paruuli cornu
reuerſi ad partẽ præcedentiũ dictionũ, nõ ſequentiũ, vt denotet ꝙ
ly: Had, nõ debet continuari cũ ſequẽtibus, ſed cũ pręcedentibus.
Modò videamus qũo confundemus eorũ perfidiam. [c] Dico ſic,

a De quib. Iudæorum Punctuationibus, miror, nihil notaſſe Sixtum Senenſem, in Bibliotheca Sancta, in uita & actis Eſdrę, ut patet, lib. 2. litera F. pag. mihi 59.

b Quam punctuationem Latini, comã, uocant, quæ talis eſt, uidelicet: , : & ſic debet hic pũctuari had, vt bene notat iſte noſter Auctor.

c Perfidi. n. ſunt, ideſt, fidei uiolatores. Perfidos appellat eos Dominus & infideles Deutero. 32. Generatio peruerſa, & infideles filij. Sic etiam eos nominat Sãcta Romana Eccleſia in oratione, quã pro eis facit Feria 6. Paraſceues. Sic etiam nominantur à Doctoribus. Quia perfidia idẽ eſt quod infidelitas, tex. in l. nemo. C. de Sacroſan. Eccle. Albericus. Calepinus & alij, uer. perfidia.

a De

a De hoc dubio, & de omnibus Regibus, qui fuerunt in populo Iſraelitico, uide optimè (ultra Lyrã, Paulũ Burgenſẽ, & alios) Abulenſem ſuper c.49. Geneſ. fol. mihi 309. in antiquis. Nota multa de Iuda filio Iacob. in libro de Genealogia Ieſu Chriſti, decade. 1. c. 22. fuit autem Iudas, anno Mundi. 3357.

a Et Rabbi Moyſes Gerundinẽſis. Rabbi Cahadias ĩ ſua trãſlatione Arabica, quæ cõmuniter legit̃ in partibus Africæ. Rabbi Camhi, in libro ſuo, qui dicitur: Saraſim, & alij multi, quos refert, & ſequitur Paulus Burgenſis, in Scrutinio Scripturarum, diſt. 3. c. 2. §. ſuper illud. Qui omnes antiqui, ultra moderniores, & Latinos ſcriptores declarant hanc profetiam.

a Nec

& arguo contra iudæum; Quomodo eſt vera Prophetia Iacob, ſecundum Thargum, & ueram literæ punctuationem, de qua modo dixi, ꝙ in æternum non auferetur Regnum de domo Iuda, quia veniet Meſsias; cùm iam ſint Mille Quadringẽti & Quinquaginta anni, quibus tribus Iuda nõ habet Regem; niſi dicamus, ꝙ quando incepit tolli, natus fuit Meſsias Ieſus Chriſtus, Rex Regũ de domo, & Tribu Iuda? Reſpondet Iudæus: Nõ vult dicere textus, ꝙ non auferetur, quòd continuo in Tribu Iuda erit Rex, quod apparet, quia multis annis in Iſrael de Tribu Iuda non fuit Rex, vt patet tempore Iudicum, & alijs temporibus, & etiã in captiuitate Babilonica, & etiam tempore Eſdræ. Et ſic, non eſt credendum quòd Prophetia
59 Patriarchę cõtineat falſitatẽ. Sed dicit iudæus: Intentio textus eſt, ꝙ Iudas erat ita in grandis, & magnus inter ſuos fratres, ꝙ Reges nunq̃ in æternũ a mouerentur de domo & Tribu ſua. Quaſi uelit; Quotiens erit Rex in Iſrael; erit, & eligetur de domo Iuda. Et iſta erit excellentia domus Iuda.[a] Sed modò inſurgendũ eſt cõtra iſtã fatuã declarationem iudæi, quia ſi hoc vult textus, ꝙ Tribus Iuda erit ita veneranda, & honorabilis, ꝙ ſemper Reges erunt de domo ſua, quæ ratio erat huius dicti, quę immediatè ſequitur, q̃a ueniet Meſsias? Nec q̃uo poteſt proportionari *iſta ratio* uana, ſi nondũ venit Meſsias, ꝙ ideo ſemper erunt Reges in Iſrael de Tribu Iuda, qñ erunt Reges, quia ueniet Meſsias? Ita eſt ac ſi dicat quis: Semper orietur Sol in iſta domo, quia hinc ad duo Millia, vel tria Millia
60 annorum orietur Sol ibi. Et, ſi Patriarcha *voluit* dicere de tẽpore medio vſq; ad aduentum Meſsiæ, & uidemus multa tempora quibus *ipſi Iſrael* nõ habuerunt, neq; habent Regem, quæ ratio eſt ad tempus medium, quia ueniet Meſsias? Certè nulla, aut fatua. Si eſt dicere, quia non auferetur Regnum de Tribu Iuda, quando eis volet dare Regem, poſt aduentum Meſsiæ, quia veniet Meſsias, cuius eſt Regnum, & illi gentes cõgregabuntur; aut iſta benedictio eſt, quòd poſt aduentum Meſsię, non perdent Regnum illi de Iuda, ſcilicet ſucceſsiuè, licèt perdiderint ante aduentum. Sed hoc non patitur ipſum Thargum, quia ſi hoc voluiſſet Thargum, non debebat dicere, quia veniet Meſsias, ſed; quando veniet Meſsias. Item, quę ratio eſt, quòd non auferetur poſt aduentum Meſsiæ, & ſic de ſucceſſoribus, quia ipſe Meſsias veniet, & erit Regnũ ſuũ magnũ, &c. etiamſi Meſsias ſit Monarcha per CC. Annos, quomodo infertur



quòd non auferetur propter hoc, de Tribu Iuda Regnum, non magis quàm de Salomone? Hoc infertur, quoniam licèt fuerit grandis Rex, & Monarcha, ſecundum iudæos; tamen poſt eum, multis annis fuit ſublatum Regnum de Tribu Iuda.
Sic, quòd aduentus ſolus Meſsiæ, & Regnum eius 61
habet eſſe tale, & tam æternum, quòd poſsit dici, quòd propter eius aduentum non auferatur ſceptrum, nec Regnum de Iuda, quod nõ poteſt aduerari, niſi in Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui fuit de Iuda. Et quia Deus & homo, qui amplius iam non moritur, erit verum dicere, quòd in æternum non auferetur ſceptrum de Tribu Iuda, vt vult Thargum.[a]

Item, ſi intellectus iudæi inſpicitur; iſta non po 62
teſt eſſe benedictio Tribus Iudæ; quia ſi gentes alienæ illi Meſsiæ congregabuntur; Tribus Iuda confundetur in gentibus, & Reges, qui poſt Meſſiam conſurgent non erunt de Tribu Iuda, ſed de alijs gentibus, quia aliæ gentes quæ congregabuntur cum Meſsia, efficientur de ſequella eius, vt vult Patriarcha, & ſic Tribus Iuda confundetur ex commixtione inter alias gentes. Nec eſt veriſimile, ꝙ Patriarcha voluerit, ꝙ gentes congregentur Meſsiæ, & ꝙ non ſint ſuæ gentes.

Item, quia iſta benedictio, quòd non auferatur Regnum de iu- 63
da in æternum, quia veniet Meſsias, tota ſtat in aduentu Meſsiæ, non in ſucceſsione, aut ſucceſſoribus ſuis. Dicit iudæus: Non ſic, ſed intentio textus eſt, quòd licèt ante aduentũ Meſsiæ, fuerit fractum Regnum iuda, quia aliq̃n habuerit Reges, aliquando non; tamen, cum venerit Meſsias, nunquàm ex tunc perdet Regnum, ſed ſemper inceſſanter durabit ſibi Regnum abſq; intermiſsione.

Hoc non poteſt ſtare, quia litera Thargum non dicit: cum venerit Meſsias, vt ſic deſignet tempus, & ly: qui, quod eſt in Hebraica litera, declaretur temporaliter, ſcilicet quando venit, quia Thargũ non declarat temporaliter, ſed cauſatiuè, ſcilicet quia veniet Meſſias. Sic quòd cauſa æternalis durationis ſceptri in Tribu iuda, eſt quia veniet Meſsias, quaſi dicat: Veniente Meſsia, nunquàm amplius de Iuda auferetur ſceptrum, ſed ſemper durabit ſceptrum in æternum in dicta Tribu, quia veniet Meſsias, ſic quòd cauſa durationis ſceptri eſt aduentus Meſsiæ.

Deinde, dic mihi iudæe, qualis fuit hic Patriarcha, qui te dedu- 64
xit ad iſtam ſpem friuolam, vt ante perdiderit Iudas Tribũ ſuam,

quia hodie iudæi, nedum nõ co
gnoſcunt Tribum iudæ, ſed nec
aliquam Tribum? Vnde, ſi bene
dictio iudæ erat, quòd quando
veniret Meſsias, non perderet Regnum, prẹſuppo
nitur, ꝙ iſta Tribus per ſe nota, licet abſq; Rege,
nõ erit ꝑdita, adeò vt ſciamus, vt qñ venerit Meſ-
65 ſias habeat benedictionem; qũo poteſt tollerari,
vt Pater benediceret Tribui, quæ totaliter erat de
ſitura, anteq̃ veniret Meſsias? Nam certum eſt, ꝙ
poſtq̃ Tribus iudæ non extat, nec apparet in iu-
dæis, iam non eſt ſpes Meſsiæ, quia Deus de iuda
debebat oriri facere Meſsiam, anteq̃ Tribus iuda
deſineret, aut perderetur, vt inquit textus perex-
præſſus. 4. Reg. 8. c. vbi dicit: Noluit autem Domi
nus diſperdere iudã, propter Dauid ſeruũ ſuũ, ſi-
cut promiſſerat ei, vt daret illi lucernam, & filijs
eius, cũctis diebus. Vnde cũ à tempore aduentus
Dñi noſtri Ieſu Chriſti, deſierit eſſe in mũdo Tri-
bus iuda, & ſic ſit perdita, vt non cognoſcatur in-
ter iudæos dicta Tribus; non eſt amplius ſpes de
Meſsia. Nã dicta auctoritas. 4. Reg. nõ loquitur de
Dauid, q iã erat mortuus; ſed manifeſtè loquitur
de Meſsia. Et nota illam Prophetiam tu iudæe. Et
licèt dicas ꝙ nõ eſt ibi verbũ: Lucerna, ſecũdum
literã Hebraicã; attamẽ eſt ibi uerbum. ſ. nouale,
qđ eſt agricultura ſolida, & fertilis: cuius intẽtio
66 nõ variat ad propoſitũ meũ.[a] Itẽ, qa vt ſupradictũ
eſt, iſta bñdictio in Meſsia eſt, nõ in ſucceſſoribus
eius; aliàs Patriarcha dixiſſet; Quia ueniet Meſ-
ſias, & ſemꝑ, & ſine intermiſsione ſuccedẽt filij,
& eius deſcẽdẽtes, aut alij de Tribu iuda. Sed hoc
nõ dixit, imò demõſtrauit, ꝙ perpetuitas Regni
erit in Meſsia, & ꝙ gẽtes illi cõgregabũtur, quaſi
dicat; Nõ ſolũ Trib. iudæ, ſeu Iſrael, ſed aliæ gẽtes
illi adhẹrebũt, & cõgregabũtur. Et hoc uoluit An
queloc, ꝙ Rex Meſsias erit Rex ꝑpetuus in æter-
nũ, & illius erit Regnũ ꝑpetuũ, in eũ gentes ſpera
bũt, ut dixit Iſaias Propheta. 11. c. Vñ Patriarcha
nõ fuit terreſtris, & tẽporalis, ut tu putas: ſed di-
cit: Nõ auferet Regnũ de domo iuda in ẹternũ, ſi-

a Nec obſtat quòd dicunt iudæi ſic: Sceptrum nondum ablatum eſt de Iuda; adhuc enim remanet poteſtas, ſeu dominium iudicandi cauſas, & determinãdi apud Capita trãſmigrationum, quæ ſunt in Babilonia, quæ locũ Regis tenent ſuper totum Populum Iſraeliticum, ut habetur a Rabbi Moyſe Aegyptio in libro de Iudicibus, in determinationibus ſuis de Canhedrin. c. 4. vbi ſic dicit: Capita tranſmigrationis, quæ ſunt in Babilonia, locum Regis tenent, & poſſe dominari in Iſrael ubique terrarum, & iudicare ſuper eos, ſiue uelint, ſiue nolint; ſicut ſcriptum eſt: Non auferetur ſceptrum de Iuda. Per hoc, enim ſceptrũ intelliguntur Capita tranſmigrationum, quæ ſunt in Babilonia. Hæc ille; Non (inquam) obſtat. Nã eſt manifeſtè falſum, & contra propheticã ueritatem; nam Babilonia iam eſt deſtructa, & deuaſtata, & ex alijs cauſis talis aſſertio eſt falſa, quas ponit Paulus Burgenſ. in Scrutin. Scriptur. diſt. 3. c. 2. §. Hæc reſponſio. ubi reſpondet ad omnia hæc uana, mendoſa, & falſa Iudæorum deliramenta.

a La-



cut erit in Regibus tꝑalibus qa
mõ habet Regẽ, mõ interrũpitur
eius Regnũ, & ceſſat, qa veniet
Meſsias, qui eſt Rex perpetuus,
cuius eſt Regnũ, & cuius Regni 67
nõ erit finis. Et ſic Thargum ſci
uit, ꝙ Rex Meſsias debebat eſſe
Deus ẹternus. Et hoc eſt mani-
feſtum ſecretum, quod per pũ-
ctũ rationis te oportet colligere
ex verbis Thargũ etiã ſecundũ
tuã literã, per quã fugere inten-
dis. Ad hoc concordat. Pſ. 109.
Tu es Sacerdos inæternum.[a]
¶ Quod Meſsias fuerit promiſ- 68
ſus in Lege Moyſi, ſatis patet nõ
habentibus obcẹcatum intelle
ctum, in verbis dictis Abrahæ.
Gene. 22. ad finem. vbi dicit: Et benedicẽtur in ſe
mine tuo omnes gentes terræ: quia obediſti vo-
ci meæ.[b] Vide mirabilem promiſsionem, quam
Iudẹi fugientes, (ex quorũ fuga inuenies furti, &
delicti ueritatem) vanè declarant: Nam vidẽtes, 69
quòd non ẽſt in mundo magis maledictũ ſemẽ,[c]
ſi illud verbum, In ſemine tuo, debeat intelligi
de Populo Iudæorum, Orienti ex Abraham, &
quòd nec ipſi ſunt benedicti, imo ſũt maledicti;
ne aliqui propter eos, quouis modo ſunt benedi
cti, dicunt; reſtringendam iſtam prophetiam, &
promiſsionem benedictionis ad ipſum Iſaac,
qui fuit filius dilectus Abrahæ; & de quo dictum
eſt Geneſ. 21. Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemẽ:
dicunt ipſi Iudæi: ꝙ omnes Gentes benedicẽt fi
lios ſuos in Iſaac; quia omnis hõ, vulgari prouer
bio dicet: Vtinã ſit filius meus ſicut Iſaac; qđ q̃
friuola ſit iſta declaratio patet lipis & tõſoribus.
Quis vnquam voce, vel ſcriptis nationum foren 70
ſium, nec etiam Hebræorum dixerit, aut dicere
curauerit, quòd filius ſuus eſſet talis, ut Iſaac Pa-
triarcha, qui (Salua pace Patriarchæ) inter alios
Patriarchas, aut Prophetas nõ fuit tanti,[d] vt be-

a Latini Catholici numerãt Pſal. 110. Et Daniel. ca. 7. Poteſtas eius poteſtas æterna, quẹ non auferetur; & Regnũ eius quod non corrumpetur. Et Mich. cap. 4. Et regnabit Dominus ſuper eos in monte Sió, ex hoc nunc, & uſque in æternum. Et ſic dixit Angelus Gabriel Beatiſſimæ Virgini Mariæ. Lucæ. cap. 1. Et regnabit in domo Iacob in æternum; & Regni eius non erit finis. Quod poſtea confirmauit Nicena Synodus prima. 318. Epiſcoporum, in Symbolo illo ſolẽni. Credo in unum Deũ: quod in vniuerſali Santa Catholica Eccleſia omnibus Dominicis, & ſolemnibus determinatis Feſtiuitatibus cantatur, vbi dicitur hic articulus: Cuius Regni non erit finis.

b Et habetur etiã Geneſ. capitul. 12. In te benedicentur omnes cognationes terrẹ. Et in ca. 18. Benedicendæ ſunt in illo omnes nationes terræ. Et in Eccleſiaſtico ca. 44. & uide in Actib. Apoſtolorum. cap. 3. D.

c De cuius malignitate, & nequitia (ultra ea quæ ſupra num. 10. diximus, & multa quẹ tradunt Sancti in diuerſis locis) uide S. Baſilium in Examerou. Homi. 9. pag. mihi 99.

d Quàmuis de eius ſanctitate multa dicant Doctores, omnia tamen pauca mihi uidentur. De eius enim obediẽtia, animique ad mortem ſubmiſſione, poterãt multi libri ſcribi. S. Gregorius, enim li. 27. moral. c. 17. ſic ait; Quid iſto uiro dici patiẽtius poteſt, qui

ligna

nedictio ad inſtar formanda erat, vt formaretur, aut ab eo dependeret? Et, ſi benedictio ad inſtar formanda erat: citius fuiſſet formata in Abraham, aut Iacob: qui fuerunt fortunatiores quàm Iſaac. Videntes ergo iudæi, quod nec Populus iudaicus nec. filius Abrahæ in ſeminis benedictione aptatur; rectè fugiunt veritatem; ex quorum fuga apparet neceſſaria declaratio Apoſtoli Pauli de iſta auctoritate differentis egregiè in Epiſtola. ad Galat. capitu. 3. Vbi neceſſario per punctum rationes probat. Si omnes Gentes terræ benedicendæ ſunt in ſemine Abrahæ, & non in multis ſeminibus, ut ibi dicit Apoſtolus, & de filio proprio Abrahæ, aut Populo Iſraelitico non aptatur, ut dici poſsit illa benedictio, (quæ utique non poteſt falli, cùm ſit uerbum Dei) igitur de Meſsia, qui erat tunc futurus ſemen Abrahæ, & in quo omnes gentes terræ erant benedicendæ, intelligenda eſt dicta auctoritas? Sic igitur patet, quòd ad benedictionem totius mundi, Meſsias Abrahę fuit promiſſus propter obedientiam, quam ad Deum habuit Abraham.[a] Item, quòd Meſsias fuerit promiſſus in lege Moyſi, patet illa auctoritas Deuteronomij. 18. cap. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Deus tuus; ipſum audies; ut petiſti à Domino Deo tuo in Oreb, quando concio congregata eſt, atque dixiſti: ultra non au-

ligna portat; de holocauſto interrogat, atque poſt paululum ligatur, & non loquitur, Arę ſuperponitur, & non reluctatur.
71 Hæc ille. O Domi
ne Deus, quanta in quolibet uerbo latent diuina myſteria. Et S. Hierony. ad Pammachium. de dormitione Paulinæ uxoris ſuæ, ait: Iſaac quondam paratus ad mortem ante Euangeliū, Euangelicam portauit Crucem, &c. Et uide alia quæ adducit. F. Ioan. Ludouic. Viualdus. in lib. Opus Regale. tract. de pugna partis ſenſitiuæ, &c. fol. 31. Et uniuerſam hiſtoriam Iſaac ex ſacris literis extractam poteris uidere apud Paulū Gryſal. in lib. Deciſion. Catholicæ. uerbo: Iſaac. & Aluarum Pelagium. de Planctu Eccleſiæ. lib. 2. c. 9.

a Quod, etiam ſacratiſſima Virgo Maria. Lucæ 1. cecinit dicens: Sicut locutus eſt ad patres noſtros; A-
72 braham, & ſemini eius. Et Zacharias, ut habetur eod. capit. 1. Lucæ, prophetauit dicens: Iuſiurādum quod iurauit ad Abraham Patrem

noſtrum; daturum ſe nobis. Cuius Patriarchæ Abrahæ obedientia talem meruit promiſſionem. De quo multa Doctores. S. Cyprianus. lib. 4. Epiſt. Epiſt. 6. ſic ait: Imitemur Abrahā Dei amicum, qui non eſt conctatus, ut filium uictimā ſuis manibus offerret. Et S. Hieron. in Epiſto. ad Paulam, de morte Bleſilæ ſic ait. Abraham unicum filium lætus interficit, & tu unam de pluribus quæris coronatā. Et de Abraham uide multa quæ tradit F. Ioan. Ludo. Viualdus. ſupra. Et (ut alios omittamus) S. Ioann. Chryſoſt. homil. 42. in Geneſ. ſic ait: Quæ igitur nobis poſt hac relicta eſt excuſatio, cùm unus homo cunctas in ſe poſſideat virtutes, &c. Quæ tradit Bibliotheca Sancta. li. 5. Annotatione. 101. & uide multa alia de Abrahā. in Paulo Gryſal. ſup. uer. Abrahā.

De



diam uocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non uidebo, ne moriar: & ait Dominus mihi: bene omnia ſunt locuti; Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſimilem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quę præcepero illi. Qui autem uerba eius, quæ loquitur in nomine meo, audire noluerit; Ego ultor exiſtā.[a] Modo iudęi cōuolantes ad cortices uerborū, dicunt quod iſta prophetia non loquitur de Meſſia; ſed eſt doctrina regularis ad omnes Prophetas, qui uenerunt poſt Moyſen, ut Propheta Dei habeat eſſe de fratribus ſuis, uidelicet de gente iudæorū, & quod habeat loqui in nomine Domini uera, & uentura, ut uult finis illius capituli. Alii uerò Prophetę qui ſunt, ut erūt de alijs nationibus; & qui non prophetāt ſecundū ueritatē uētura, illi nō ſunt ueri Prophetę. Sed certè, clarè per auctoritates iudæorum, & per ipſum textum demonſtrabitur, quòd hęc prophetia loquitur de ſingulari, & certo Propheta, & loquitur de Meſsia, qui debebat eſſe Prophe-
ta. Et probabo, quòd licèt debebat eſſe Prophe- 74
ta, ut homo; tamen idem Meſsias debebat eſſe
pluſquam Propheta, quia Deus. Et primo, notan-
da sūt uerba prophetię ibi: Vt petiſti à Dño Deo
tuo ī Oreb. Et ibi: ſimilē tui.[b] Et, ſupra ubi dicit: 75
ſicut me. Itē, notandū eſt, ꝙ Propheta nūquā ſurrexit ultra in Iſrael ſicut Moyſes, quē noſſet Dñs facie ad faciē in omnibus ſignis, atq; portentis. &c. Vt habet Deuteronomij. c. fi.[c] Et, ut decla-

a De hac auctoritate ſit mentio Io. c. 1. & Actorum. c. 3. De qua (Vltra Lyran. et alios antiquos ibidem) dicit Abulenſis in eodem loco, nullam eſſe auctoritatē in toto Pētateuco, q ſic literaliter ītelligatur de Chriſto, ſicut hęc. Hector Pintus in Danielem. cap. 1. ait: quod illud; de gēte tua; poteſt verti ex Hebræo: De medio tui. Vt ſit ſenſus: Meſſias tūc verſabitur tecum, humanitate aſſumpta. nam cum ſit Deus naturam induet humanam, & erit de cognatione tua, ex genere Abrahæ. Ad quod alludit illud Ioannis c. 1. Medius veſtrum eſt, &c. Ac ſi diceret: Vobiſcū familiariter viuit, & communicat factus homo Meſſias veſter. Vide etiam Sixtum Senen. in Bibliot. Sancta. li. 7. cap. De Euangelio Ioannis. pag. 597. art. 1. et 599. B. 1.

b De hoc verbo: Similem tui. Vide quę dicebat Fauſtus Hæreticus. apud. D. Auguſt. li. 16. contra Fauſtū. c. 2. & refert, Sixtus Senen. d. lib. 7. pagina 597. litera. C. 1.

c De auctoritate,

manſuetudine, alijſque virtutibus, ac ſanctitate Moyſis: Vide. S. Dyoniſ. quem refert, & ſequitur. S. Tho. 2. 2. q. 157. art. 4. ad 1. Et S. Clementem, qui in conſtit. Apoſt. li. 6. cap. 3. ſic ait: Et inuecti ſunt in Moſen ſeruum Dei, omnium mitiſſimū, & fideliſſimum, deſpexeruntque ingratiſſimi tantum virum; legiſlatorem, cuſto-
dem, Pontificem, 73
& Regē, interpretem diuinarum rerū, cum cōditoris opera oſtenderit, clementiſſimum, humilliſſimum, patientiſſimum, humaniſſimum, qui &c. Hæc ille. Qui Sanctus Moyſes tātæ fuit ſanctitatis, & apud Deum auctoritatis, vt facies, eius fuerit fulgentiſſima, dum uiueret, & radijs fulgoris plena, & non

cor-

retur per punctum rationis &
textum, iſta prophetia; quęren-
dum eſt, Vbi petijt populus
Iſrael à Domino Deo in Oreb,
quando concio *fuit* congrega-
ta, quod Deus daret eis Prophe-
tam ſimilem Moyſi, ad finem,
ne morerentur audiendo Deũ
facie ad faciem: & non inuenies
de iſta concione, niſi Exo. 20. & Deu. 5. Vbi repe
76 titur datio legis. Nullibi tamen inuenies in *illis*
concionibus, nec alibi; quod populus petierit
Prophetam ſimilem Moyſi, à quo audirent ver-
ba Dei; ſed bene petierunt eundem Moyſen, ut
loqueretur eis: nec uoluerunt audire uocẽ Dei
terribilem. Ideo Iudæi in Talmud, in libro de
Idolatria, qui dicitur apud eos in Hebręo ſermo
ne: Habodazara teriti iſta quęſtio: ſcientes quod
Moyſes non poteſt mentiri, dicunt; ꝙ licèt Exo.
20. c. in datione legis, quãdo populus dixit Moy
ſi: loquere tu nobiſcum, & audiemus, non loqua
tur Dominus nobis, ne forte moriamur. Et ait
77 Moyſes ad populum, nolite timere, ut enim pro-
baret uos, uenit Deus, & ut terror illius eſſet in
uobis, & non peccaretis: non eſſent ibi illa uer-
ba quę dicuntur dicta in Deuteronom. c. 5. Vbi
ſic dicit: Benè omnia loquuti ſunt, quis det talẽ
eos habere mentem, ut timeant me, & cuſtodiãt
uniuerſa mandata mea, in omni tempore, ut be-
nè ſit eis, & filijs eorum, in omni tempore? &c.
Et, in cap. 18. ubi ſic dicit: Tu autem à Domino
tuo aliter inſtitutus es; Prophetam de gente tua,
& de fratribus tuis, ſicut me ſuſcitabit tibi Do-
minus Deus tuus, ipſum audies, [a] ut petiſti à
Domino Deo tuo in Oreb, quando concio con-
gregata eſt, atque dixiſti: Vltra non audiam uo-
cem Domini Dei mei, & ignem hunc maximũ,
amplius non uidebo, ne moriar, & ait Dominus
mihi, bene omnia ſunt loquuti; Prophetam ſu-
ſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſimilem
tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq;

cornuta. Vt notat. S. Tho. in 2. Epiſt. ad Corin. c. 3. lect. 2. in medio; & mortuus in monte Nebo, & ab Angelis ſepultus, eius ſepulchrum cunctis hominibus ſit ignotũ: ut habetur Deuteron. c. fi. & refert F. Ioan. Ludouic. Viualdus. in opus Regale. in tract. de officio pietatis in defunctos. Vers: de Moyſe quoque. Et qualiter Moyſes fuit lucerna, & ſtella maxima, & maximus Prophetarum, & Patriarcharum. Vide S. Antonin. 3. par. tit. 32. c. 7. Vltra medium. Fuit autẽ Lex data a Deo Moyſi in Mõte Sinai. Exod. 19. anno, à creatione mũdi. 3683. & ante aduentum Chriſti anno. 1516. Vt tradit Suplem. Chron. li. 4. quem refert, & ſequitur Arnald. Albertin. in rubr. de hæretic. li. 6. q. 11. nu. 12. Et multa alia de S. Moyſe vide in Bibliot. Sãcta in multis locis, ut patet in Indice. Verb. Moyſes & tex. in c. Moyſes. 8. q. 1. & c. Summopere. 11. q. 3. & vide multa per F. Ioan. Ludou. Viual. in d. li. in prin. §. Moyſes.

a Cum quo concordat diuina illa Patris æterni uox, Matth. 17. dicentis de Filio: Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et habetur ẽt Matth. 3. & 2. Petri. c. 1. D.

a Quaſi



ad eos omnia, quæ præcepero illi; Qui autem
verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audi-
re noluerit; Ego vltor exiſtam.

Ex his tamen auctoritatibus neceſſario con-
cluditur, quod Populus Iſrael in datione legis 78
noluit audire Deum, propter timorem, vt patet
in dicta auctoritate, Exo. 20.

Item concluditur clarè quòd tunc in illa con
cione dationis legis, quando populus noluit au
dire Deum, ſed Moyſen, vt mediatorem, quòd
Deus clam populo, dixit Moyſi: Benè omnia
ſunt loquuti; [a] Prophetam ſuſcitabo eis, &c. Vt
in prima & ſecunda auctoritate patet; licèt hæc
verba dicta per Deum Moyſi in dicta concione
dationis legis, non fuerint tunc dicta populo,
per Moyſen. Imò ea tacuit Moyſes per omne tẽ-
pus deſerti (quod durauit 40. annis. [b]) & ea
diuulgauit populo in fine 40. annorum deſerti;
vt patet in dicta auctoritate Deuteron. 18. Et di
cũt Talmudiſtæ, quod Moyſes dixit iudæis ſimi
lia verba, eos vituperando, vt, Ecce filij com-
pulſorum ad bonum; nec non uoſmet compulſi
ad bonum, quaſi non eſtis proni ad bonum,
niſi per uiolentiam, quando Deus dixit uobis:
Quis det talem eos habere mentem, &c. ut pa-
tet Deuteron. 5. Quare tunc ſupplices non di-
xiſtis Deo, da nobis tu illam mentem timoris,
ſcilicet petendo illum Prophetam, qui vobis da
ret mentem, & perſeuerantiam. Vides, quod
manifeſtè Talmudiſtæ putant, quod Deus pro- 79
miſsit Moyſi, [c] cum populus territus timuit
Deum, & auertit ſe à Deo, propter timorem ad
Moyſen, certum mittere Prophetam, qui da-
ret populo timoris perſeuerantiam in cuſtodia
mandatorum Dei, quaſi ipſe Moyſes non ſuffi-
ceret dando legem quòd ipſe populus timeret
Deum, & obſeruaret mandata Dei, donec ue-
niret Propheta ſimilis Moyſi, qui daret illum
timorem, & perſeuerantiam. Et eſt illa ratio, quia cum Moy- 80
ſes in lege ſua non promittit niſi temporalia, faciliter erat ui-
lipendenda illa lex, ſi quis vilipenderet temporalia, ut ſapiens

a Quaſi diceret Deus: Quid tibi videtur Moyſes, quàm male loquuti ſunt. Vt uerba à contrario ſenſu intelligãtur. Vt multæ aliæ ſacræ ſcripturæ autoritates, quæ ſic intelliguntur.

b Vt patet. Pſ. 94. & ad Hebræos. c. 4. & canitur quotidie in Eccleſia in Inuitatorio Matutini: Quadraginta annis proximus fui generationi huic. Quamuis editio noſtra vulgata dicat. Quadraginta annis offenſus fui generationi illi. Quem uerſum explicat ibid. Iacob. de Valentia, ſic: Quadraginta annis proximus, & propitius fui generationi illi; & ſemper fui offenſus ab eis. &c.

c Et ſic habemus ſalutem ex inimicis noſtris, & de manu illorum qui oderunt nos. Vt habetur in cantico Benedictus. Lucæ. 1. ideſt, ex ore nequam, perfido, & mendaci habemus ueritatem in noſtræ Fidei confirmationem.

a Quam-

Philoſophus.[a] Et multo magis ſi quis temporalia diligeret, vt homo mundanus, & ea ſępè deficere videret in bonis viris, & legis fidelibus, & ea redundare, & abundare apud malos homines, vt contingit ſemper, & contigit tempore durationis legis. Quare, per Moyſen timor legis vanus erat, ſi premium aut pœna tranſgreſsionis legis, erant de-
81 fectus, aut abundantia bonorum tẽporaliũ. Vndè apparet, quòd Deus, & Moyſes per Deũ, promiſit certum Prophetã, qui daret perſeuerantiam timoris in obſeruantia mandatorum Dei, qui erat ipſe Meſsias, qui talia erat promiſſurus, quæ neceſſario cauſarent perſeuerantiã, & timorẽ in cuſtodia mãdatorũ Dei, ſicut eſt promiſsio vitæ eternæ facientibus mandata Dei; & dãnationis æternæ, non facientibus. Sicq; vides; quòd textus dictæ auctoritatis; Prophetam ſuſcitabit. &c. eſt gloſſatus ab antiquis Talmudiſtis,[b] de certo Propheta ſuſcitãdo; quanquã moderniores iudęi videtes ꝙ iſte textus ꝓbat ꝙ debet uenire vnus Propheta ſimilis Moyſi, quem Populus Iſrael tenetur audire, calũniãdo illũ textũ, dicũt; ꝙ illud nõ dicitur ibi de certo Propheta mittendo, ſed ꝙ in genere admonet populus, ne audiat Augures, & Diuinos, ꝓut faciunt populi terrę illius, quã poſsidere debebãt, dicẽdo; Tu aliter iſtitutus es à Dño &c. Modò, hæc calũnioſa declaratio nõ põt ſtare, Primo, qa hoc valdè diſſonum, & extraneũ eſt dicere, ꝙ iõ non audiãt Augures, qa ſuſcitabit Deus ꝓphetã: qa ẽt ante ſuſcitationẽ, cũ eſſet ibi Moyſes, erat audiẽdus Moyſes, & non Augures, nec Diuini: vnde debebat dicere: Tu aliter inſtitutus es, qa Prophetã debes audire, ſ. me,
82 & poſt me alios vẽturos. Itẽ, ſi hoc eſt verũ qđ iſti dicũt, nõ tenebãt audire Populus Ioſue, q̃q̃ fuerit Propheta, qa nõ fuit ſuſcitatꝰ poſt Moyſen, ſed in vita ſua.[c] Itẽ, ſi hoc qđ dicunt iſti moderni eſt verum,

a Quamuis verũ ſit quòd multi Philoſophi diuitias cõtempſerint, melius tamen dicetur; ut uerus Chriſti imitator Paulus, qui omnia arbitratus eſt ſtercora, ut Chriſtum lucrifaceret. ut ipſe ait ad Philip. 3. c. Et benè quidem; quia qui confidit in diuitijs ſuis, corruet. Prouerb. cap. 11. Et melius eſt parum cum timore Domini, quàm teſauri magni & inſatiabiles. Prouer. 15. Et uide infinitas ferè aureas ſententias, quas ex ſacris literis atque Doctoribus, tradit liber Flores Doctorum. & multo plures tàm diuinas, quàm humanas, uide in Polyãtea. uer. Diuitiæ.

b Quibus in hoc, omnino credendũ eſt: Maiores enim conſulendi ſunt, iuxta illud: Interroga maiores, & dicent tibi. Deute. 32. Nam, ut Ariſt. 7. Politic. ait: Natura humano generi dedit hos Seniores, hos iuniores; quorum quidem primos principari: ſecundos ſubijci docet. Facit quia Seniores ſapientes interpretantur. vt in c. De quibus. 20. diſtin. & uide Albericum. in Diction. uer. Senex.

c Vt benè notat F. Ioan. Ludouic. Viualdus. in li. Opus Regale. tracta. de pugna parte ſenſitiuæ. fol. 32. dicens: Ioſue diſcipulus ac ſucceſſor Moyſi etcæt. vbi dicit Ioſue mortuum fuiſſe anno. 110. ætatis ſuæ. Sixtus verò Senẽſ. in



rũ excuſantur iudæi, ſi diuinos, & Augures audiãt:[a] niſi Propheta ſuſcitandus ſit ſimilis Moyſi: ita ꝙ ſi ſit eo minor, poterant iudæi ire ad Augures, & diuinos,
quod eſt nefas audire. Valdè 83
incõgruè igitur dicit ad euitandos Augures, & diuinos, ꝙ Deꝰ habet ſuſcitare Prophetam ſimilem Moyſi, vt iſti moderni iudęi gloſſant; cùm nec hoc fuerit unquàm verum, quia non ſurrexit Propheta ſimilis Moyſi, vt ſupra dictũ eſt. Nec ẽt opinione iudærũ vnus ſurrexit ſimilis Moyſi.

Deinde, ſi hoc verbum, Pro- 84
phetã ſuſcitabit; eſt ad euitandũ diuinos, & Augures; in plurali debebat dicere Prophetas ſuſcitabit tibi Deus &c. loco diuinorum, & augurum, quos vetat audire. Pręſertim, qa vno, & eodem tempore multi concurrunt Prophetæ, vt patet in diſcurſu temporum Bibliæ. Quare ergo ſe adſtrinxit ad ſingularem numerum &c. Quare manifeſtè patet, ꝙ opinio antiquorum iudæorum Talmudiſtarum,[b] eſt vera; ꝙ de certo Propheta loquitur ibi Moyſes, qui ap-
paret promiſſus tempore datione legis. Et, ſi dica 85
tur; qũo ĩfertur de iſto Propheta certo ad vetationẽ, & prohibitionẽ vſus diuinorũ, & augurũ Reſpõdeo ꝙ multũ benè; quia dicit: Noli ſequi diuinos, & augures, qa tu aliter ĩſtitutus es; videlicet, quia ex gratia tibi conceſſa à Deo, ꝙ ſuſcitabit tibi Prophetã ſimilẽ Moyſi: videlicet, qui dabit legẽ nouã, perpetuã, & perfectã. Hoc cõſequeris ꝑfectè, ꝙ omnis idolatria tꝑe Prophetę, vt inſtitutus es, erit à te relegata, & ꝑpetuo ſublata, multo melius, q̃ tꝑe legis Moyſi, vt patet; quia iudæi, licèt ĩ primo ꝓcepto Decalogi,[c] fuerint iuſsi vitare idolatriam;

in Bibliot. ſancta. lib. 1. de libris Sacrę ſcripturæ. uerbo: Ióſue, ait ex Ioſepho, Ioſue mortuum fuiſſe anno. 120. ętatis ſuę, & anno ab Orbe condito. 2510. & antè Chriſti aduentum, Anno 1452. ubi poteris videre.

a Augur ille dicitur, qui auium uocibus, uel animalium utitur ſuperſtitioſe ad diuinandum, uel futura, uel ſecreta prædicendum. S. Thom. 2. 2. q. 95. a 7. S. Anton. 2. p. tit. 12. c. 1. §. 8. Silueſ. uer. Superſtitio. q. 8. Caiet. in Summa. uer. Aruſpicium. Tabiena. uer. ſors. nu. 5. Armilla. uer. Augurium. Albericus. in Diction. uer. Augurium. Summa Confeſ. lib 1. tit. 11. q. 2. Nauar. Manual. c. 11. nu. 37. Sebaſt. Medices. in Summa. 1. p. pagin. 117. Bernardus Dian. in Praxi. cap. 100. ubi multa citat iura, & Doctores ĩ hac materia.

b De turba primorum Talmudiſtarũ fuerunt aliqui, qui vocãtur Chanaim, quorum auctoritas inter iudęos eſt maxima poſt Prophetas. Et de iſtis fuerũt tres, de hac materia loquẽtes; quorum unus dicitur Rabbi Yoce; alius fuit Rabbi Aaquiba, & alij, quos ponit Paul. Burgenſ. in Scrutinio ſcriptur. diſt. 3. ca. 4. §. De turba uero. & uide in diſt. 8. c. 4.

c Exod. c. 20. Non habebis Deos alienos coram me. De qua auctoritate (ꝑter Lyrã, Burgenſ. Abulens, & alios expoſitores ibi) uide S. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. & q. 122. q. 2. ad 3. & Sixtum Senen. in Bibliot. Sancta. lib. 2. §. Deus Optimus, Maximꝰ Caniſium in Doctrina Chriſtiana. Petrum de Soto. in Inſtitution. Chriſtian. Nauarrũ. in Manuali. c. 11. n. 5. Qui modernialios multos citant. Et uide optime in Conc. Coloniæ in expoſitione Decalogi.

latriã;& ꝓ conſequẽs Augures;
& etiam de Auguribus in pleriſ
que locis Legis Moyſi eſt cau-
tum; [a] tamen illud non ſerua-
uerunt, vt patet per varia tem-
86 pora Populi Iſrael. Et cùm di-
cit: Similem tui, intelligitur,
quia dabit legẽ ſicut Moyſes,&
redimet Populum de Aegypto,id eſt,de confuſio
ne,ſicut Moyſes.Et,cũ dicit: Qui verba eius,quæ
loquetur in nomine meo, audire noluerit,Ego vl
tor exiſtam:apparet loqui de Chriſto.Sin autem,
dic mihi de quo Propheta poteſt hæc vltio verifi
cari,propter hoc quòd Populus Iſrael non audie-
rit eum,imò ſemper è contra:quia occiderũt Pro
87 phetas,& nulla apparet vltio. Cõtrariũ inuenitur
de Chriſto,quia grauior vltio nunquã in Mundo
fuit facta de tali nece, quàm fuit facta de iudæis
in deſtructione Ieruſalem, & deſtructione Ciui-
tatis Beter [b] vt patet in Ioſepho, & in libris Tal-
mud, quæ fuit prænuntiata per Saluatorẽ Matth.
24.c.Et etiam tempore ſuæ paſsionis, cùm dixit:
Filiæ Ieruſalẽ,nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos
flete &c.Lucę 23.Sic, quòd uerba iſta: Ego ultor
exiſtam,multum benè uerificantur de iudęis ad-
uerſantibus, & nolentibus audire Chriſtum. [c]
88 Et ſi dicatur; Quomodo poteſt dici Chriſtus, ſi-
ue Meſsias Propheta,cùm ſit Deus?Reſpõ. Quòd
inquantum homo, Propheta fuit; & ſic fuit no-
minatus Propheta, Cùm dicitur in Euangelio;
Quia hic eſt Propheta, qui venturus eſt in Mun-
dum. Ioan.capit.6. & Matthę. 4. ad fin. Non eſt
Propheta ſine honore niſi in patria ſua. Et quia
intellectus iſtius auctoritatis: Prophetam ſuſci-
tabit, ab antiquo apud antiquos ſic fuit,à noto-
rio habitus, ut de certo, & determinato Prophe
ta loqueretur, & non in genere ad euitandum di
uinos, & augures, ( ut falsè autumant iudæi mo
derni ) ideo Chriſtus de ſe dictum affirmans,
dixit. Ioan.cap.5.in fin.ibi: Si crederetis Moy-
ſi, crederetis forſitan & mihi, de me enim ille
ſcri-

a Leuitic.cap.19. Non augurabimini,nec obſeruabitis ſomnia. Deuteron.c.18.

b Et aliarum Ciuitatum, & ipſius templi, qui iudæi ſub Caio Cęſare tot mala perpeſſi fuerint,Philo eius gentis libros quinque de calamitatibus eorum deſcribit. Qui ſub Tito Veſpaſiano ꝓ maiori parte trucidati fuerunt,& fame obſeſſi, & effecti captiui; & uſq; in hodiernum diem vagi, diſperſi, & ubique terrarum per Orbem errabundi diſcurrunt. Vide Marquar. de Suſſan. tract.de iudi.3.p.ca.1.nume. 42.& 43.

c Cui omnino ex parte Dei credendum erat, & obediendum legi ab eo datæ, ſicut & Moyſi obedierũt, & legi eius.Et ſic, talis Propheta ſuſcitãdus debebat eſſe legislator ſicut Moyſes.Quod Pſalmiſta deſiderabat.Pſal.9.Conſtitue Domine legislatorem ſuper eos; &c. Qui fuit Chriſtus; ſecundũ Lyran.ibi:Euangelicè legislator cõſtitutus. ad iudicãdũ eos. Actor. 10. Ipſe eſt qui conſtitutus eſt iudex viuorum,& mortuorum.Et Iacobi.4. Vnus eſt legislator & iudex, qui poteſt perdere, & liberare. Vide Arnal.Albert. in rubric. de hæret. in 6.q.12. nume. 10. col.172.

a Pſal.



ſcripſit.Quod non poteſt intelli 89
gi, niſi de illa prophetia Deut.
18.Prophetã ſuſcitabit. Sæpius
allegata. Hanc per expreſſum al
legauit Princeps Apoſtolorũ Pe
trus in ſuo ſermone publico ad
iudæos. Act.3.c. Probatũ eſt igi
tur, quòd in illa prophetia Deu
teron. 18.ſecundũ mentẽ iudæo
rum de Meſsia, & de certo Pro-
pheta facta eſt promiſsio.Item, 90
quòd Meſsias fuerit promiſſus
in Lege veteri, ſatis abundãt au
ctoritates in Pſalmis, & Prophe
tis quàm plurimæ.Et diſcurram
opportunas. Et Anna, quæ
Prophetiſſa dici poteſt,quia ui-
dit Angelum,& dixit: ut habe-
tur. 1.Reg.2.c. Dominus iudica
bit fines terræ,& dabit imperiũ
Regi ſuo: & ſublimabit cornu
Chriſti ſui. Ecce quomodo lex 91
erat ĩfixa Prophetis, & antiquis
iudęis, quòd debebat Chriſtus
Rex uenire, quòd debebat eſſe
Rex vniuerſalis. Nec poterat
hoc dici de Dauid, quia non iu
dicauit fines terræ,nec fuit Rex
uniuerſalis.Quid enim ? totum 92
Pſalteriũ eſt plenum expectatio
ne Regis Meſsiæ:ſignanter Pſal.
88.Miſericordias Domini in ę-
ternũ cantabo.Et verſu: Vſque-
quo Domine auertis in finem;
vſq; ad finem Pſalmi. Quæ uer-
ba non poſſunt declarari,niſi de
Meſsia promiſſo Regi Dauid,
qui moram, iudicio Pſalmiſtæ,
faciebat in ueniendo. [a]

Si inſpicimus Iſaiam,[b] non eſt prophetia quo
ad hunc articulum; An ſit promiſſus Meſsias;
ſed

a Pſal.etiam.110. apertiſſimè declarat Chriſti diuinitatem,dicens: Dixit Dominus Domino meo, &cæt. Nec obſtat, quòd quidã maligni iudæi dicebant, de Abraham intelligi:qui errant, Nã uerſus. 4. Iurauit Dominus, & non pęnitebit eum, tu es Sacerdos. &c. nullo modo poteſt Abrahę, qui nunquàm fuit Sacerdos, conuenire. Pro qua ueritate, & iudæorũ nequitia, Nota; ꝙ dicitur ĩ libro eorum, qui dicitur Midraſtillim, ſupra 2.Pſal.uidelicet: Facta Meſſiæ narrantur in lege, Prophetis, & Pſalmis, ut ſcribitur Exod. 4.ca. Filius meus primogenitus Iſrael.Et in Iſaia.c.52. Ecce intelliget ſeruus meus. Et in Pſalmis, ſicut ſcriptum eſt Pſ. 110. Dixit Dñs &c. Vide qualiter, ſecundum iudęos, loquitur de Meſſia,& non de Abraham. Quod etiam habetur in eodem lib.ſup.Pſal.18. Et etiam Pſalmus 22. ibi: Foderunt manus meas, &c. Sic declarat Fabianus Fioghius,in Dialogo Cathecumeni.

b Legi põt Iſaias, ſiue Eſaias, vel (curioſius tamen) Ieſaias, qui ſalus Domini interpretat̃, filius Amos, Ciuis Hieroſolymitan⁹, genere nobilis ſic protulit de Chriſti Saluatoris noſtri aduentu, incarnatione, miraculis, prædicatione, vita,paſſione, morte, reſurrectione, & Gloria, tot, ac tàm magnifica teſtimonia; ut nõ de futuris eius euentibus uaticinari uideatur, ſed magis de præteritis eius geſtis hiſtoriã ſcribere,& Euangeliſtæ potius, quàm Prophetæ partes implere. Hæc Sixtus Senen. in Bibliot.ſancta.lib.1. uerbo. Iſaias pag. (mihi)12.Nota tamen, quòd iſte Amos pater Iſaiæ, nõ eſt Amos ille, cuius ꝓphetia eſt inter duodecim Prophetas minores,quia pater Iſaiæ,licèt fuerit Propheta, fuit nobilis:ille autem,fuit ruſticus, ut ipſemet Propheta ait. c.7.ſuę prophetię: & tradit S. Hiero. li. 1c. explanatio. ſuper Iſaiam.Et in 3.Prologo ĩ Amos Prophetam. Et habetur Iſaiæ.37. Et S.Tho.

ſed eſt Euangelium. Quia ibi
eſt promiſſus Meſsias in infini-
tis locis, expleto opere eua-
cuabuntur, Domino dante.
¶ Idem de Hieremia, de Eze-
chiele, & alijs Prophetis. De
Daniele non dubium: omnes
præſupponunt promiſſum. De
libris Apochriſis Bibliæ, vt de
Baructi, & Sapientia: [a] quia
non conuincunt iudæum, cùm
non ſint recepti apud eos, in
Canone Bibliæ: non proſequor.
94 Quid opus eſt verbis? vſque
in hodiernum diem, nobis ſunt
teſtes iudæi, qui omnes per
omnes Mundi partes diſperſi
expectant [b] Meſsiam. Et in li-
bro Talmud eſt factum ma-
gnum feſtum, de expectatione
ipſius, etiam poſt aduentum
Domini noſtri. Et hodie quo-
tidie durat, & feruet apud eos iſta inſania, vt
95 expectent eum tàm infeliciter, & fatuè. Et li-
cet aliqui moderniores habentes animum affli-
ctum ex tam dilata, & diuturna expectatione
voluerint tentare, quòd Meſsias non eſt ex le-
ge: & quòd Lex Moyſi, abſque Meſsia, ſit per-
fecta ad ſaluandum animas; tamen Rabbi Moy-
ſes Aegyptius, qui in multis ſatis repræhenden-
dus eſt; tamen in hoc articulo hac reprehenſio-
ne caret, quia tenaciter in Articulis tredecim,
quos fecit ſuæ fidei, affirmat, quòd Meſsiam ve
nire, & expectare illum venturum, eſt articulus
96 fidei Legis Moyſi: adeò, vt ſi quis negaret il-
lum, dicit: quòd eſſet hæreticus. Quin etiam
inualuit conſuetudo apud iudæos, vt non ſo-
97 lum omni die Decies, & vltra in ſuis orationi-
bus petant à Deo mitti Meſsiam; ſed etiam om-
ni anno in Paſchate Azimorum, ſicut redempti
fuerunt de Aegypto, præſtolantur omni anno,
ſe

S. Th. in Prologo ſuper Iſaiam dicit, quod Iſaias fuit Auus maternus, uel affinis Manaſſæ Regis iudæ. Hebrei quoque aſſerunt Iſaiam ſocerum fuiſſe Manaſſę. Et Hierony. in Epl. ad Theſifontē Vrbicum, teſtatur Iſaiam fuiſſe origine nobiliſſimū, & Socerum Regis Ezechiæ. Vltra S. Hiero. & alios, S. Tho. ſupra, inquit Iſaiam alios Prophetas ī tribus excellere. Primo. In ſuis pulchris ſimilitudinibus; ſecundo: in expræſſione ſententiæ. Tertio, in uenuſtate uerborum, quia nobilis erat, & eloquēs. Vide multa de Iſaia, apud F. Io. Ludouicum Vualdū. in li. Opus Regale. trac. de pugna partis ſenſitiuæ, uer. Iſaias. & apud Pau. Gryſal. in lib. Deciſiones. uer. Iſaias.

a In illo tempore Apocriphi fortè, uocabantur; Hodie autem, in multis Concilijs, &c. à Conc. Trid. Seſſ. 4. confirmatis, Canonici, & ſacri libri dicūtur. vt Nos diximus in Cādelabro noſtro Aureo Eccleſiæ ſanctæ Dei. In Epiſt. ſeu Prologo ad Lectorem. Et nota, quod nec D. Hiero. eos Apocriphos appellat. Et de libris Apocriphis, ultra ea quæ in cap. ſancta Romana. diſt. 15. habētur; uide multa apud Sixt. Senen. in Bibliotheca ſancta, in principio.

b Potius credo, quòd non expectant; ſed expectare ſimulant, imò citius credo, & ex aliquorum ipſorū uerbis cognoui eorum aliquos peccare non ex ignorantia, ſed ex mera & diabolica malitia, qua Spiritui ſancto reſiſtūt, eo quòd nolint intelligere, ut benè agant. iuxta. Pſ. 35.
Con-



ſe redimendos eſſe per aduen-
tum Meſsiæ; adeò, vt quolibet
Paſchate dicant: In anno futu-
ro in terra Iudææ erimus libe-
ri; quod in mente gerunt, per
Meſsiam filium Dauid, ſe hac
libertate potituros. Superfluū 98
videtur, amplius huius articu-
li materiam dilatare, videlicet;
An Chriſtus fuerit in Lege promiſſus. Sed hoc
volui in hoc Articulo dicere, vt deſtruam hære-
ſim iudæorum modernorum, qui deſperati de
aduentu Meſsiæ, prout ipſi expectant, audent di-
cere frenetizantes; quòd non ſit articulus fidei
aduentus Meſsiæ. [d]

¶ *Secundus articulus primæ partis, videlicet:*
*Ad quid Meſsias fuit promiſſus.*

EST igitur ad ſecundum principale deſcen- 99
dendum. Poſtquàm enim eſt promiſſus Meſ
ſias in Lege Moyſi, & in Prophetis: videndum
eſt, Ad quid iſte Meſsias erat promiſſus venire?
Et ſimpliciter eſt reſpondendum, quòd Meſsias
debebat venire ad ſaluandas, & liberandas ani-
mas hominum à peccatis. Et hoc eſt proban-
dum multis auctoritatibus. [b] Et primo occur-
rit illa auctoritas Iſaiæ. 53. Vbi ſunt verba, Pri-
mo: Ipſe enim vulneratus eſt propter ſcelera no-
ſtra, etcæt. Item, Et liuore eius ſanati ſumus.
Item, Et Dominus poſuit in eo iniquitates om-
nium noſtrum. Item, Propter ſcelus Populi mei
percuſsi eum. Item, Si poſuerit animam ſuam
pro peccato. Item, ibidem, Et iniquitates eo-
rum ipſe portabit. Item, ibidem, Et ipſe pecca-
ta multorum tulit, &c. Illud capitulum totum 100
loquitur de Meſsia, ſecundum Gloſſam Ionatæ fi
lij Oziel: qui fuit Caldeus Gloſſator, [c] multum à
Iudæis approbatus, eo quia fuit de diſcipulis an-
tiquorum iudæorum, qui ante aduentum Domi-
ni ſcrutabantur ſcripturas: & erant edocti de in-
telle-

a Contra quos etiam (vltra Lyram, Burgenſem, & late Abulēſem, & alios antiquos expoſitores) probat optimè Fabianus Fiogius: in Dialogo Cathecumeni. cap. 12. Arnaldus Albertin. & alij.

b Veteris teſtamēti infra citandis; & confirmatur ſequētibus noui Teſtamenti (ſed Catholicorum conſolationem, licèt Hebræi totū negent.) Matthæi, cap. 1. Ipſe ſaluum faciet Populum ſuum à peccatis eorum. Et capit. 18. Venit Filius hominis ſaluum facere quod perierat. Et Ioan. primo. Vt ſaluetur Mundus per ipſum. Et Lucæ. 2. Natus eſt uobis Saluator. Et Ioan. 4. Scimus, quia hic eſt uerè Saluator Mundi. Et Actorum 5. Hunc Principē, & Saluatorem, &c. Et ad Pheſ. 5. Ipſe Saluator. Et ad Philip. cap. 3. Saluatorem expectamus. Et 1. ad Timot. quarto. Qui eſt Saluator omnium hominū. Et ad Titum. 1. Et Chriſto Ieſu Saluatori noſtro. & capitu. ſecundo. Dei Saluatoris noſtri. Et 2. Petri 1. Et primo, Ioann. quarto. & Iudæ. & alijs.

c Miror, quare Sixtus Senen. in Bibliotheca ſancta hunc inter auctores Hebræos, & Caldeos nō numerauit. libro 4. in Catalogo Scri-
pro-

tellectu Scripturarum a Prophe
tis. Vnde dictus Gloſſator dicit
in fine capituli pręcedētis, quod
continuatur ad dictū.c.53. cùm
dicitur ibi: Ecce ītelliget ſeruus
meus, & exaltabitur, & eleuabi-
tur, & ſublimis erit valdè: dicit
Gloſſator ille: Ecce intelliget ſer
uus meus Meſsias. Et in plurib.
locis Talmud, dictum capitulū
eſt gloſſatum, & intellectum de
Meſsia; ut ad literam eſt in c. He
lech, in libro Canhedrin. [a] Hoc
dico, quia nō me latet, quòd mo
derniores iudæi fugientes ueri-
tatem calumniant illam totā au
ctoritatē, conuertentes eam ali-
qui ad Hieremiam Prophetā; Ali
qui ad populū Iſrael, [c] quod quā
ſit vanum, & quantū cupiat fuge
re veritatem, & illā tergiuerſare,
qui talia tentat, contra antiquū
intellectum ſuorū maiorum con
ſonantē toti Mundo, & hiſtoriæ
tàm glorioſæ paſsionis; memi-
nerit ſuus iudex eſſe, qui talia
audet; & iudicem, & auctorem
ſe ſuæ damnationis, & impuden
tiæ, exiſtimet: præſertim, cum
omnes Doctores Hebræi cla-
rè dixerint, Meſsiam paſſurum
pro Populo, vt clarè ſcribitur
in Gloſſa parua Pſalterij, quæ

ptorum Hebræorum.. Illum tamen re-
fert & ſequitur Arnaldus Albertinus in
rubr. de hæret. lib 6.q.12.nu,11.col.174.
Et Paulus Burgenſ. in ſuo Scrutinio. di-
ſtin.5.c.7.ubi eius auctoritatem ſic lau-
dat, ut dicat æqua
re textui, eo quòd
Antiqui Talmudi
ci communiter te-
neant illam tranſ
lationem traditam
fuiſſe ab Aggeo,
Zacharia, & Ma-
lachia Prophetis.
Et etiam iudæi mo
derni, ut eſt Rabbi
Moyſes Gerund.
in Geneſ. 29. Vl-
tra quos uide. 12.
concluſiones quas
elicit ex dictis Pro
101 phetæ. ſupra. Pau-
lus Burgenſis. di-
cta diſ.5. c.7.§. O-
miſſis. ad medium.
a Et Rabbi Moy-
ſes Gerundin. in
ſua Gloſſa. ſuper
Geneſ. cap. 29. alle
gat hoc capitulum
de Meſſia. Dicit
enim ſic: Rex Meſ
ſias habet dare cor
ſuum ad petendū
miſerationes pro
Iſrael; & ad ieiu-
nandum, & humi-
liādum ſe pro eis;
ſicut ſcriptum eſt,
Eſaiæ.53. Ipſe au-
tem uulneratus eſt
propter iniquita-
tes noſtras; attri-
tus eſt propter ſce
lera noſtra: Hæc il
le, & alij Docto.
b Cōtra quod, pri
mò facit, quia plu
rā ſunt in dicta
prophetia, quæ Populo iudaico nullate
nus cōpetunt, quorum unū eſt, quòd Po
pulus iudæorum, licèt multipliciter fue
rit uulneratus; & attritus in hac captiui-
tate: non tamen hoc patitur propter
iniquitates Gentium, ſed propter ſcele-
ra eorum. Secundo: De iſto ſeruo Dei
teſtatur Propheta, ꝙ iniquitatē non fe-
cit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.
Quod non ſolū de
iudæis eſt manife-
ſtè falſum, ut patet
ꝑ euidentiā rei, eo
ꝙ oēs, pro maiori
parte, sūt pleni uſu
ris, dolo, & iniqui-
tate, ſed ēt ꝑ aucto
ritatē Sacræ ſcrip-
turæ habeē manife
ſtè, ꝙ in hac capti-
uitate ſunt ꝓ pec
cata eorū. Tertio,
de iſto ſeruo Dei
Propheta, in d.c.di
cit. ꝙ pro trāſgreſ
ſoribus exorabit:
quod nō poteſt in-
telligi de Populo
iudæorum; qui nō
ſolùm nō orat pro
Gētibus, imò quo-
tidie orat pro de-
ſtructione Roma-
ni Imperij, & S.Ro
manæ Chriſti Ec-
cleſiæ. vide Arnal.
Albert. in rubr. de
hęret. in 6.q.12.nu.
11.col.175.& me-
lius F.Io. Lud. Vi-
ual. in Opus Reg.
trac. de ꝑſec. Eccl.
ꝑſecu.5.§ 7. ubi ſic
ait, iudæi ſunt cru
deles in orationib.
ſuis. Non.n. orant
iudæi pro inimi-
cis ſuis ex charita-
te, ut faciunt Chri
ſtiani, ſed crudeli-
ter ex odio, iuidia,
uindicta. Speciali-
ter aūt orant qua-
tuor modis. Primo orāt in feſto Mardo-
chei, quod adhuc celebrant. 15. Kalen.
Martij. Nam conterunt ollas in Sina-
gogis, dicentes: Sicut contritus eſt
Aman,



apud iudæos vocatur Medra-
ſtillim. zota: in Pſ. 18. Diligam
te: vbi ſic inquiūt: cum venerit
Meſsias (qui vtinam diebus no-
ſtris feſtinè veniat) nō dicēt ho-
mines aliquod cāticum lætitiæ,
donec fuerit vituperatus Meſ-
ſias, ſecundū quod ſcriptū eſt in
Pſal. Quia vituperauerūt moras
Chriſti tui. Hæc illi. Iſta verba, ſe
cundū literā Hebraicā, ſunt ſcri
pta in Pſal. Miſericordias Dñi in
æternū cantabo; ad fin. licèt B.
Hieron. aliter traduxerit. Imò,
plus dicunt, ꝙ Meſsias debebat
eſſe ſaluatus, & ꝙ ſua ſaluatio e-
rat Populi ſalus, ſic inquiunt in
Pſ.12. Vſquequo Dñe obliuiſce-
ris me. ibi, in fine Pſalmi, dicit:
Exultabit cor meum in ſalutari tuo; dixit Rabbi
Abhu: Iſte eſt vnus de textib. duris totius Sacræ
ſcripturę, qa ſaluatio Dei, ē ſaluatio Populi Iſrael.
Nō.n. dicit hic; In ſalutari nr̄o; ſed ī ſalutari tuo.
Dixit Dauid: Salutare tuum, id eſt, Saluatio tua,
eſt ſaluatio noſtra. Hæc ille. Hoc idem repetūt iſti
Doctores Hebraici antiqui, in Pſ.90. Qui habitat
in adiutorio Altiſsimi, in fin. vbi dicit: Longitu- 105
dine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſaluta
re meum, dicunt: Hic eſt de duris textibus Sacrę
ſcripturæ, quia ſaluatio Iſrael, eſt ſaluatio Dei. Vi-
de, & attēde lector, qd voluerunt ſemper iudæi, q
expectabant Meſsiā: certè credebant illum vitu-
perandū; imò credebant illū periturū, & ſe ſalua-
turum. In cuius ſaluatione, erat Populus ſaluan-
dus. Et credebant ꝙ hic erat Deus, & ſic eſt, quia
mortē noſtrā, moriēdo deſtruxit, & reſurgendo,
vitā noſtrā reparauit. [a] Et attēde ꝙ vidētes Deum 106
ſaluandū, nō poterāt intelligere hoc poſſe ſtare, ni
ſi Deus humanaretur, quod eis videbatur durū,
& ideo dicebant: iſti ſunt textus duri, &c. vt pa-
tet in dictis auctoritatibus.

Amā, ſic Regnum
Chriſtianorum ue
lociter cōteratur.
Secunda oratio Iu
dæorum præcipi-
tur eis, vt fiat cum
tranſeunt ante do-
mos, vbi orāt Chri
ſtiani. Nā ſic orant
in ſentētia ſecun-
dū Hebraicū ſuū;
Domus ſuperborū
proſternatur De⁹.
Tertiā orationē fa
ciunt, cū tranſeūt
per cimiteria chri
ſtianorum, ſub tali
verborū ſerie: Erit
verecūdata mater
veſtra. Erit repu-
diata illa, quæ vos
peperit, quia finis
Chriſtianorū ver-
mis eſt. Quartam
orationem faciunt
quotidie ter i die,
in qua maledicunt
Ieſum Chriſtum,
& diſcipulos ſuos
atq; Reges, & Prin
cipes Chriſtianos;
cuius tenor talis ē:
Meſunadin, id eſt,
deſtructis non ſit
ſpes. Et omnes hæ-
retici, & omnes q
loquuntur contra
Iſrael, in breui ſint
ſciſſi. Et Regnum
ſuperborū in bre-
ui ſit euulſum, caſ
ſatum, & deſtru-
ctū. Et omnes ini-
mici noſtri ſint de
ſtructi, & humilia
ti, & confracti bre
uiter in diebus no
ſtris. Nota ꝙ iudęi
vocant conuerſos
ad fidem Chriſti,
Meſunadin, id eſt
deſtructos. Hæc il-
le: Vide ſuper hac

materia in Fortali
cio Fidei, libro 3:
Quas etiam oratio
nes cōtra Chriſtia
nos ponit, ex Roſ-
ſario Buſti & alijs,
Arnald. Albert. ſu-
pra q.12.§. Quo ad
ſextum, nu.14. Et
Scrutiniū Scriptu.
diſt.5. cap.7. verſ.
Omiſſis alijs.
a Vt uniuerſalis Ec 103
cleſia Catholica cā
tat, in præfationē
quæ dicitur in ſolē
nitatibus. S. Crucis
& à Dominica in 104
Paſſione, & per to
tū illud Paſſionis
tempus, vt habe-
tur in Miſſali Ro-
mano.
a Cla-

*¶ Secunda auctoritas, quòd ad tollendum peccatum Meſſias debuerit venire.*

QVòd etiam Meſsias debuerit venire ad tollendum peccatum, patet Iſaiæ 59. c. ad finē. Totum .n. illud capitulū loquitur de redemptione Populi Hebraici. Vnde à principio vſq; ad finē narrat ſtatum Populi iudaici, qui debebat tēpore Meſsiæ, & ſuæ Redemptionis deuenire ad calamitatem peccatorū, & ad ruinā ſui ſtatus, prætextu defectus iuſtitiæ. Quo tempore, videlicet, in fine ſuæ ruinæ, Deus debebat per ſuam miſericordiam eis miſereri; mittendo eis Meſsiam Redemptorem. Et ideò in fine dicti cap. dicit: Et
108 venerit Syon Redemptor, [a] & eis, qui redemit ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus: hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, dixit Dominus à modò, & vſq; in ſempiternum. [b] Iſta Prophetia ſingulariter canonizatur à iudæis, etiam hodierna die, pro expectatiſsimo per eos Meſsiæ aduentu; adeò quòd eam celeberrimè, cū orant, in ſuis orationibus, ſignanter in Veſperis, quaſi præſtolantes Meſsiæ aduentum, eam extol-
109 lentes, magnis uocibus exclamant, & orant. In qua manifeſtè apparet, quòd ille Redemptor debet venire pro illis, qui redeunt ab iniquitate in Iacob. Et quid faciet iſte Meſsias? Nunquid bella, aut victorias corporales parabit, prout iſti miſeri iudæi autumant, & expectant? Certè non: ſed dicit prophera loquens in perſona Dei: Hoc fœdus meum cum eis, ſcilicet cum Populo iudaico, dicit Dominus: Spiritus meus, qui eſt in te, ſcilicet Meſsia, quaſi dicat ad literam: Lex noua Meſsiæ erit, quòd tu Meſsias eris Deus & homo, & eſt ſpiritus meus, qui eſt in te. Et quid plura erunt fœ-
110 deris? Et verba quæ poſui in ore tuo, non recedent illa uerba doctrinæ Euangelicæ de ore Meſsiæ, nec de ore ſeminis tui, ſcilicet Meſsiæ. Quod ſemen fuerunt Apoſtoli, & Martyres, & Confeſſores ſancti, qui verba Chriſti ſeminauerūt in mundo, amodò & vſq; in ſempiternū. Vel pōt refferri ſecundū verbū, de ore tuo, ad Populum Iſrael, qui ſequutus fuit Meſsiā, & fuerunt Apoſtoli, & qui eos ſequuti fuerūt. Nō eſt magna vis. [c] Habes ergo ex iſta Prophetia, [d] ꝙ Meſsias

a Clariſſima Prophetia, ita vt cæci uidere poſſint, pro Aduentu Meſſiæ.
107 Et nota ꝙ ibi: Siō, eſt in Datiuo, quaſi dicat: Sioni veneri Redemptor. Ita Hector Pintus, inf.

b Super hoc c. 59. (vltra Liram Burgenſ. S. Hier. Abulenſem, & alios) vide S. Th. 1 p. q. 48. a. 4. & 1. 21. q. 79. a. 3. & 4. & latius Hectorem Pintū, ſcribētē ſup Iſaiā. Et ultimum omniū Leonum Caſtrum Salmantinum: inter quē & me olim literarius congreſſus fuit.

c Id eſt, quòd non derogat ueritati literæ, ſi in dictum modum fiat interpretatio.

d Videlicet. Iſaiæ, cap. 59.



Meſsias debebat venire Redemptor Syon, qui deſignat hic Populum Iſrael, [a] propter locū. Vbi erant collocati, & ad redimendum ab iniquitate in Iacob. Et quòd debebat dare Meſsias fœdus Populo, & quòd fœdus erat ſpiritus Dei in ipſo Meſsia, & alia uerba diuina, quæ in æternū erant permanſura, & non erant mutabilia, ſicut Lex Moyſi.

111 Iudæi putant ꝙ Meſsias non eſt promiſſus ad ſaluandas animas, & liberandas eas à peccato Adæ; ſed dicunt quòd eſt purus homo, & non Deus & homo, & quòd ſolum eſt uenturus ad liberandum Populum Iſrael, ſcilicet ipſos iudæos diſperſos, à captiuitate temporali, & corporali, qua detinentur, quia putant ꝙ lex Moyſi eſt ſufficiēs ad ſaluandum animas, & quòd veniente Meſsia, omnes iudæi reducētur ad ciuitatem Hieruſalem terreſtrem, & temporalem, & ibi iterum faciēt ſacrificia, prout ſunt mandata fieri in lege Moyſi, & omnes homines mūdi reducentur ad illam fidē, & quòd in illa die erit Deus vnus, & nomen Dei
112 Tethagrammaton [b] vnum in vniuerſo mundo, vt habetur Zach. vlt. cap. Quod capitulum totum, & quæ in eo ſcripta ſunt, & ſimiles ſcripturæ Bibliæ, fecit omnes miſeros iudæos vacillare, vt ſperent Hieruſalem redituram temporaliter. Et idcirco interſerui hic iudæorum mentem, vt eam refellam, & reprobem, ut Domino dante, ſpero in fine huius partis eorum mentem, de fine, & effectu aduentus Meſsiæ, latius ponere in articulo, qui incipit: Attende lector, &c. & ibi congruentius, & clarius videbis eorum confutationem, & repro-

a Ideo ſapiēter dicit Auctor hic, Syō ꝙ deſignat hic, &c. quia Syon multipliciter accipitur in ſacra ſcriptura; Syon enim ſignificat ſtrepitū. Deut. c. 4. Item, Syon ſignificat aceruum 2. Reg. cap. 4. Item, Syō accipitur pro Eccleſia Pſalm. 2. ibi: Super Syō mōtem ſanctū eius, ſecund. D. Augu. Rufinum. Rayn. & alios, quos refert, & ſequit Hector Pintus, in c. 2. Daniel. Et in Pſalmis accipitur etiam diuerſimodè, ut Lauda Deum tuum Syon. Et in Nouo Teſtamen etiam, ut Math. 21. Dicite filiæ Syon. Ioan. 12. Noli timere filia Siō, & Rom. 9. Pono in Sion lapidem, & cap. 11. Veniet ex Sion qui. Et Hebr. 12. Acceſſimus ad Sion. Et Apocalip. 14. Agnus ſtabat ſupra montem Sion.

b Nota quòd licèt Hebræi alijs nominib. nominēt Deū, ut Eloin, Adonai, &c. propriū tamē nomen, & ſpecialiſſimū Dei nomē eſt Tethagrammaton. De cuius excellētia, & quis illud proferre poſſit. vide optimè Arnal. Albert. in Rubr. de Hæretic. in 6. q. 12. n. 5. Nicol. Lyran. Burgēſem, & S. Tho. quos refert, & ſequit ibid. Et latius per Ioan. Ludouic. Viual. in lib. Opus Regale tractatu de cognitione electorū, fol. (mihi) 104. & S. Iſidorum, lib. 7. æthimol. c. 1.

Quē Deū Opt. Max. quē Hebræi ſic appellant: Sarraceni, uocant Halla, ut per Gloſ. in Clem. 1. ver. Zabazala, de Iudæis. Et apud Græcos dicitur Theos. Aſſirij nominant, Adad. Perſæ, & Calicutij Zuni. Aethiopes, Alla, Sclaui, & Croatij, Boeg. Aegyptij, Theut. Perſæ etiam Syro, Magi, Orſi. ita tradit Marquardus, de iudæis. 3. par. c. 1. nu. 33. Et de nominib. Hebrǽis. vide Sixt. Senen. in Bibliot. ſancta, lib. 8. Hæreſi. 8.



batio-

bationem,& (vt verius dixerim) eorũ inſaniam, viſo diſcurſu Sacri Canonis Bibliæ, vt tibi lectori innoteſcat ipſorum mens, & cæcitas, vt ante, & poſt totum hoc opus, ex diſcurſu Sacrarum ſcripturarum ſe, nõ ſolùm defendat, ſed iudæos deijciat clarè, & perfectè.

¶ *Tertia auctoritas ſuper eodem.*

113 REdeundo igitur ad propoſitum, videlicet, quòd ad tollendum peccatum Meſsias eſſet venturus; hoc fortiter aſtruit illa Prophetia Iſaiæ 43. in fine,& ſeq.c. quę deſuper recitata eſt, ad probandum quòd peccatum Adæ tranſiuerit ad poſteros Adæ. Et etiam illa Prophetia, eſt gloſſa præcedentis Prophetiæ. 59.c. ad fin. in eo ſpecialiter, vbi dicit: Non timeas ſerue meus Iacob. &c.[a] & ſequitur: Effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum. Et ibi: deleui, vt nubem, iniquitates tuas, & quaſi nebulã, peccata tua; reuertere ad me quoniam redemi te. Manifeſtè uides ex colligantia il-
114 lorum duorum capitulorum 43.& 44. quòd peccatũ Adæ confundebat Principes[b] ſanctos, & quòd Deus volẽs tollere hoc peccatum, habebat effundere Spiritum ſuum in ſemine Iſrael. Et demum, delere ſua peccata, & iniquitates, & eos redimere: & ſic finis aduentus Meſsiæ erat delere peccata, & iniquitates, & redimere.

¶ *Quarta auctoritas ſuper eodem.*

115 HOc idem propoſitũ aſtruit, & probat. c.49. Iſaiæ ibi;[c] Parum eſt, ut ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandos Tribus Iacob, & feces Iſrael conuertendas; Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Certè extremum terræ non poterat ſaluari, nec ſalutem habere, niſi reſpectu peccatorum. Quia ſi de captiuitate iudæorum reducenda, diceret, prout iudæi dicunt: non diceret: Parum eſt vt ſis mihi ſeruus, ad ſuſcitandas Tribus Iacob, & feces Iſrael; ſi non intendebat, niſi in reductione & ſalute iudæorum: ſed etiam apparet quòd intendit Deus in ſalute aliarum gentium.[d] Ergo neceſſe eſt intelligi ratione peccati adhiberi ſalutem, & non ratione captiuita-

tis

a Obſcurè poſuit hanc clauſulã Auctor, quæ ſic eſt intelligenda, videlicet: capitulum 44. Iſaiæ, maximè in illis verbis: Non timeas &c. eſt Gloſſa capituli 59. eiuſdem Prophetiæ, in fine. Et ſic capitulũ 44. in principio, cõcordat cum 59. in fine.

b De hac auctoritate uide S. Tho. 1. 2. q. 105. art. 1. ad 1.

c Nota, circa iſtud c. 49 Iſaiæ, repræhendendũ & emendandum eſſe Sixt. Senen. in Bibliot. Sancta, lib. 5. annotatione. 129. dum dicit: Et dixit Siõ, dereliquit me Dominus. Quia legendum eſt ſic: Et dixit Dominus, dereliquit me Sion. Vt habetur in textu Bibliæ. Qui error forſitam fuit ſtampatoris.

d Ac ſi apertius diceret Deus Pater Meſſiæ: non mitto te ſaluare tantũ Iudæorum nationẽ, ſed totius humani gene-



tis corporalis Iſraelis Populi, qa ſolus Iſrael fuit captiuatus corporaliter, & non gentes.

¶ *Quinta auctoritas ſuper eodem.*

HOc etiam probatur ad literam, quia ut patet Geneſ. 116
17. cap. Deus dedit Abrahæ præceptum circũciſionis. Et quanquam ipſe eſſet 99. annorum,[a] tamen, Deus mandauit, quòd infans octo dierum circunciderectur. Et ſic Moyſes ſequutus verbum Dei, mandauit Leuit. 12. c. vt die 8. circunderetur infantulus. Et dicit ibi Deus Abrahæ in dicto, cap. 17. Maſculus, cuius præputij caro circunciſa nõ fuerit; delebitur anima illa de Populo ſuo, quia pactum meũ irritũ fecit. Quę deletio de Populo eſt 117
pœna inferni; & ita oẽs iudæi intelligunt.[b] Quod patet, quia qñ hodie circuncidunt pueros, dicũt: Benedictus Deus, qui hoc fœdus circũciſionis nobis dedit, quia ꝑ hoc liberauit hũc puerũ dilectũ ſuũ ab inferno. Qđ viua rõne illa deletio eſt intelligẽda ſic; videlicet, de pęna ſpirituali, qa pęna tꝑalis nõ caderet in puero, ꝗ octauo die nõ circũcideret. Habes ergo ꝙ puer ꝗ nõ circũcidebat puniebat, ꝙ aĩa eius ibat ad inferos. Quæro a te iu- 118
dæe; pro quo peccato hic puer octo dierum ibat ad inferos? Non certè pro actuali peccato, vt patet ad ſenſum: ergo neceſſe eſt dicere, quòd pro originali peccato. Hoc ad literam confirmat Ieremias. c. 31. ibi: Ecce dies veniunt, dicit Dñs, &c. & ſequitur: Omnes. n. cognoſcent me, à minimo vſq; ad maximum, ait Dñs, quia propitiabor iniquitatibus; & peccati eorũ non ero memor amplius. Et eſt verũ ꝙ litera Hebraica nõ hẽt iniquitatib. in plurali, ſed: iniquitati, in ſingulari.[c] Dic

mihi,

generis Saluatorẽ, Redemptoreq; cõſtituo. Quod clarè patet Iſa. c. 55. ibi: Ecce teſtem Populis dedi eum, Ducem, ac Præceptorem gẽtibus. Et ita dicebat ipſe Saluator noſter. Matth. c. 9. Non veni ſaluare, vel vocare iuſtos ſed peccatores. Vbi generaliter dicit: peccatores omnes. Et Matth. 22. ait: Quoſcũque ĩueneritis, vocate. Et Lucæ 14. Homo quidam fecit cęnam magnã. Et Marc. vlt. Docete oẽs gentes, &c. & alijs locis. Nec obſtat ꝙ Dominus dixit Chananeę, Matth. 15. Nõ ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael: quia hoc intelligit̃ ſpecialiter, qa illis ſpecialiter tacta fuit de Meſſia promiſſio, vt dictum eſt, & habetur Leuit. 20. Separaui vos à cæteris Populis, vt eſſetis mei. Et Deuter. 4. & 7. Te elegit Dñs Deus tuus, vt ſis eius Populus peculiaris, &c.

a Ipſe primus illã accepit, & ipſe primus fuit qui vnius Dei fidem publicè confeſſus eſt. Et ante circunciſionem fuit iuſtus, & fidelis, qui credidit, & reputatum eſt illi ad iuſtitiã. Geneſ. c. 15. De quo (vltra alios) vide Chriſoſtom. Geneſ. 17. Homil. 39. tom. 1. S. Th. 3. p. q. 70. per totam, & 1. 2. q. 102. & Sotum latè, in 4. d. 2. q. 1. ar. 2.

b Et Catholici, ſecundum Gabr. in 4. d. 1. q. 4. quem, cum hac Catholicorum, & iudæorũ cõmuni, refert, & ſequit̃ Arnald. Albert. in Rub. de Hęret. lib. 6. q. 12. §. Quartus error, nu. 38. col. 254.

c Prout etiam habetur in noſtra vulgata editione, & ſic fortius urget iudęos.

a Qua-

mihi, quæ erat iſta iniquitas & peccatũ, quod Deus, veniẽte lege noua, & fœdere nouo, debebat propitiari, & parcere minimis, & ſic pueris, niſi ſit peccatũ originale? Dicit iudæus: expræſſe textus dicit, quare damnatur puer, quia pactũ meũ irritũ fecit, & ſic non eſt propter peccatum originale. Certe mi iudæe deliras, quia puer, qui nõ circunciditur, ſi propter omiſsionem circuncisionis damnaretur; ſine cauſa, & ſine culpa damnaretur, quia ipſum non potuit arctare præceptum ſed peccatum originale, licèt damnet omnes ſine culpa ſua; non tamen ſine cauſa, [a] & non ſine culpa primi parentis. Vnde textus, qui dicit: quia pactum meum irritum. Vult dicere: Non adhibuit remedium fœderis Circuncisionis, & ideo damnatur, ex culpa primi parentis. Et ſic eſt in litera Hebræa, quia non eſt ibi dictio (quia) ſed ſimpliciter dicit: Pactum meum irritum fecit. Merito igitur damnatur ex peccato originali, quia non adhibuit remedium Circuncisionis.

*¶ Tertius articulus primæ partis videlicet, quòd ante aduentum Meſsiæ, animæ non habebant gloriam, poſt mortem.*

QVod tertio dixi corollariè ſeq, ſatis ad manus venit: videlicet, quòd ante aduentum Meſsiæ, animæ nõ habebãt gloriã, poſt mortẽ; Nã qui decedit in peccato nõ hẽt gloriã; ſed Meſsias dẽbat venire ad tollẽdũ peccatũ; ergo, cũ ante nõ eſſet ſublatũ, moriẽtes nõ habebãt gloriã? Sed ẽt iſtud corollariũ probabitur directo, videlicet, ꝙ Patriarchæ, nec Moyſes, nec cæteri Prophetæ, qui ante aduentũ Meſsiæ mortui ſunt, nõ habuerunt gloriã moriẽtes, [b] Iudæe audi, quia hoc voluerũt, & cre-

119 a Qualiter intelligatur illud Apoſt. ad Rom. 3. omnes in Adam peccauerunt, &c. uide Lyram. Chriſoſt. Bedam. & alios antiquos. S. Th. 1. 2. q. 81. S. Anton. 1. par. tit. 8. c. 1. in princ. Magiſt. Sent. in 2. lib. diſt. 3. ubi omnes Doctor. vide S.
120 Auguſt. Innoc. Sozomen. ac multas Sacræ ſcripturę ac Conciliorum auctoritates, quas refert, & ſeqtur Paulus Gryſal. in lib. Deciſion. Cathol. uer. Originale peccatum. Ex quibus intelliges qualiter ſit intelligendũ de vnoquoque illud verbum poſitũ hic ab Auctore videlicet: licèt damnet omnes ſine culpa ſua. Et uide melius Henricũ Gãd. quodl. 2. q. 11. videlicet, quòd paruuli contrahunt culpã, non ſolùm pœnam pro reatu culpæ, ſecundum S. Aug. in lib. contra Donatiſt. Ex modernis vide Flores Theo-
121 logic. quæſtio. 4. in q. De ꝑparatorijs ad Baptiſmũ. Difficultate 3. & 4. & Vigueriũ ſuper Epl. ad Rom. Vide
122 etiam in Iure Canonico, quaſi totã de Pœnit. diſt. 4. & alia Iura, & Doctores quos refert, & ſequitur Alber. de Roſat. in Dictionario, ver. Peccatũ 3. In Additionib. vide Andream à Vega ſuper Concilio Trid. de iuſtificatione, &c.

b De hoc articulo tractat Paulus Burgenſ. in Scrutinio Scripturarũ. diſt. 6. c. 4. Vbi probat intentũ ex Geneſ. c. 15. Vbi dictũ fuit Abrahę: Tu ibis ad patres tuos. Et de Iſaac dicitur, Geneſ. 35. Additus eſt ad Populos ſuos. Idem de Iacob. Geneſ. vlt. Et de Dauid



& crediderunt tui Talmudiſtæ, quòd ante aduentum Meſsię, nemo iret ad gloriam. Quia ſcribitur in Gloſſa magna Geneſis c. 3. ſuper illo verbo: Et collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubin, Gloſſa: Ante Paradiſum fuit creatus Infernus: & quod dicitur Cherubin; eſt ſimile illi, quod ſcribitur: Et miniſtros eius flamma ignis. Et quod dicitur: Flammeum gladium, atque verſatilem; hoc eſt, Infernus quòd eſt ſimile illi, quod dicitur: Et ardebit eos in die venturo. Dixit Adam; quis liberabit hominem ab igne ardenti huius flãmei gladij? Rabbi Abba, dixit: Fac tibi cultros lapideos, & circuncide filios Iſrael, &c. Rabbanan dixerunt gladius verſatilis eſt lex Moyſi, & eſt ſimile illi, quod dicitur: Exaltationes Dei in gutture eorum, gladij ancipites in manibus eorum. [a] Cum vidit Adam quòd tota eius progenies futura erat, vt iret in infernum, abſtinuit à procreatione liberorum. [b] Cùm verò vidit quòd poſt 26. generationes Iſrael de-
bebat recipere legem; intendit procreationi. Et 124
hoc eſt quod dicitur: Adam cognouit Euam vxorem ſuam. Hæc ſunt verba Gloſſæ. Ex qua manifeſte habes, quòd propter peccatum Adæ omnes eius deſcendentes damnabantur ad Inferos; niſi quia lex Moyſi liberabat ſeruantes eam ab Inferno: ſed non dabat Regnum Cœlorum, nec gloriam. Imò dicunt ibi Talmudiſtæ, quòd ſtabant in ſuburbio Paradiſi, donec veniret filius Phares. Et hoc eſt quod noſtra Eccleſia cantat: Tu, deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus Regna Cœlorum. [c]

uid 3. Reg. 2. Dormiuit Dauid cum patrib. ſuis. Et Zachar. in illo cantico Iſaię. 18. Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas Inferi. Iob 17. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt. Et Ioſeph nuntiata morte patri ſuo Iacob dicebat: Deſcendam ad filium meum lugẽs in infernum. Geneſ. 37. vt ibi exponit Lyra. Nec obſtat ꝙ iudæi dicũt, quòd intendebat Iacob deſcendere in ſepulchrum filij ſui Ioſeph; quia Iacob nõ credebat filium ſepultum, ſed à fera deuoratum. Vnde neceſſario debet itelligi de Limbo, vide Arnal. Alber. ſupra q. 12. errore. 4. nu. 12.

a Pſal. 149. ubi in vulgata editione legitur: Exultationes Dei; & nõ exaltationes, vt ait Auctor hic.

b Euſebius etiam Cæſarien. in Procemio chronic. ait: quòd poſtq̃ Adam vidit Abel interfectum à fratre ſuo Cain, dolore motus uehementi abſtinuit à copula Euæ per Quinquaginta annos. Imò. F. Ioan. Ludouicus Viualdus, in lib. opus regale, i prin. vbi agit de Abel, ait: quòd Adã voluit amplius nõ cognoſcere Euam, & poſtea Deus diſpẽſando præcepit illi iterum generationi operam dare. Quod etiam, ex Hiſtoria Eccleſiaſtic. refert, & ſequitur Alberic. de Roſa. in Dictionario. uerbo. Adam. § 3.

c In cantico: Te Deum laudamus; quẽ S. Ambroſius, & S. Auguſtinus alternis verſibus cõpoſuere. Nota ꝙ illud, quod iudęi Suburbium Paradiſi (Itali, Burgo, Hiſpani, Arrabal.) dicunt, nos Sinum Abrahæ intelligere debemus, ut ait Scrutin. Scriptur.
Diſtin. 6. c. 4. & Ar 123
nal. Albert. in Rubr. de Hæret. in 6. q. 12. errore. 4 nu. 12. col. 222.

a Qui

¶ *Quartus*

a Qui in multis locis de hoc agit maxime. 1. 21. q. 107. a. 2. & q. 114. art. 10. & S. Anton. 1. p. titu. 14. cap. 1. Et Sixtus Senen. in Bibliot. ſancta in multis locis, ut uidere eſt in eius indice. uerbo: Lex. Et uide Herric. Gand. in quodl. 4. q. 28. Dominicum Sotum. in 4. Sent. diſtin. 2. q. 1. a. 4. & latè Paul. Gryſal. uer. Lex. Arnal. Albert. ſupra. q. 12. errore. 4. nu. 12. Scrutin. Scriptur. d. 6. c. 4. & S. Ioan. Bonderum. in compendio concertat. titu. 4. a. 5. & titu 8. a. 1. & tit. 9. a. 2. ubi ex multis Sacræ Scripturæ locis probant Legem Moyſi imperfectam, & inſufficientem dare Gloriam, eſſe. Quas auctoritates confirmant dictis S. Auguſtini, Cipriani, Hieronymi, & aliorum Sanctorum Patrum.

¶ *Quartus Articulus primæ partis, uidelicet, quòd Lex Moyſi non dabat Gloriam animabus poſt mortem.*

125 VEnio ad quartum; vbi dixi, quòd lex Moyſi
non dabat Gloriam animabus poſt mortẽ.
Quod hoc ſit verum, ſatis patet in eius diſcurſu.
Nullibi enim, in toto Pẽtateuco inuenitur, quòd
in retributionem obſeruationis, ſeu actionis Le-
gis, Deus promiſerit facientibus eam, Gloriam,
aut vitam æternam. Bene enim dabat eis maledi
ctiones ſi non ſeruarent; aut benedictiones tem-
porales, ſi ſeruarent; & etiam pœnas infernales, ut
apparet. Numer. c. 19. ubi ratione peccati non fa-
ctæ emundationis debitę, dicit: Peribit Anima
illa de Populo ſuo. Sic enim illa lex Moyſi pote-
rat damnare non ſeruantes; ſed non dare Gloriã
126 ſeruantibus. Et hoc eſt quod dicit Ezechiel. c. 20.
Et ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in
quibus non viuent. Audi iudæe quàm clara pro-
phetia tibi declarat, quòd pręcepta legis Moyſi
non poterant dare Gloriam, ſeu uitam ęternam;
Non enim dicit: quòd præcepta data eis eſſent
mala; quia non erant mala, cùm perueniretur ad
uitam per ipſa pręcepta, vt quaſi principium, &
via ad vitam; ſed notanter dicit: præcepta non
bona, & iudicia in quibus non viuent, quaſi præ-
cepta non perfecta, ſed laborioſa, & difficilia ad
ſeruandum ſine fructu vitæ æternæ. Et rogo te,
notes illam prophetiam, & declara mihi eam ali-
ter, ſi potes. Quod enim, ibi dicunt tui Doctores, quòd illa præce
pta erant bona, de ſe; ſed erant non bona non ſeruantibus ea; iſta
eſt vna deluſio verborum, & truffa; quia ſic declarando quodcun-
que præceptum, quantumcunque dulce, & facile, non ſeruanti ta-
men, ſemper erit non bonum.

Ergo Deus ibi, per Prophetam Ezechielem, uoluit dicere, & de-
clarare, quòd præcepta Legis Moyſi non erant conferentia bo-
num æternum, nec vitam æternam: & ideo vocat ea non bona, &
iudicia, in quibus non viuent. Sic dicit Lyra. in d. capit. 20. Eze-
127 chielis declarare. B. Thomam,[a] prout ibi poteris videre. Quod





a Hiſpana lingua; brica, dicitur brega; & contienda. (Et ſic habetur in prouerbio. Dios me de contienda con quien me entienda) Latina, Diſſenſio, & concentio. Italica; Diſparer; gridar iſſieme; nõ accordarſi.

b Vt habetur Exod. 20. Deut. 5. & Matth. 15. De cuius pręcepti explicatione uer. S. Th. 2. 2. q. 122. a. 5. ad 2. S. Ant. 4. p. tit 5. c. 9. §. 1. Et (ut alios omittamus) ex modernis uide Catechiſmũ Romanũ. Io. Gropper. in inſtitu. Chriſtian. Petrũ Caniſium. in Cathechiſmo. Petrum Soto in inſtitutionib. Chriſtianis. Nauarrũ. Manual. c. 14. & alios.

c Quid eſt Canhedrin? Reſp. ꝙ, vt habetur Num. 11. tẽpore Moyſi, de mãdato Dei fuerũt cõgregati. 70. Seniores Iſrael, vt eſſẽt coadiutores ĩ regimine populi cũ Moyſe ipſo. Et ex tunc, ſecũdum oẽs Doctores iudæos, ſemp̃ fuit in iudaiſmo Collegiũ, ſeu Conſiſtoriũ Seniorũ q̃ dicebantur: Canhedrim. Ad quos, oẽs difficultates, ſeu dubia Fidei, & Legis etiam perueniebãt. ita ait Paulus Burgenſis in Scrutinio Scripturarum. diſt. 3. c. 2. §. Quamuis.

rectè, imò neceſſariò dictum pu
to. In euadẽdo huic quarto, iu-
dæi moderni multũ laborãt; ſed
nunq̃ reſpondent per auctorita-
tẽ, ſed per rationem dicentes, ꝙ ille Populus erat
incredulus, & duræ ceruicis, & ideo Deus nõ vo-
lebat eis ꝓmittere futuri ſæculi, Gloriam, quam
non poterant videre, vel palpare; ſed ſolùm tem-
poralia, quæ erant viſibilia; tamen Gloria æter-
na, per conſequentiam neceſſariam erat intelli- 128
genda. Et iudæi Talmudiſtæ timentes iſtam bri
cam,[a] uolentes euadere, non inuenerunt tex-
tum, vel claram auctoritatem; ſed dixerunt:
hoc intellectum in Decem præceptis, vbi Deus
in honoratione patris, & matris, dicit: Vt ſis
longęuus ſuper terram,[b] Dicunt ipſi: ut uiuas
longo tempore in Paradiſo, cuius duratio lon-
gęua eſt. Hoc tibi dico, iudæe, ut cognoſcas
quòd iſta grandis dubitatio omiſsionis retri-
butionis Gloriæ per Legem Moyſi, pulſauit ani-
mos iudæorum; & vides quomodo ſunt angu-
ſtiati in eius ſolutione. Hinc eſt, quòd Apoſto- 129
lus Paulus inſtitutus à Spiritu Sancto auſus eſt di
cere ad Galat. 2. cap. in fine. Si enim per Legem iu
ſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Quaſi
velit clare dicere; per Legem Moyſi non erat iu-
ſtitia; & ſic non erat Gloria Cœleſtis promiſſa;
quia ſi promiſſa fuiſſet, non erat neceſſaria paſ-
ſio Chriſti, ad Gloriam conſequendam. Et etiam
ad Hebr. 7. c. dicit: Nihil enim ad perfectum addu
xit Lex. Vis enim uidere quomodo iudæi non in-
uenerunt textum in lege Moyſi de promiſsione
vitæ æternæ: quia formata quæſtione in vltimo li
bro ſui Thalmud, qui uocatur Perech Helech in
libro Canhedrin,[c] dixerunt, quòd omnis Iſraeli-
ta, & de populo Iſrael habet partẽ in Paradiſo. Et
ad hoc probandum induxerũt auctoritatẽ Iſaiæ.
60. c. in fi. vbi dicitur: populus uerò tuus omnes
iuſti, in perpetuũ hęreditabũt terrã, &c. Vide qũo 130
teſtificãtur ꝙ in lege Moyſi non eſt promiſſa Glo
ria Cęlorũ; ſed eã ſibi autumant habere ex dicto

Iſaiæ. quod, re vera, eſt ex aduē-
tu Domini noſtri Ieſu Chriſti:
vt apparet ex diſcurſu illius. c.
quod incipit: Surge, illumina-
re &c. Quod, quidem capitulū
totum loquitur de viſitatione
Domini noſtri Ieſu Chriſti, per
Magos Reges [a]. Aut ſaltem non
negabūt, quòd loquitur de Meſ-
ſia. Vnde concluditur, ꝙ per
Meſsiam, & nō per legem Moy-
ſi, debet Iſrael habere Gloriam
Cœleſtem, ex authenticis dictis
Iudæorum.

¶ *Quintus & ſextus articuli primæ partis, videlicet, quòd hoc, quod animæ non habent Gloriam poſt mortem ante aduentum Chriſti; contingebat ex communi, & vniuerſali peccato.*

131 MOdò, cùm ita ſit, ꝙ lex Moyſi non promit-
tebat, nec dabat vitam æternam; Infertur
quintum, quòd hoc non poterat contingere, niſi
ex aliquo peccato. Quia ademptio Gloriæ non
poreſt contingere, niſi ex aliquo defectu conſiſtē
ti in illo, qui Gloriam debet habere [b]. Et etiam
eſt neceſſarium dicere, ꝙ iſte defectus eſſet com-
munis, & non particularis. Quia ſi eſſet particula
ris, non eſſet vniformis ad omnia hominum indi
uidua. Et ſic, ſi aliquis homo non haberet illum
defectum; debuiſſet habere Gloriam, poſt mor-
tem, dictam legem ſeruando; quod non apparet
132 dictum, nec promiſſum in tota lege Moyſi [c]. Ne-
ceſſe eſt igitur dicere, quòd aliquis defectus cō-
munis, concernens & tangens omnes homines,
eis adimebat vitam æternam; quod cùm omnes
habeat concernere, & inficere; non eſt dare com-
munius per rationem, & auctoritatem, niſi pecca
tum Adæ. Et hoc apparet luce clarius, ex diſcurſu
peccati Adæ in hiſtoria Geneſis. 1. & 2. c. Et ſupra
eſt

a Quod approbat Catholica Eccleſia Romana cantādo dictam Iſaię ꝓphetiam loco Epiſtolæ in die Epiphaniæ; dicēs: Surge, illuminare Ieruſalem &c.

b Quia nihil coinquinatum intrabit in Regnum Cęlorum. Apocal. ca. 21. G.

c Quod lex vetus obſeruatoribꝰ ſuis vitam ęternam cōferre non poſſet, ꝓbat optime. D. Auguſt. in multis locis, maximè lib. 2. quęſt. ſuper Exod. q. 144 & li. 1. contra aduerſariū legis, & Prophetarū c. 17. Quod patet clarè in eo quod D. Paul. 1. Corint. 15. dicebat. ſ. Sicut in Adā omnes moriūtur: ita in Chriſto omnes viuificabuntur. Vbi notat hunc defectū, uel mortem ſpiritualē peccati, ad omnes (Chriſto naturaliter, & puriſſima eius matre ex priuilegio, exceptis) pertinere, & ſimul probat nullū poſſe ad vitā introire niſi per Chriſtum. Quod dixerat priꝰ Saluator ipſe Ioā. 3. Nemo aſcendit in Cœlum, niſi filius hominis, qui deſcendit de Cœlo. ideſt, Nullus poteſt in Cœlum intrare, niſi fuerit Chriſto capiti, tanquam membrum, vnitus. Chriſtus enim & nos vnum corpus ſumꝰ, quēadmodū vuæ multæ vni racemo vnitæ, vnum corpus efficiunt. Et ſic, donec racemus iſte Sanctiſſimus, Redēptor noſter, ſub Crucis torculari fuit preſſus, mortuus, & reſurrexit; nullus potuit Glóriam intrare Cœleſtem.

a Ma-



eſt in euidentiali pręmiſſum. Sic
ꝙ iſta eſt vniformis ratio Iudęo
& Sarraceno, ſic formanda: Si e-
nim dedit legem Moyſi, vt daret
eā populo, & nō apparet data ad
ſaluandas aīas legē ſuſcipiētiū;
apparet ergo ꝙ ex illa lege non
habebant Gloriam? Quod magis apparet, quia 133
in pręmium obſeruationis legis illius, non pro-
mittebantur niſi bona temporalia; & in pœnam
infrictionis, mala temporalia. Deuter. c. 11. & 28.
Et aliquando pęna Animæ, (vt ſupra probaui,)
de Gloria poſt mortem, nihil eſt promiſſum. Ap-
paret ergo, ꝙ illa lex non erat ſufficiens ad Glo-
riam. Quæritur modò, & Iudæis, & Sarracenis
quare hoc contingebat, quod Gloria ex lege di-
uina non competeret ſeruantibus? Certè hoc nō
poterat contingere, niſi ex aliquo peccato; & cō
ſequenter dicitur; ſi ex aliquo peccato, hoc non
ex peccato perſonali Sortis, aut Platonis, aut Ci-
ceronis, ſed ex communi, & vniuerſali peccato,
concernente omnes homines. Quod clarè præ-
ſupponitur in hiſtoria Geneſis, in eo quòd Deus,
ꝓꝑ peccatum Adæ clauſit portā, & viā vitæ ęter-
nę. Et ſic eſt probatū ēt ſextū, qđ corollariè dixi:
ꝙ ex communi morbo hoc cōtingebat, ꝙ ex lege
Moyſi non habebatur vita æterna poſt mortem.

¶ *Septimus Articulus primæ partis, videlicet, quòd lex Moyſi non erat perfecta.*

SAtis etiam eſt probatum ſeptimum, quod di- 134
xi in hoc ſecundo corellario; quod lex Moyſi
non erat perfecta, cùm non daret perfectionem
poſt mortem; & ideo neceſſaria erar lex noua; de
qua ſcribit Ieremias. c. 3. & in c. 31. Quod cap. 31.
inducit Apoſtolus Paulus ad Heb. c. 8. Et ſic, dicta
lex Moyſi, tāquam imperfecta, debebat ceſſare, &
vacare: vt expreſsè dr̄ in illa Proph. Iere. 3. c. ad lite
rā; vbi cū dicit Cū multiplicati fueritis, & creueri
tis ī terra. Et rogo te, exaudi illā prophetiā de ceſ
ſatione legis Moyſi, qa dicit, ꝙ tūc fiet, cū multi-
F 2 pli-

a Maximè ad hoc erat neceſſaria, vt lex noua veterem adimpleret: exhibendo lex noua, quod uetus ꝓmittebat, & figurabat; quamuis lex noua ueterem euacuat quo ad cęremonias. De quo uide latè S. Tho. 1. 2. q. 107. a. 2. & 2. 2. q. 104. a 6. ad 2. & in li. 2. ſen. di. 9. q. 8. a. 4. & ī li. 4. di. 1. q. 2. a 5. ad 1. & S. Ant. 1. p. tit. 15. per totum. maximè ante §. De qua lege noua Meſſiæ non ſolùm Catholici Doctores dixerūt, ſed etiā Doctores Talmudici affirmarūt legem Meſſiæ eſſe perfectiorem, & ī eius comparatione legem Moyſi eſſe uanam. Vt ait Scrutinium Scrip. diſt 8. c. 3. in prin. Et quàmuis ita ſit ꝙ reſpectu nouæ legis dicatur uana lex Moyſi; nullus tamen negare debet, ꝙ lex Moyſi eſt Sācta, quia fuit à Deo data. Poteſt tamen dici uana, ī quantum per eam homines non conſequantur finē ad quem fuerūt creati, ſ. ad uitam æternā, & glorioſam. Omnis enim medicina quantumcunq; benè ordinata; ſi tamen homo eam ſumens non conſequatur per eam ſanitatem intentam, uana dicitur; Vide D. Auguſt. in lib. altercationis Eccleſiæ, & Synagogæ. Paul. Gryſal. & Fabianum Fiogium. inf.

a De

plicati fueritis in terra. Qđ ma
niſeſtè declaret illam doctrinã
135 Doctorũ Sacræ Theologiæ[a] de
ceſſatione legalium, quia dicũt,
quòd in paſsione Chriſti fuerũt
mortua; & poſt diuulgationem
Euangelij, mortifera: Vt dicit
Nicolaus de Lyra. ad Roma c.
2.& 1.ad Timot.c.1.Quæ doctri
na ad literam probatur prophe-
tizata.in d.c.3.Ieremiæ. cum di
cit: Cùm multiplicati fueritis ĩ
terra. &c. non dicetur amplius
Arca Domini, quaſi dicat: diuul
gato Euãgelio, ceſſabit lex Moy
ſi, ex toto: quia apparebit, quòd
ex ſola lege Meſsiæ, erit ſalus. Et
ſic lex Moyſi erit mortifera, li-
cèt Doctores Eccleſiæ non alle-
gent eam ad hoc propoſitum de
ceſſatione legalium, poſt diuul-
gationem Euangelij: quod cla-
rè dicit Propheta in illis verbis:
cùm multiplicati fueritis, & cre
ueritis in terra. &c.

¶ *Articulus tertius principalis. 1. partis. ſ. quod Meſsias fuit promiſſus in lege, quod eſſet Deus & homo.*

136 MOdò tranſeundũ eſt ad ter
tiũ prĩcipale, vbi dixi de-
mõſtrandũ, qđ Meſsias erat pro
miſs⁹ ĩ lege, qđ eſſet Deus & hõ.
Iſta cõcluſio turbauit Iudęos, &
ẽt demũ Sarracenos fecit retroi-
re poſt Sexcẽtos annos poſt ad-
uẽtũ Chriſti; adeò qđ ſcripſerit
137 ille inſanus Machometus, qđ di
cere qđ Ieſus Chriſtus erat De⁹,
eſſet hæreſis manifeſta[b]. Iſta ten

a De quibus vide S.Th.1.2.q.101. S. Anton.1.p.tit.14.c.5.Magiſ.in 4.di.3.& ibi Doctor. maximè, S.Bonau.a 3. Ricar. a vlt. Alex.de Aleſ.4.p.q.6.memb.S.Scot. Duran. & alij anti qui. Domin.Sot.q. vnica. à 2. S. Aug. Hiero.& alij, quos refert, & ſequitur Flores Theologiæ. queſt. in 4. De eſſentialibus Baptiſmi.q.1.a 9. Et vide in Decreto. per totam.6.diſt. Henric.Gand. quodli.4.q.28.Paul.Gryſ. ver.lex.n.1. Vide etiam de his præceptis legalib.&c. Fabian. Fiogium.ĩ Dialogo.c.38.Arnal. Alber. ſup.q.12.num.12.

b Imò contrariũ dicere eſt Hæreticum, quam hæreſim tenuerunt Ebion, Cherintus, & Theodot⁹. Quæ hæreſis confutatur a S. Ioanne Euangeliſta.c.1.In princip.erat Verb. &c. Quod prædixit Iſaias.c.9.Deus, fortis. Et S.Lucas, ait: Vocabitur Filius Dei. & Matth. 3. Hic eſt filius me⁹ dilectus. Et ipſe Dominus Ioan. 8. ait: Antequam Abraham fieret, Ego ſum. Petrus ẽt dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Quod poterit probari multis Sacræ Scripturæ locis, & communis Sanctorum cõſenſu, vt tradit Paulus Gryſal. in lib. Deciſion. Catholicæ. verbo Chriſt⁹. nu.2.& S.Iſidorus in lib. contra Iudæos in tom.tract. diuerſ. Doct. tom. 14.fol.23.Et quod Meſsias Chriſtus noſter ſit ver⁹ Deus, & homo (vltra auctoritates ab Auctore citatas) probat clarè Pſal.2. & Pſal.71.Deus, iudiciũ tuum Regi da; Et Pſ.44.Eructauit, vt probat Scrutin. Script.di.10.capit.2.3.& 4.& multi Rabbini, quos citat. capi.9. Et (vltra Symbolum. D.Athanaſii. Quicunq; vult, & credo in Deum; & Cãticum, Te Deũ laudamus, & infinita ferè Cõcilia, vbi hæc Catholica concluſio diffinitur), quòd fuerit Meſſias Deus, & homo probat latiſſimè Fabianus Fiogius. ĩ ſuo Dialogo. c.15.16.17.18.19.& 20. Marquardus de Suſſanis.de Iudæis.3.p.c.1.nu.65. Fauſtinus Taſſus. Ordinis.S. Franciſci.in Raggionamento.7.latè, & bene Iacobus de Valẽtia. in tract.contra iudæos.

tauit

a Vt



tauit dicere ex ignorantia ſua, quia nihil de Pro-
phetiis Bibliȩ legerat, ut, & ipſe ſe confitetur eſſe
Prophetam popularem, & ignorantem, in cora,
ſiue.capit. 6. ſui libri Alcorani ante finem. ¶ Mo-
dò, quòd eſſet Deus Meſsias patet ex auctoritate
Iſaiæ.c.53.ad fin. vbi dicit, quòd Meſsias peccata
multorum tulit. Et in litera Hebraica eſt: Et ipſe
peccatum multorum dimiſit. Et ſic loquitur in
ſingulari, de vno peccato, qđ erat peccatũ multo-
rũ. Dic mihi iudæe, quod eſt, aut eſſe põt vnũ pec- 138
catum multorum, niſi peccatum Adæ, quod eſt
vnum & reſpicit multos, quia totam naturam hu-
manam corrupit? Deinde, quis poteſt dimittere peccatum, ni-
ſi Deus? Et quanquam modus dimittendi illud peccatum fuit
per paſsionem; & ſic per ſacrificium corporis Meſsiæ, vt in il-
lo c. ſatis expreſſe dicitur, vt non videatur prophetia, ſed hiſtoria
paſsionis; tamen, adhuc dicit, quòd ipſe Meſsias fuit, qui dimi-
ſit illud peccatum multorum. Ergo erat Deus, cui ſoli conuenit di- 139
mittere peccata? Nam tranſlatio Hieronymi in his duobus verbis;
quia dicit peccata in plurali, vbi litera Hebraica dicit: peccatum in
ſingulari & in verbo; tulit, vbi litera Hebraica: dicit dimiſit; cla-
rius litera Hebraica vincit, & probat, quòd ille Meſsias paſſurus de
bebat dimittere peccatum multorum, & ſic debebat eſſe Deus di-
mittens peccatũ, cui ſoli cõpetit. Et aduerte, quia in ſimili verbo
Hebraico Exodi 32.ibi, vbi trãſtulerit Hieronymus: Aut dimitte
eis hanc noxã, aut, ſi nõ facis, dele me, &c. in verbo: Dimitte eſt ſi-
mile verbũ huic uerbo, ubi trãſtulit Hieronymus, tulit. Quare me-
lius ſtat; dimiſit, vt dixi. Item, Ieremiæ.33.c.ibi. Et hoc eſt nomen,
quod vocabunt eũ, Dominus iuſtus noſter, & eſt ibi in verbo: Dñs
nomen Dei Tetragrammaton; quod eſt nomẽ Diuinæ Maieſtati ſo 140
li attributum.[a] Hoc idem dixit Propheta Micheas.c.5.ibi: Egreſſus
eius ab initio, à dieb. æternitatis, vbi expræſſe loquitur de Meſsia,
inquantum debebat eſſe homo oriundus ex Tribu Iuda, & de par-
uulo loco Betlehem, & cùm hoc dicit quòd eius egreſſus eſt ab ini
tio à diebus ęternitatis. Et Talmudiſtæ, & etiam antiqui eorum au
ditores dicunt, & declarant hunc textum; Ab initio; id eſt, à Deo
æterno, ſic ꝙ ipſi fatẽtur ꝙ Meſsias hẽt ortũ, & egredit̃ à Deo æter- 141
no.[b] Et ẽt Talmudiſtæ in Gloſſa Pſalterij, Pſ.21. q eſt apud nos.20.
Deus, ĩ virtute tua lętabit̃ Rex, ſic dicũt: Dicit Rabbi Anina, ĩ noię
Rabbi Aha; Quid eſt qđ ſcribit̃ Iſaiæ.11. Et erit ſepulchrũ eius glo
rioſũ, vel reges eius glorioſa? Rñdet, ꝙ De⁹ dabit Meſsiæ de gloria

a Vt notauimus latè, ſupra nu.112.

b De explicatione huius loci (ultra D.Hier. Aug.& alios ſacros Doctores, & Nicol.de Lyra.latè Abulẽſ. Paulum Burgen. & alios, ibidem) uide S.Th.1.p.q.10.art.1.ad 4.& q.42.art.5.ad 2.

a Exem-

cęleſti;

cęleſti;Et iterũ,in dicto Pſal. Quid eſt Rex glorię.
Iſte eſt Rex qui partitus eſt de gloria ſua timẽtib.
eũ. Dicunt Rabbanã,(qđ eſt dicere; Sapiẽtes)Re
gis tẽporalis nemo audet ferre ſuã coronã,& De⁹
dedit eã Regi Meſsiæ, vt eſt ſcriptũ:Pones in capi
te ſuo coronã de lapide prętioſo. Regis t̃palis ne
mo audet ueſtire ſuã purpuram & in Rege Meſsia
ſcribitur:gloriã,& magnũ decorẽ impones ſuper
142 eũ. [a] Et Deus vocat Regẽ Meſsiæ noĩe ſuo. Et qđ
eſt nomen Dei,nomen Adonay. Tetragammatõ.
Et ſic Deus vocat Meſsiam; Dñs iuſtus noſter. Et
etiã Hieruſalem vocat in nomine ſuo,vt ſcribitur
Ezech.c.fin.Et nomine ciuitatis,ex illa die; Dñs
ibidẽ.Hæc illi.Vides ergo manifeſtè,q̃uo Prophe
tæ dixerunt,& prædixerunt diuinitatem Meſsiæ,
Vides, q̃uo Talmudiſtæ hoc idem,ex antiqua tra
ditione credebant,& ſentiebant. Item,Iſaiæ.9.c.
143 Filius datus eſt nobis,&c.ibi: Vocabit̃ Deus,for-
tis,Pater futuri ſęculi, Princeps pacis. Et modicũ
infra ſubdit: Multiplicabit̃ eius imperiũ, & pacis
nõ erit finis.Et ibi: Et corroboret in iudicio,& iu
ſtitia à modo,& vſq; ĩ ſempiternũ.Quæ uerba,nõ
poſsũt cõuenire niſi Meſsiæ, & ita credunt iudæi
gloſſatores.Et etiã,nõ poſsũt cõuenire Meſsiæ,ut
homini; ſed ei cõueniũt,ut Deo.Et patet ad lite-
144 rã. Et licèt iudæi dicant, ꝙ loquitur de Rege Eze
chia; tñ fatẽtur ꝙ loquit̃ in figura denũtiãdo Meſ
ſiã domui Dauid: quia Ezechiæ non conueniunt
uerba: Deus fortis, neq; Pater futuri ſæculi; nec
principatus pacis ſine fine,&c. Et ſic notorie pa-
tet ꝙ Meſsias debebat eſſe Deus,ſecundum men-
tem Prophetarum,& modernorum iudæorum.[b]

¶ *Quartus articulus principalis, videlicet, ꝙ Meſsias debet mori, & turpiter pati, pro peccatorum expiatione. Et quòd per oblationem corporis ſui debeant alia ſacrificia ceſſare.*

145 MOdò,ad quartũ principale tranſeundum eſt,ubi dixi,ꝙ Meſ-
ſias debebat mori, & turpiter pati pro peccatis. Hoc quartũ
manifeſte probatur ex textu Iſaiæ.53.c.ad iuncta cauda præceden-
tis.c.ubi dixit:Ecce intelliget ſeruus meus,& eleuabitur,& exalta-
bitur,

a Exemplum habetur de hoc Geneſ.cap.41.qñ Pharao induit Ioſeph ſtollam Biſſinã, & cætera q̃ ibi ſunt. Et etiã Heſter. c.6. ĩ honore exhibito Mardocheo à Rege Aſſuero.

b De qua Iſaię auctoritate (vltra Sãctos & ueteres expoſitores ibidẽ.) vide Hectorẽ Pint. & Leonẽ Caſtrũ, ibid. S.Tho.3.p.q.37.ar.2.ad 1. Sixtũ Senen. ĩ Bibliotheca ſancta, lib.3.c. de ſecundo elemẽtariæ explanationis modo, pagina (mihi) 146. B.2.& Scrut. Script. diſt. 10.c.5. & Fabianũ Fiogium, in Dialogo,c.20. quorũ, & aliorum opinionẽ, & Catholicam veritatẽ, ꝙ hæc auctoritas loquat̃ de vero Meſsia Dño nr̃o Ieſu Chriſto, approbat ſacroſancta Catholica Romana Eccleſia, dũ in introitu Miſsæ tertiæ Natalis eiuſdẽ D.Noſtri, canit hãc auctoritatẽ.ſ. Puer natus eſt nobis, &c.quã etiam explicat Arnal. Albert.in Rub.de Hęretic. ĩ 6.q.12.n.3.

a Hanc



bitur, & ſublimis erit ualde. Et
gloſſa Caldaica Ionatę filij Ozie
lis, dicit: Ecce intelligit ſeruus
meus Meſsias. Et etiam Tal-
mudiſtæ dixere in gloſſa Gene-
ſis vocata: Breſit Rabba: Ele-
uabitur pluſquam Abraham, &
exaltabitur Moyſes;& ſublima-
bitur ualdè pluſquã Angeli cœ- 146
lorum.Ex quibus apparet,quòd
illa capitula loquuntur de Meſ-
ſia, & quòd Meſsias erat Deus,
poſtquam erat maior, & ſubli-
mior Angelis.[a] Modò,in diſcur
ſũ Prophetię ſatis apparet de
paſsione, adeò ut non uideatur
Prophetia, de futuro, ſed nar-
ratio hiſtoriæ de præterito, ut
apparet ex contextu. Et, ut ait
S. Auguſtinus poſt inſertionem
dictæ Prophetiæ, in 18. de ciuitate Dei. cap.29. 147
in fine, iſta Prophetia eſt multum efficax con-
tra iudæos, ubi ſic inquit: Verum iſta ſunt ſatis,
& in eis ſunt exponenda nonnulla, ſed ſufficere
arbitror, quæ ita ſunt aperta, ut etiam inimici
intelligere cogantur inuiti. Hæc S.Auguſtinus,
vbi ſupra. [b] Non amplius ergo expedit multum
inſiſtere,& gloſſare dictam Prophetiam; quia ſa-
tis de ſe clara eſt.

Sed,quia aliqui iudęi, vt fuit Rabbi Abraham
Benazra,de Regno Caſtellæ, non intelligẽs ueri-
tatẽ, nec fundamẽta paſsionis,mordet, & latrat,
cõtra nos, aliqua ſubijciẽda ſunt. Dicit ille: Iſta
Prophetia eſt ualde dura, & Chriſtiani errãtes di
cũt,ꝙ eſt prophetizata ſuper eorũ Deo,& non in-
telligũt, q̃a corpus nõ intelligit. Vñ, ſi intelligit,
eſt id qđ intelligit in Meſsia Deus.Et,ſi Deus nõ
eſt ſeruus Dei,q̃uo ergo dicat Prophetia: Ecce in
telliget ſeruus meus? Itẽ,q̃uo dicit,uidebit ſemẽ
lõgęuũ,q̃a Chriſtus nõ habuit filiũ? Hęc ille.Hic 148
Rabbi,q̃q̃ fuerit ſubtiliſsimus iudęorũ,[c] hic deli
rat;

a Hanc prophetiam,cum illis tribus uerbis,ſcilicet eleuabitur, exaltabitur, & ſublimis erit, declarat optimè Fabianus Fiogius,in ſuo Dialogo. cap.24. & melius Hector Pintus, in Iſaiã. c.52. ad fi. vbi citat multos Rabbinos ſic declarantes. Et ita intelligit Lyra. ibidem, per auctoritatem Thargũ. Et ꝙ totus hic textus ĩtelligatur de Meſſia ſecundum antiquos Hebræos. tradit Scrutiniũ ſcript. diſt.5 c.7. & Arnald. Albert. ſup. §. Quo ad ſecũdũ, nu.11. ubi Doctores ſic exponunt: exaltabitur,in ſua Reſurrectione: eleuabitur, ĩ ſua Aſcẽſione: Et ſublimis erit ſedens ad dexteram patris.

b Vltra quem, & alios Sanctos, & antiquos expoſitores, ĩ d.c.53.Iſaię) uide de dicta Prophetia. S. Th.3.p. q.12.ar.4. & q.14. ar.4. & q.15.art.6. & q.31.ar 3.& multis alijs, & in 2.2. q.31.ar.2. & q.83. art.7. & Hect. Pin. ĩ d.c.53.Iſaiæ, vbi etiã explicat Leo Caſtro, & melius totum hunc textũ explicat de uera Paſsione Domini noſtri Ieſu Chriſti, Arnald. Alber. ſupra ex multis auctoritatibus Rabbinorum, qui dictum textum intelligunt de Meſsia, contra alios perfidos iudęos uolentes illud cap. intelligi de Populo Iſrael vulnerato, & afflicto. Et ita etiã declarat Fauſtin⁹ Taſſus in ragionamento 7. *Meſsiæ.*

c Nec mirũ, quia Caſtellanus erat. Caſtellæ enim Regna florentiſsima omnium Hiſpaniarũ Regnis ac Prouintijs ſunt, cunctarũq; ſcientiarũ alũnis procreãtia, ĩgenio pſpicaces.

Regna

rat; nã ipſe cudit, ꝙ in Chriſto
non erat, niſi corpus carnale, &
Diuinitas; & tũc bene argueret;
quia corpus nõ intelligit. Non
animaduertunt ꝙ ibi erat ani-
ma humana in corpore huma-
no; & ultra hoc, erat ibi Diuini-
tas. Ipſe Rabbi credebat, quòd
per Diuinam naturam unitam
Meſsiæ, fruſtra eſſet ibi anima.
Sed Nos Chriſtiani credimus
Meſsiam uerum hominem ex
corpore & anima, ſicut quilibet
homo habet corpus, & animã:
& credimus illam naturam hu-
manam in Meſsia aſſumptã per
Deum, & unitam Diuinæ natu-
ræ. [a] Modo ceſſat argumentum
iſtius Rabbi, quia corpꝰ anima-
tum Meſsię, intelligit rationem
Animæ, & eſt ſeruus Dei inquã-
tum homo. Ad id quod dicit,
149 quomodo uidit ſemen longę-
uum? Reſpon. Quod eius diſci-
puli, & Apoſtoli, [b] & Chriſtiani
ſequentes eos, fuerunt Semen
Meſsiæ. Et ſic ipſe dixit ſuo ore
interrogatus, ſeu incitatus, ꝙ
Pater ſuus, & mater ſua, & fra-
tres, &c. Matth. 12. c. in fine. Et
etiam iudæi in Talmud, dicunt;
quòd diſcipuli uocantur filij
chariſsimi. [c] Quid ergo delirat
hic Rabbi, cum ſua affectata cęcitate? Remanet
ergo iſte Rabbi cõfuſus, quòd iſta Prophetia eſt
duriſsima ei, & omnibus iudæis nolentibus cre-
dere, quòd Ieſus Chriſtus fuit uerus Meſsias. Di-
150 cunt etiam aliqui iudæi, quòd ibi, ubi tranſtulit
B. Hieronymus: Propter ſcelus populi mei percuſ
ſi eum; ſtat malè: quia debet dicere: Propter ſce-
lus populi mei percuſsi eos; quia in Hebræo eſt
litera;

Regna Caſtellę di
xi: & non Regnũ.
Duplex namq; eſt
Caſtellæ Regnũ.
Caſteltæ ueteris,
ſeu antiquæ Re-
gnum; in quo cele
berrima, Catholi
ca, totoque mun-
do uenerabilis Sal
mantina Vniuerſi
tas, mater mea dul
ciſſima, ſita eſt. Al
terum eſt Caſtel-
lę nouæ Regnum:
quod etiam Re-
gnum Toleti nun
cupatur. In quo
Regia Philippi. 2.
Catholici Regis
Curia reſidet. In
eo etiam ſita eſt
Imperialis Ciui-
tas illa Toletana
patria mea, toto
Orbe celebratiſſi
ma: atque Secun-
da florẽtiſſima Hi
ſpaniarum vniuer
ſitas, quæ complu
tenſis (Hiſpanè:
Alcala de Hena-
res) appellatur.

a Vt probat (ut
alia omittamus)
Sancta Romana
Eccl. in Symbolo
S. Athan. ibi: Perfe
ctus Deus, perfe-
ctus homo ex ani-
ma rationali, &
humana carne ſub
ſiſtens. Plena ſunt
Catholica Conci
lia.

b Apoſtoli fuerũt
12. nominati, Mat
thæ. c. 10. De qui-
bus uide laudes
mirabiles per Al-
uarum Pelagium.
de Planctu Eccle.
c. 63. lib. 1. Diſci-
puli autem princi
pales Chriſti fue-
runt. 72. ut habe-
tur. Lucæ. cap. 10.
Quorum nomina
diligenter recen-
ſet Pau. Gryſal. in
lib. Deciſiones Ca
tholicæ. uer. Apo-
ſtoli. nu. 15. Et ui-
de mirabilia mul
ta, quæ de Apoſto
lis in communi, &
de quolibet parti
culari tradit ex Sa
cris Doct. F. Ioan.
Ludouicus de Vi-
ualdo. in li. Opus
Regale. tractatu
de pugna part. ſen
ſitiuę. fol. 39. & ſe
quentibus.

c Et Ioan. 3. Vide
te qualem charita
tem dedit nobis
Pater, ut filij Dei
nominemur & ſi-
mus. Et rurſus. ca.
1. Dedit eis pote-
ſtatem filios Dei
fieri, &c. Et hinc
eſt, quòd diſcipu-
lus debet obedire
Magiſtro ſicuti Pa
tri. probat Barto-
lus. in l. Omnes
populi. ff. de iuſt.
& iure. quem re-
fert, & ſequitur Al
beric. in Diction.
uer. Diſcipulus.
Truffa



litera: Lamo, quæ eſt pluralis nu-
meri; Vnde dicunt, ex hoc appa
ret, quòd loquitur tota prophe-
tia de populo Iſrael. Sed iſta eſt
magna extorſio, & contorſio ad
textum dictæ prophetiæ, vt lo-
quatur de populo Iſrael; & dicat
quòd propter ſcelus populi mei
percuſsi eos, ſ. populum. Item,
quia vt vides, Talmudiſtæ, & Io
natas, dictam prophetiã de Meſ
ſia loqui voluerunt. Item quo-
modo poſſet de populo loqui,
cùm dicit: Omnes nos quaſi o-
ues errauimus, vnuſquiſque in
viam ſuam declinauit, & Deus
poſuit in eo iniquitatem om-
nium noſtrum? Quomodo uer-
bum (in eo) poſſet referri ad po-
pulum Iſraelis; ſi omnes, dicit
quòd errauerunt? Et diligens lector poteſt uide- 151
re alias quàm plurimas extorſiones. Et licèt non
ignorem quòd Rabbi Cahadias gloſſator iudęus
dicat loqui dictã prophetiã de Hieremia Prophe
ta; totũ tamen eſt fugere; & eſt una truffa [a] Nec
ſeruiunt eorum declarationes, niſi vt veritatem
fugiant, & obcęcent oculos ſuos, ne veritatem vi
deant, & conuertantur, & ſanentur. Neceſſe eſt er
go quòd de Meſsia loquatur. Si igitur de Meſsia
loquitur dic mihi vbi eſt magis declarata paſsio,
quàm in illa Prophetia? [b] Et illud verbum: Lamo, 152
Hebraicum, non ſemper eſt plurale; imo aliquan-
do eſt ſingulare, vt habetur Iob. ca. 20. in verbo;
Halemo, quod eſt ſingulare, quia iſta dictio; mo,
aliquando, ſecundum Grammaticam Hebręam,
refertur numero ſingulari; aliquãdo plurali, pro-
ut conuenit hiſtorię. Quid plura? vt iam ſupra di
xi, tui iudæi Bibliæ antiqui Gloſſatores in tem- 153
pore Talmud, ante Domini noſtri Ieſu Chriſti
aduentum, (Talmud enim, licet poſt aduentum
fuerit ſcriptum, [c] ſeu compilatum ex traditioni-
G bus

a Truffa: latinè di
xerim, nugacitas,
Hiſpanè: burleria,
inuencion, falſe-
dad, Italicè, una
baia, una minchio
neria.

b De qua inquit.
D. Auguſt. lib. 18.
de Ciuit. Dei. cap.
29. hanc Iſaiæ pro
phetiã magis poſ-
ſe dici Euange-
lium narrans fa-
cta, quam prophe
tiam. In quo om-
nes conueniunt, &
unicuique patet.

c Initium habuit
hoc opus (ut ipſi
Talmud expoſito-
res ſcribunt, & no
tat Bibliotheca ſã
cta lib. 2. litera. T.
S. Thomas Aqui-
nas,) Anno. 150.
poſt ultimam Hie
roſolimæ cladem,
à Iuda Simonis fi-
lio, qui legis, Pro-
phetarumque ex-
planatiões, & ſcri-
pta omnia, quæ ſu
pra memorati Rab
bini, cæteriq; Do
ctores tàm ante,
quàm poſt Chri-
ſti aduentum ea-
tenus ſcripſerunt,
in unum comple-
xus eſt uolumen,
qđ: Miſna, ideſt,
iteratã lectionẽ,
ſi uere petitionem
nuncuparunt. An-
no uerò ab eadẽ
poſtrem a uaſtatio
ne Hieruſalem.
300. Rabbi Ioan-
nam, aſſumptis ſi-
bi Collegis Rab,
& Samuele ipsũ
Miſna, & alia quæ
dam ſcripta in v-
num uolumen cõ-
iunxit, quod Thal
mud Hieroſolimi
tanũ, quoniam in
ruinis Hieroſoli-
mitanæ Vrbis ſcri
ptum eſſet, uoca-
uerunt. Rurſus.
Anno 436. ab eo-
dem excidio, qui
fuit Annus Chri-
ſti 476. Rabbi Aſ-
sè, & Rabbi Ham
mai, habitantes in
Babilone Aegyp-
ti, quæ nunc Cay-
rum dicitur, om-
nes ſuperiorũ ſcri
pturas in unum re
digentes, conſtru-
xerunt nouum cor
pus multorum uo
luminum Thal-
mud

mud Babylonicũ nũcupatũ. Quod, cùm morte præuẽti perficere nequiuiſſent: Rabbi Mayr, Rabbi Aſsè filius operi ſupremam manum impoſuit. Hęc Bibliotheca Sancta. ſup. Et, qualiter hoc uolumẽ fuerit prohibitum, &c. uide ſupra nu. 42. Et uide multa quæ tradit Fauſtinus Taſſus. Raggionamento 1.

a Et quòd Meſſias ſit Deus, patet hoc forti argumẽto, qđ tradit Fauſtinus Taſſus. Ragionamen. 2. in fine. uidelicet: Si alius quàm Deus redimeret hominẽ; homo ſic illi ſuo eſſet obligatus redemptori, quemadmodum & creatori. Imò plus illi, quàm iſti, quia, ſecundum communem Doctorum, maius eſt opus redemptionis, quàm creationis. Si ergo creatura aliqua hominem redemiſſet, magis obligatus remaneret ei homo redemptus, quàm Deo Creatori; quod homini, Deo immediatè ſubiecto, non conueniebat; cùm ipſe omnibus alijs creaturis ſit ſuperior: Cui Deus dixit Geneſ. c. 1. Dominamini piſcibꝰ ma

bus antiqs; ante aduentũ fuit cõ
poſitũ) gloſsãtes Pſal. Misericor
dias Dñi in æternum cantabò,
ad finem (qui eſt Pſal. 88.) clarè
vaticinantes Meſsiam, pro po-
pulo paſsurũ, ſcribunt in gloſſa,
quę Hebraico vocabulo apud e-
os dicitur: Medraſtilimzota: qđ
eſt dicere: gloſſa Pſalterij parua.
in Pſal. 17. Diligã te Domine, ſic
inquiunt: Cùm uenerit Meſsias,
qui vtinã diebus noſtris celeri-
ter veniat; non dicent homines
aliquod cãticum lætitiæ, donec
fuerit vituperatus Meſsias, ſecundũ quod ſcriptũ
eſt in Pſal. Miſericordias Dñi, &c. ad finẽ. ibi, ubi
dr̃: Quia vituperauerunt moras Chriſti tui. Hæc
ille. Imo plus uaticinati ſunt dicti Talmudiſtę de
154 Chriſto, dicẽtes: ꝙ Meſsias debebat eſſe ſaluatus,
& ꝙ ſua ſaluatio erat ſaluatio populi Iſrael. Vnde
in Pſ. 12. Vſquequò Dñe obliuiſceris me: ibi in fi
ne Pſalmi. vbi dr̃: Exultabit cor meum in ſalutari
tuo; dixit Rabbi Abhu: Iſte eſt unus de textib. du
ris totius Sacræ ſcripturæ: ꝗa ſaluatio Dei, eſt ſal-
uatio populi Iſraelis. Nõ. n. dicit hic: ĩ Salutari no
ſtro: ſed, in ſalutari tuo dixit Dauid: Salutare tuũ,
ideſt ſaluatio tua eſt ſaluatio nr̃a. Hęc illi, ubi ſu-
pra. Hoc idẽ repetũt in Pſ. 90. Qui habitat in adiu
torio altiſsimi. in fi. vbi dicitur: Longitudine die
rũ replebo eũ; & oſtendã illi ſalutare meũ: Dicũt
dicti Talmudiſtę: hic eſt de duris textib. Sacrę ſcri
pturæ, ꝗa ſaluatio Iſraelis, eſt ſaluatio Dei. A pri-
mo ad ultimũ, uides iudæe ꝙ Meſsias, ꝗ erat ma
ior Angelis, & ſic erat Deus, debebat pati mortẽ,
ut in ꝓphetia Iſaiæ, ꝓ peccatis populi, debebat vi
tuperari, debeat ſe ſaluare, ut ſaluaret; ſecũdũ qđ
tuæ gloſſæ dicũt. Qđ aliter in Meſsia hæc contin
gere nõ poterãt, niſi eſſet Deꝰ & homo. Homo, ut
pateret: & Deus ut ſaluare poſſet. [a] Patet ergo, ex
cõtextu ꝓphetię, ꝙ erat Meſsias offerendus pro
Sacrificio pro peccatis. [b] Et ꝙ ex eo alia ſacrificia
ceſſare

ris, & uolatilibus cœli, &c. Hæc ille.

b Contra peruerſos Diaboli filios Caluinum, & Buccerum hæreticos, dicentes nullum eſſe in Sacra Euangelica Lege Sacrificium. Contra quos (ultra ea quę hic tradit Auctor, & multa quę adduci poterant) faciunt infiniti ferè Pſalmi. ibi. Immola Deo Sacrificium



cium laudis, & Sacrificate Sacrificium iuſtitiæ, &c. Et Saluator, accepto pane, gratias agens fregit, & dixit: Accipite & comedite. Et confirmatur ex Apoſtolica traditione ut ait Sanctus Epiph. contra Hæreſ. 3. & Choſſoſt. ad populum Antiochen. Conciliũ Cabilonenſe hoc docuit. & habetur de conſecr. diſt. 1. c. Viſum eſt. Florentin. & nouiſſimè Trid. Seſſ. 22. & Sancti Doct. omnes, S. Cyprianus, Ambr. Aug. Theophil. Euſeb. Damaſcen. Greg. S. Th. & alij quos refert, & ſequitur Paulus Gryſald. in Deciſ. Cath. uerb. Sacrificium. & oẽs alii Catholici, quos lõgum eſſet recenſere.

b De quorum Sacrificiorum Legalium ceſſatiõe (ultra ea quę ſupra tacta ſunt) uide Dominicum Sotum. in 4. diſt. 13. q. 2. a. 1. & Paulum Burgẽ. in Scrutin. ſcriptur. diſt. 2. quem latè refert, & ſequitur Arnal. Albert. in rubrica de hæret. in 6. q. 12. §. Quo ad ſextum, nu. 17. & uide Marquard. de Suſſan. tract. de iudæis. 2. p. c. 6. nu. 8. in diui

ceſſare debebant, cùm oblatio
corporis Meſsiæ eſſet pleniſsi-
mũ remediũ ad tollendum pec-
catũ, adeò ut amplius hoſtia nõ
offeratur ꝓ peccatis, vt dicit A-
poſt. ad Hebr. c. 10. ſed fit in me-
moriã paſsionis, & illius ſacrifi-
cij, quod Meſsias fecit de ſeipſo
in Cruce offerẽs ſe in remiſsio-
nẽ peccatorũ. Vnde, illo ſacrifi-
cio celebrato, alia ſacrificia ani-
maliũ ceſſare debebãt, ut dicit
Pſal. 39. Sacrificiũ & oblationẽ
noluiſti; aures aũt ꝓfeciſti mihi.
Holocauſtum ꝓ peccato nõ po-
ſtulaſti: tunc dixi; Ecce uenio, ut
& declarat Apoſt. ad Hebr. c: 10.
ubi pulchre dicit; Aufert primũ,
ut ſequẽs ſtatuat, &c. Et hoc eſt
quod dixit ẽt Malachias. c. 1. Nõ
eſt mihi uoluntas in uobis dicit
Dñs Exercituum; & munus uon
ſuſcipiã de manu ueſtra, &c. Et
ſequit: ab ortu Solis vſq; ad oc-
caſum magnũ eſt nomẽ meũ in
gentibus: & in oĩ loco ſanctifica
tur, & offert Nomini meo obla-
tio munda, ꝗa magnum eſt no-
mẽ meũ in gentibus. [a] Ecce qũo 156
tollunt Sacrificia, ut fiat ultimũ
Sacrificium; ꝗa quod autumãt,
& expectãt iudęi, ꝙ ueniente Meſsia, debeant re-
dire ſacrificia Arietum, & Taurorũ prout prius;
uanè credunt, & expectant. Nam Hierem. c. 7. atte
ſtatur per expreſſum contrarium, ubi dicit: Hæc
dicit Dominus Deus Exercituum, Deus Iſrael;
Holocauſtomata ueſtra addite uictimis ueſtris;
& comedite carnes, quia non ſum loquutus cum
patribus ueſtris, & nõ pręcepi eis in die, qua edu
xi eos de terra Aegypti, de uerbo holocauſtoma
tum, & uictimarum; ſed hoc uerbum præcepi eis

na ſequentia uerba prorumpentẽ, ſ. Et cùm in Chriſtum ipſius Regni Spiritualis, & Sacerdotij ſit facta translatio, ut dictum eſt, omnia ſacra, & Sacrificia Legis veteris mortua fuerunt cum eo in Cruce, quia omnia ordinabantur ad ipſum tanquam ad finẽ, qui uoluit eſſe de Tribu Iuda, & Leui propter Regnum, & Sacerdotium; & Rex & Sacerdos; & cum eo mortua eſt generatio carnalis Regum & Sacerdotum, & ſic mortua eſt generatio Legalis, & Regnum, & Sacerdotium Legale; Et iudæi interficiendo illum, occiderunt generationẽ Iſrael carnalem, & Regnum, & Sacerdotium, eo modo expoliãtes ſeipſos Regno, & Sacerdotio. Item cũ eo perempta ſunt omnia ornamenta

dicens: Audite verbũ Dñi, & ero vobis Deꝰ, & vos eritis mihi populus; & ambulate in oĩ via, [a] q̃ mãdaui vobis, vt benè ſit vobis. Vides manifeſtẽ, qũo intẽtio diuina nõ eſt in holocauſtis victimarũ, nec carnium, ſed eſt ĩ hoc Sacrificio panis, & vini, de quo Sacrificio Meſsias debebat eſſe Sacerdos, vt dr̃ in Pſal. 110. Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinẽ Melchiſedech. De quo ſcribit Geneſ. 14. in fin. At vero Melchiſedech Rex Salẽ, proferẽs panẽ, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altiſsimi, &c. Qđ enim Abrahã comederit de pane, & vino Melchiſedech, nihil ſcribit; ſed ſcribit officiũ Melchiſedech, ſcilicet quòd erat Sacerdos Dei Altiſsimi. Et Pſal. dicit, ꝙ Sacerdocium Meſsiæ debet eſſe ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Apparet ergo manifeſtè ꝙ Sacerdocium Meſsiæ erit in pane, & uino. Et licèt ex ĩſtitutione Eccleſiæ [b] ponat aqua, quia ex latere Chriſti Ieſu Dñi noſtri exiuit sãguis, & aqua; quod fuit ad deſignãdum populum Chriſtianũ; q̃a aquæ ſunt populi, vt dicit textux Apoc. 17. c. tamen, quia uinum eſt maior quantitas, ſumit denominationẽ à uino. Hoc idem probat textus Pſalm. 71. ubi dicitur ſecundum ueritatem literæ Hebraicæ: Erit frumentum in terra in ſummis montium; ſuper extolletur ſuper Lybanum fructus eius, & florebunt de Ciuitate ſicut fœnum terræ. [c] Et gloſſa Caldaica dicit: In ſummis montium, id eſt, in capite Sacerdotum. Et hoc eſt quod dicit, quòd Sacrificium panis fiet ſuper capita Sacerdotum; & fructus

ta Sacerdot. ſcrip
ta ĩ Lege, ſ. Ephor,
157 Rationale, Hume
rale, Mitra, & a-
lia, quæ ordinabã
tur in ipſum tanq̃
Sacerdotẽ in finẽ
Regni, & Sacerdo
tij. Et Paſcha, &
Sabbatum iudæo
rum, & omnia tẽ-
pora legis ad Di-
uinum cultum de
dicata fuerunt in
cinerata, & putre-
facta ĩ ſepulchro,
nũquã reſurrectu
ra. &c. Hæc ille.
a Conſidera mira
bilem utriuſq; lè-
158 gis cõnexionẽ, &
correſponſionẽ. In
ueteri enim lege,
ut hic patet, præ-
ceperat Deꝰ dicẽs;
In oĩ uia, quã mã
daui uolis &c. In
lege uerò Euãgeli
ca ſignificãs Chri
ſtus ceremonialia
legis Moyſi ſubla
ta eſſe; cùm diſci-
159 pulos ſuos miſit,
dixit illis. Ite, ac
docete oẽs gentes
ſeruare oĩa quęcũ
que p̃cepi uobis.
non enim quæ in
Lege Moyſi ſunt:
ſed quæ p̃cepi uo-
bis. Marquar. ſup.
b De neceſſitate p̃
cepti, & non de eſ
ſentia Sacramẽti,
160 ut quidã malè di-
xerũt, quos repro-
bauimus in Cãde
labro noſtro Au-
reo. 1. p. tit. De Eu
chariſtia. n. 42. Et
ultra hanc rõnem,
miſcetur aqua ui-
no, duab. aliis de

cauſis, quas omnes
tres ponit Concil.
Trid. Seſſ. 22. ca. 7.
& Can. 9. & Docto
res, quos citauimꝰ
in dicto Candela-
bro ſupra. nu. 43.
Prima, quia Eccle
ſia tenet Chriſtũ,
uinum aqua mix-
tum conſecraſſe.
Secunda, quia ſe-
cundum gl. uer. ui
num. in c. In calĩ-
cẽ. de conſ. diſt. 2.
Melchiſedech ui-
nũ obtulit ſimplia
tũ. Tertia, q̃a hoc
competit ad ulti-
mum effectũ huius
Sacramẽti, qui eſt
introitus Paradiſi
quas ponit. S. Tho.
3. par. q. 74. a. 6. Et
qualiter p Melchi
ſedech, cuius non
ĩgenitur pater, uel
mater in Sacris li-
teris, figuretur ue-
rè Chriſtꝰ. uide Ia
cob. Valẽt. & alios.
in d. Pſ. 110. & me
lius. F. Io. Ludo. Vi
ual. infra. in §. De
reparatiõe Vrbis.
c Ita exponit. S.
Anton. 3. p. tit. 14. c.
5. & Iac. de Valen-
tia. ſupra.

a De



fructus eius. ſ. illius Sacrificii, extolletur ſuper libanum. Libanum enim apud iudæos erat Tẽplum Hieruſalem, ut dicunt in libro, qui vocatur apud eos; Ioma impereçh taraf becalſi: ubi dicitur quòd Rabbi Ioannam Benzacay exclamauit cõtra portam Tẽpli, q̃a per ſe aperiebãtur circa Chriſti aduẽtum, cùm ante nõ aperirentur niſi per uim, & ingenium multorum miniſtrorum, tantum erãt magnæ, & graui ponderoſitate ferè immobiles. Et dixit: ego uideo, Tẽplum; ꝙ tu es proximum ruinæ. Et hoc eſt, quod de te prophetizauit Zacharias, cap. 11. Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuos. Ecce, ꝙ Templum uocat Libanum. Et dicit Pſalmus, ꝙ fructus huius Sacrificij, erit maioris exaltationis, q̃ ſacrificia antiqua Libani, quod eſt Tẽplum Hieruſalem, [a] ubi fiebant ſacrificia Arietum, & Taurorũ. Ecce quomodo deuẽtum eſt ad probationem, & clarificationẽ huius quarti, cum ſuis corollarijs, ubi dicebatur, ꝙ huiuſmodi ſacrificium debebãt facere ceſſare alia ſacrificia: quia extolletur ſuper Libanum. Et quia ſacrificium & oblationẽ noluiſti; tunc dixi: Ecce uenio. [b] ¶ Item ꝙ durabit uſq; ad finem ſæculi, q̃a tu es Sacerdos in æternũ, &c. Quid plura? Vt tu iudæe uideas quid præfiguratiuè tui maiores Talmudiſtę ſenſere de hoc ſacrificio, in eius figura, q̃ fuit Mãna cęleſte [c] datũ iudæis ĩ deſerto; & quo modo

a De cuius Tẽpli
magnitudine, ſum
ptuoſitate, ornatu,
apparatu, pulchri
tudine, diuitijs, et
cæt. (ultra ſacras li
teras) vide S. Th. 1.
2. q. 102. a. 4. ad 2.
S. Ant. 2. p. tit. 5. ca.
14. §. 2. late Paul.
Gryſal. in li. Deci
ſio. Cathol. uer. Tẽ
plum. nu. 1. vbi ve
re qualiter per om
nes nationes fuit.
Templum, uel Al-
tare erectum: con
tra impios Luthe
ranos. Qualiter ẽt
Salomon compo-
ſuerit librũ quen
dam de reb. ad Tẽ
plũ pertinentibus;
vide Sixtum Senẽ.
in Biblioth. Sãcta.
lib. 2. litera S. pagi
na (mihi) 101. & ui
de pulchra multa
quę tradit F. Io. Lu
do. Viuald. in lib.
Opus Regale. in
fi. in Tract. de ma-
gnificentia Salo-
monis.
b Vltra D. Augu.
Iacob. Valen. Ti-
telni. & alios ſcri-
bentes ſuper hunc
Pſalm. 39. uide e-
tiam. S. Anton. 1. p.
titu. 13. c. 1. §. 1. Et
qualiter intelliga
tur illud uerbum
huius uerſiculi: In
capite libri ſcri-
ptum eſt de me. vi
de. D. Auguſt. Gre
gor. Hieron. & Ar
nob. quos refert, &
ſequitur Sixtus Se
nen. ſupra. litera
V. in §. Liber uicæ
ſecundus.

c Multas alias fi-
guras Sanctiſſimi
Euchariſtiæ Sacra 161
menti, poteris ui-
dere, ex Doctori-
bus in Candela-
bro noſtro Aureo.
1. p. titu. de Eucha
riſtia. in prin. Sed
de Manna, prout
præſens tangit ne
gociũ: uide S. Tho.
in 4 diſt. 8. q. 1. a. 2.
D Bonauen. & om
nes ibid. Bibliothe
ca ſancta. li. 6. An-
notation. 196. Man
na fuit figura cor
poris Chriſti, quia
ſicut alimentũ Cę
leſte æqualiter ſin
guli colligebant:
ſic cœleſtem gra-
tiam, poſt modum
ſcrutamur omnib.
æqualiter diuĩdi.
tex. in c. Nec quẽ-
quam, de conſecr.
diſt. 4. Et ſicut po
tior eſt lex, quàm
umbra, & ueritas
quàm figura: ſic
corpus Chriſti di
gnius eſt, quàm
Manna. tex. in cap.
Reuera. de cõſec. 162
diſt. 2. Notat Albe
ricus in Dictiona
rio. uer. Manna.
Paulus Gryſald. in
libro Deciſiones.
uer. Manna. Et qua
re dicatur Panis
Angelorum Man-
na, uide D. Auguſt. 163
in quęſt. veteris, &
noui Teſtam. q. 20.
Hector. Pintus. in
Iſaiam. c. 1.

a Quod

modo traditio antiqua tuorum Iudæorum con-
cordat cum verbis claris noſtri Glorioſi Meſsiæ;
Audi, quid dicant Iudæi in libro, Ioma. in c. Diei
propitiationis; quod dicitur Hebraica lingua; Pe
164 rech, Iomhaqui purõ, dicitur ibi, q̃d dicitur Exo.
16. q̃d Manna erat quaſi ſemen Coriandri Albũ,
hoc erat, quia dealbabat peccata populi Iſraelis.
¶ Item, q̃d dicitur num. 11. circuibat populus, &
colligens. &c. Quomodo hoc fiebat? Reſponde-
tur ibi, qualiter colligebant Manna. &c. ¶ Item,
Tu iudæe vides ibidem, parum poſt, ſcribitur de
Manna, quòd erat panis; & ſcribitur, ꝙ erat Tor-
tulæ: Et ſcribitur quod frangebatur mola, aut te
rebant in mortario. Quomodo hoc fiebat? Re-
ſpondetur ibi: iuſtis erat panis: mediocribus, tor
tula; malis neceſſe erat quod frangeretur mola,
165 aut terebant in mortario. ¶ Item inuenies ibi-
dem, tu iudæe: panem Angelorum manducabit
homo. Pſal. 77. dicunt Rabbanan, quod eſt dice-
re omnes Rabbini, ſue magiſtri; panis eſt quem
Angeli miniſtri diuini comedunt illum; ſecundũ
Rabbi Aquiba; Et licèt ibi Rabbi Imael dicat,
quod non benè dixit Rabbi Aquiba, quia An-
geli non comedunt; tu iudæe tamen ſcis, quòd
Rabbi Aquiba eſt maioris auctoritatis, & cæte-
ri Rabbini, quàm Rabbi Iſmael, & etiam, quia
Pſal. 104. dicit: pane cœli ſaturauit eos. Ecce,
quòd vocat eum panem cœleſtem. Quem, e-
tiam non benè reprehendit ille Rabbi Iſmael,
quia ſctiptum eſt, quod Angeli apud Abraham
comederunt. ¶ Item, quia comeſtio alia tem
166 poralis, alia eſt ſpiritualis. De ſpirituali ſunt
plures textus in Sacra Scriptura, vt eſt videre
de Angelis, qui cum Abraham comederunt,
vt habetur. Geneſ. 18. Et etiam Exod. 24. ibi.
Videruntque Deum, & comederunt, atque bi-
berunt. & gloſſa Caldea dicit: quod perinde
eis placuit Dei viſio, ac ſi comederent, & biberent. Nõ curo allega
re textus noui teſtamenti, adhoc; quia iudæus non recipit [a]. Proſe
167 quor vlterius: dr̃ in dicto loco, ſiue cap. ꝙ Manna erat talis cibus,
& ſic ſpiritualis, q̃d non faciebat ſuperfluitates, ſed in mẽbris co-
medentium

a Quod patet clarè, ex cõmuni Doctorum opinione tenentium Euchariſtiam vno, ex tribus modis ſumi, vel manducari poſſe, vt latè diximus in noſtro Candelabro Aureo. 1. p. tit. de Euchariſtia, nu. 127. Primò, Sacramentaliter tantum vt, cùm quis in mortali peccato cõmunicat. Secundò. Spiritualiter tãtùm, vt, cùm quis in gratia exiſtens recipit rem Sacramenti, i. gratiam, deſiderando Charitatis zelo Chriſto vniri, ſacramentaliter cõmunicãdo. De qua communione Sacramentali, in voto; quæ ſpiritualis tantum eſt, intelligitur tex. in ca. Vt quid paras. De cõſecr. di. 2. Tertio modo, Sacramentaliter, & ſpiritualiter ſimul; vt cùm quis dignè cõmunicat. Talis, Sacramentum recipit, & rem Sacramenti. i. gratiam. De qua communione intelligitur illud Ioan. 6. qui manducat hunc panẽ. viuet &c.

a Pau. 1.



medentium incorporabatur ſine aliqua ſuperflui
tate, ꝙ ex eo fieret, aut ex corpore comedentium
exitet; & hoc, ſi comedentes erant iuſti. Et ſi obij 168
cias; qũo mandabatur iudæis. Deute. 23. q̃d gere-
rent paxillũ in balteo ad reqſita naturæ; cumq;
ſederis fodies per circuitum, & egeſta humo ope
ries. &c. Reſpondet ibi: poſtquã peccarunt, dixit
eis Deus Sauctus. Ego dixi vobis, ꝙ eſſetis corã
me tanq̃ Angeli miniſterij. Modò, qa peccaſtis,
ego dabo uobis laborem circumeundi vltra tres
leucas, &c. quaſi velit, Manna faciet in vobis ſuꝑ-
fluitates, & non conuertetur in vobis, vt ſit cibus
miraculoſus, & cęleſtis, ꝑꝑ peccata veſtra: imò e-
rit cib⁹ cõis, & tꝑalis, vt oporteat vos egerere, &
exire extra caſtra vltra tres leucas, & ducere vo-
biſcũ paxillũ ad cooperiẽdũ egeſtiones veſtras.
Animaduerte iudæe mirabilia ſecreta gẽtis tuæ 169
ſuꝑ Mãna, q̃d datũ fuit patribus tuis in deſerto,
qa in corporib. hoĩum iuſtorũ, vniebat̃ corporib.
eorũ, & tollebat, ſeu dealbabat eorũ peccata; & e-
rat panis, quo Angeli veſcebant̃, & iuſtis erat pa-
nis: mediocrib. tortulæ; malis neceſſe erat, q̃d frã
gerent mola. ¶ Item, quando peccabant, facie- 170
bat eis Manna ſuperfluitates; & oportebat eos
exire extra caſtra. Quando erant iuſti, vnieba-
tur corporibus comedentium, vt non exiret eo-
rum corpora. Modò, coniunge verba Ieſu Chriſti, quæ dixit iu-
deis, Ioan. 6. Hic eſt panis, qui de cęlo deſcendit; non ſicut man-
ducauerunt Patres veſtri Manna, & mortui ſunt; qui manducat
hunc panem, viuet in ęternũ. Ex his verbis videbis luce clari⁹ hui⁹ 171
Sacri antiq̃ figuram mannæ; quã figurã iudęi ſic declarabãt, ut per
eã, ablutionẽ peccatorũ reciperent, dũ eſſent in deſerto. Sic eſt de
iſto pane cęleſti huius Sacramenti, vt dum ſumus in deſerto, & exi
lio huius uitæ, iuſtos recipientes dealbet à peccatis; vniatur eo-
rum corporibus; ſit eis cibus cœleſtis. Si verò fuerint indigni,
iudicium ſibi manducant, & bibunt, non dijudicantes corpus Do
mini [a]. Et hoc eſt q̃d erat iniuſtis mãna tortulę, aut ꝙ erat eis ne- 172
ceſſe terere mortario aut mola: faciebatq; eis ſuperfluitates; quaſi
vellent, ꝙ non erat panis ſuauis illis, ſicut nec hoc ſacrm̃ recipienti
bus in peccato, imò exit corpus eorum [b], & eis eſt ad dãnationẽ,
ſicut fuit Iudæ Iſcariothi, in peccato hoc ſacramentum recipienti.
Quis

a Pau. 1. Corin. 11. Et quos fructus faciat Sacroſanctũ Euchariſtiæ Sacramentũ dignè ſumptum; diximus latè in noſtro Cãdelabro. ſup. nu. 167. vbi multa ſcitu digniſſima reperies.
b Non intelligas ſimpliciter, vt ſonat, ſic. n. falsũ eſt: Nam Dominus noſter Ieſus Chriſtus in ſacramẽto Euchariſtiæ à quocũque (o bonitas ĩfinita) iuſto, uel iniuſto, uel ẽt aĩali bruto ſumat̃: ibidem tandiu perſeuerat; quãdiu ſpecies ſacramẽtales ibi inueniuntur incorruptæ. Quã cõcluſionem de fide eſſe reſoluim⁹, ex Concil. Trid. ſeſſ. 13. can 4. & alijs, in Cãdelabro Aureo. ſup. nu. 72.

a Nec.

Quis enim iudæus ſapiens, qui
legerit prædictam traditionem
Talmudicam, quod non eſt in
textu Bibliæ, [a] ſed ex textu iu-
dæi extraxerunt, non dicet eos
delirare ſuper Manna, niſi in fi-
gura dixerint, & cur? Si, in veri-
tate erat, vt tolleret peccata, ceſ
ſauit in ingreſſu terræ ſanctæ, ni
ſi in figura hoc cōtingeret, qua-
ſi Sacramentum, quod figura ſignificabat debe-
re ceſſare in ingreſſu cuiuſlibet in terra Sancta,
173 quæ eſt vita cœleſtis, vbi ceſſat huiuſmodi ſacri-
ficium, & etiam ceſſabit in fine mundi, [b] cum
erimus omnes, Deo dante, in terra Sancta, quæ
eſt ipſa gloria cœleſtis? Attende etiam iudæe ad
illud, quod dicitur in gloſſa, ſiue Medras Pſalte-
rij, in Pſal. 56. vel, ſecundū noſtrum numerum 55.
Qui incipit: Miſerere mei Deus, qm̄ conculcauit
me homo; ibi, vbi dr̄: In me ſunt, Deus, vota tua,
174 quæ reddā laudationes tibi: dixit Rabbi Pinhas,
in noīe Rabbi Leui; Tempore futuro, oēs oꝛones
ceſſabūt, & laudatio, ſiue cōfeſsio nō ceſſabit. Et
oīa ſacrificia ceſſabunt, & ſacrificiū laudis nō ceſ
ſabit. Et hoc eſt, qđ ſcribit Nehemiæ. 13. c. Stete-
runtque duo Chori laudantium in domo Dei.
Vnus erat Chorus laudationis, qui eſt oratio; &
alius ſacrificij. Hæc tui Rabbini dicunt ſuper di-
cto Pſalm. Habes ergo, quòd ſacrificia debebant
ceſſare, & illorum loco debebat fieri ſacrificium
175 laudis. Et hoc eſt quod dicitur Pſal. 49. vbi poſt-
quàm repellit ſacrificia uictimarum; inſtituit, ſi-
ue prophetat de iſto, ibi, cùm dicit: Nunquid
manducabo carnes Taurorum? Immola Deo ſa-
crificium laudis, & redde Altiſsimo uota tua. Et
demum, in fine Pſal. Sacrificium laudis honorifi-
cabit me, & illic iter quo oſtendam illi ſalutare
meum. Quaſi uelit, per alia ſacrificia nō erat uia
ad ſalutem, ſicut per iſtud ſacrificium laudis. [c] Iu
deæ, quis non uidet ſacrificia carnium repulſa;
& ſacrificium laudis, quod eſt Euchariſtiæ, quæ

a Nec mirū, quia Caiphas iniquus prophetauit, ut eſt notum in Euangelijs. Et Aſſina Balahā docuit dn̄m ſuum, uoluntate Dei, vt habetur. Numer. c. 22. Et ipſe Balahā verè prophetauit, ex inſpiratione Dei, licèt eſſet propheta dæmonis, vt ait S. Th. 2. 2. q. 172. ar. 6. vide Biblior. Sanctā, lib. 2. litera B. & tex. in c. ſicuti, & c. nos. § item Paulus. 2. q. 7.

b Dicēte ipſo Domino: Ecce vobiſcū ſum omnibus diebus, vſq; ad cōſummationem ſæculi. Matth. c. vlt. in fine.

c De laudibus, ſanctitate, ac excellētia Sacroſancti Euchariſtię Sacramēti, vltra infinitos ferè tractatus ac Sanctorum Homilias, uide opuſculum. S. Thomæ, cuius oīs quaſi materia ſummatur in illa Proſa, uel ſequētia, quæ dr̄ in Miſſa corporis Chriſti, q̄ incipit: Lauda Siō Saluatorē. Et uide quæ diximus in Candelabro Aureo. 1. p. in principio de Euchariſtia. Quæ omnes diuinæ laudes poſſunt optimè cōp̄hendi in illo verſu Pſalmi 110. videlicet. Memoriā fecit mirabiliū ſuorū Miſericors, &c. quem omnes de Euchariſtia interpretantur. Et vide mirabilem tex. & ibi Doct. in Clemen. 1. de reliq. & vener. Sanct. & in c. quid ſit, de conſecrat. diſt. 2.

a Eu-

eſt



eſt bona gratia, [a] inſtitutum, & prophetizatum? 176
Et, attende, quòd iſtud ſacrificium uocatur lau-
dis ſacrificium; quia cum laudibus, & gratijs di-
uinis, quas Deo facimus pro tanto ſacrificio no-
bis dato, illud offerimus. Et debes ſcire, quòd in 177
ſacrificio laudis in figura, quod fiebat tempore
Legis Moyſi, plus offerebatur de pane [b] quàm in
alijs ſacrificijs; vt clarè videbis Leuit. 7. c. Vides,
quomodo figura reſpondet figurato. Et quis nō
videt, quòd iſtud eſt ſacrificium mundū, & mun
dius quàm aliud, quod fuit oblatum, nec offerri
poſsit? Quod eſt illud quod Malachias dixit: In
omni loco offertur mihi oblatio munda, ut ſupra
allegaui. Quin etiam, nunquam fuit in mūdo, in 178
omni loco tam uniuerſale ſacrificium, & tantum
durauerit, prout dicto ipſius Malachię conuenit,
& ipſi veritati, ſi cęcus non es, res ipſa corre-
ſpondet.

¶ *Quintus principalis articulus primæ partis, videlicet, quod celebrato ſacrificio corporis Meſſiæ, debebat lex noua per electos Meſſię, in cordibus hominum infundi, vbi ponitur Prophetiarum vet. Teſtam. diſcurſus de ijs, quæ de Chriſto prophetata ſunt.*

QVintum uerò, quod propoſui, videlicet, ꝙ 179
hoc ſacrificio corporis Meſsiæ facto, fides
noua debebat infundi in cordibus hominū per
electos, ſeu diſcipulos Meſsiæ. Satis hoc aſtruit
Iſaias. 12. cap. ibi, vbi dicit: Et haurietis aquas in
gaudio, de fontibus Saluatoris. Dicit enim ibi
Propheta, & dices in illa die; Confitebor tibi Do
mine, quoniā iratus es mihi, ſcilicet propter pec
catum Adæ, abſtuliſti mihi gloriam, cōuerſus eſt
furor tuus, & conſolatus es me. ſ. recipiendo hu-
manitatem: Ecce Deus Saluator meus, fiduciali-
ter agam, & nō timebo. ſ. poſtquā tu aſſumpſiſti humanitatē, quia
fortitudo mea, & ſalus mea Dn̄s, & factus eſt mihi in ſalutem ſcili
cet per paſsionem tuam. Et ſequitur: Haurietis aquas, in gaudio, 180
de fontibus Saluatoris: dicit gloſſa Caldaica Ionathæ filij Ozielis:
Et recipietis legem nouam in gaudio ab electis iuſtis. [c] Iſta gloſſa

a Euchariſtia, n. Græcè, Latinè bona gratia interpretatur, ſecundū omniū communē intract. huius Sacramenti, & habetur expreſsè, in c. multi. 1. q. 1. in medio.

b Imò nota bene, quòd offerebātur pānes azimi, ut denotetur Euchariſtiæ ſacramentum Eccleſiæ Latinæ, quæ in azimo pane conficit. Offerebantur deinde fermētati panes, quibus Euchariſtia, q̄ à Græcis in fermētato conficitur, demonſtraretur.

c Super quo. D. Hieron. ait: Quē ſupra, Emanuel, deinde; ſpolia detrahe, feſtina prædari, & reliquis appellarat nominib. ne videretur alter eſſe præter eum, quem Gabriel virgini nuntiauit dicens: Et uocabis nomē eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet Populū ſuū; nunc uocat Saluatorē. De cuius cap. 12. Iſaiæ expoſitione. vide late Abulēſem. Hector. Pintum. Leonem Caſtrum,

 cogit

cogit vt totum hoc capitulum loquatur de Incarnatione, & paſſione, prout expoſui: maximè iuncto fine, vbi dicit: Exulta, & lauda habitatio Siō; quia magnus in medio tui ſāctus Iſrael. Si enim aqua haurienda eſt de fontibus Saluatoris; & aqua eſt lex noua, quia dicunt Talmudiſtæ, quòd aqua ſignificat legē,[a] neceſſario totum capitulum loquitur de Meſsia. Quia, ſi lex noua eſt danda iuxta mentē gloſſæ Caldeæ; omnia alia exponenda ſunt de Meſsia, quem ſæpè vocat Iſaias; Sanctus Iſrael, pluſquàm cæteri Prophetæ. Quia, re vera, erat Deus ſanctus, & erat Iſraelita. Et legem nouam nemo poterat dare poſt Legem Moyſi, niſi Meſsias. Quis, enim alius (dic mihi iudæe) poſſet legē nouam dare? Certe nemo.[b] Et, quòd iſta Lex eſſet danda per Apoſtolos, vt dicit gloſſa Caldaica, probat Hieremiæ Prophetia, in c.3. ibi, cùm dicit: Et dabo uobis paſtores, ſecundū cor meum, & paſcent uos ſcientia, & doctrina. Quod non poteſt intelligi ſanè, niſi de Apoſtolis,[c] cui publicarunt legem Euangelij, ꝑ illud quod ſequitur: Cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra, in diebus illis, ait Dominus, non dicent vltra:

Arca

ſtrū, & alios ibid. Fauſt in. Taſſum. [Ragionamēto 2. Pro quo nota Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū in diuinis literis triplici appellari nomine ſuo muneri conuenienti. Primo.n. appellatur Saluator. Vt hic, & Pſ. 24. Quia tu es Saluator meus, & in alijs. Secūdo, dicitur Salus, ut in Pſ. 26. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea. Dicitur etiam ſalutare, vt
181 Pſal. 52. & 84. Geneſ. 49. Salutare tuum expectabo. Iſaiæ. 40. Habac. 3. & Zach. 9. Quibus cum Patribus concordare uoluit Sanctiſſima Virgo Maria, dum Lucę. 1.c. Canticum intonauit dicens: Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. De cuius expoſitione, ver. Iacob. Valentiam, ibidem.
a Qualiter per a-
182 quam intelligatur Spiritus Sācti gratia, quam daturū ſe promiſit Chriſtus. Ioan. c.4. vide latè Hect. Pintum, ſupra. Aqua etiam accipitur pro ſciētia. Eccleſiaſt. 15. Aqua ſapiētię potabit illum, &c. Aquæ etiam accipiuntur pro Choro Apoſtolorum. Aquæ omnes, quæ ſuper Cœlos ſunt, laudent nomē Domini. Ita Gregor. Pſal. 148. Vox Domini ſuper aquas. Pro iuſtis accipitur Pſal. 28. Aquæ multæ, Populi multi, Apocalip. cap. 17.

b Primo, quia cum nouus homo venit in mundum, noua præcepta dedit mundo. Secundum. D. Gregor. Hom. 32. Secundo, quia Regis munus eſt leges cōdere, vt oīa iura fatētur. At, cū Chriſtus Rex ſit Regū, & Dominus dominantium, cuius Regni non erit finis; ad ipſum ptinebat legem cōſtituere. Tertio, quia ipſi iudæi. Ioan. c.6. vocauerunt illū, & uoluerunt Regē conſtituere. Quarto, quia ipſe Pilatus Regē eum appellauit, dicens: Regē veſtrū crucifigā? Et etiam iudæis ipſis contradicentibus, Pilatus ī Crucis titulo Regem eſſe iudæorum affirmauit dicens; I. N. R. I. hoc eſt; Ieſus Nazarenus; Rex iudæorū; qđ nō à caſu factū credendum eſt, ſed diuino illo afflatus Spiritu, qui paulo añ iniquū Caiphā fecerat prophetare. Et, ultra sāctos Prophetas, Regē illū oēs Sibyllę prædixere, ut inf. in earū dictis patebit.

c De quibus etiā ꝓphetauit una ex Sibyllis, quas ponit liber dictus Faſciculus Mirræ, dicens de Chriſto, ſic: Eliget numerum duodenariū, vnumq; diabolū.

Quid



Arca teſtamenti Domini; nec aſcendet ſuper cor, nec recordabūtur illius, nec viſitabitur, nec fiet vltra. Quæ tota Prophetia poſtea probat ceſſationem Legis veteris propter doctrinam, & ſcientiam Paſtorum electorum Dei. Quod eſt qđ Ionatas ſupra, vt dixi, gloſſauit in Prophetia Iſaiæ proximè allegata.

¶ Item, ꝙ lex noua deberet dari per Meſsiā, ſa
tis probat textus Hieremiæ.31.ad fin. ibi: Ecce 183
dies veniunt, dicit Dn̄s, & feriam domui Iſrael &
domui Iuda fędus nouū, nō ſecundū pactū, quod
pepigi, &c. Et, ut ſcias iudæe, hanc Prophetiā alle
gat Apoſtolus Paulus ad propoſitū, ad Hebr. c.8.
Iſtud tibi, iudæe, allego, vt non credas nos poſte-
riores adinueniſſe has Prophetias, & intellectus
earum; quia à principio, & in primitiua Eccleſia,
Spiritus ſanctus[a] reuelauit uerum ſenſum ſcriptu
rarum ſuper ueritate Ieſu Chriſti, veri Meſsiæ ip-
ſis Apoſtolis, & Diſcipulis Dn̄i noſtri Ieſu Chri- 184
ſti, ſicut etiā Apoſtolus Petrus allegauit illā Pro-
phetiā Iſaiæ 53. ſuper Paſsione Chriſti, vt videre
poteris. 1. Petri. c.2. ad fin. Et clarius Sanctus Phi-
lippus in actib. Apoſt. c.8. Et Prophetiā: Ecce Vir
go concipiet, Iſaiæ 7.c. quā allegauit Apoſtolus,
& Euāgeliſta Matthęus, in c.1. ſui Euangelij. Non 185
enim eſt aliqua bona, & urgēs prophetia, q̄ nō fue
rit ſcrutata, & allegata in aduētu Dn̄i noſtri Ieſu
Chriſti ꝑ illos ſanctos viros, qui eū ſequuti ſunt
ſcrutantes ſcripturas, ut habetur Actuum 17. ibi:
Scrutantes ſcripturas, ſi hæc ita ſe haberent.

¶ Et, quia iudæi fatui[b] credunt, ꝙ receptio, & 186
admiſsio Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti fuit facta à caſu, & ab euentu, ſine digeſto & maturo conſilio recipientium, & adhærentium illi; pulchrum putaui, etſi non omnium, multarum tamen ſcripturarum Sacrarum, quæ noſtri Meſsiæ aduentū prænuntiarunt, & vehementer probant, breuiter diſcurrens per omnes Prophetias, commemorare.

Quid clarius? Et vide Iſaiæ cap.40. ubi dicitur: Et ponam in eis ſignū, & mittam ex eis, qui ſaluati fuerint in Mare, &c. ubi Nicol. de Lyra, & Paulus Burgēſ. declarant. Et Hieremiæ, c.16. ubi poſt reprobationem iudæorum dicit: Ecce ego mittam piſcatores multos, & piſcabūtur uos. Et ꝓbat latè ex alijs multis, Arnaldus Albert. in Rub de Hæret. in 6. q.12. §. quo ad quintū, nu.13. col.178.

a De cuius Magiſterio circa Sacroſanctā Chriſti Eccleſiam, uide mirabiliter Martinū Pereſium Ayala, de diuinis & Apoſtolicis tradition. Aſſertione. S.

b De quibus Iacobus Simancas, vel Epiſcopus Septimacenſ. in lib. De Catholic. Inſt. tit. 35. num. 1. ſic ait: In umbra ueteris legis ſtupidiſſima cæcitate ſedentes iudæi, perinde ac veſpertiliones, & noctuę lucis Euangelicæ fugiūt ſplēdorem, & iuſtitiæ Solem, Chriſtum Deū noſtrum, ſincerę fidei oculis intueri non poſſunt. Et enim, ut Apoſtolus ait; Dedit illis Deus ſpiritum cōpunctionis: oculos, ut non uideāt, vſque ad hodiernum diem. Hæc ille. Et uide Hectorem Pintum in Daniel. cap.2. fol 34. De quorum etiam cæcitate uide Iſa. c.29. ibi: Et erit vobis uiſio. &c.

a Sub



¶ Pen-

¶ *Penthateucus.*

ET incipiendo à Moyſe.[a] Primo uideatũ illa ſcriptura vbi Deus bñdixit Abrahæ. Gen.22. ibi; Et bñdicẽtur in ſemine tuo oẽs gẽtes terræ, quã ſupra declaraui. Itẽ,nõ auferetur ſceptrũ de Iuda,Gen.49. quã ſupra declaraui.Itẽ,num.24.Orietur Stella ex Iacob; Quæ Prophetia loquitur de Aduẽtu Meſsiæ,iudicio Talmudiſtarũ; adeò ꝙ Rabbi Aquiba, qui fuit tpe Barcozebæ falſi Meſsiæ,qui venit poſt aduẽtum Dñi noſtri, autumauit ꝙ dicta Prophetia de Barcozeba loqueretur.[b] Item,Deut.18. Prophetã de gente tua, & de fratribus tuis,&c. quã,etiam ſupra declaraui. Item,Deuter.32.ibi: Et oblitus es Domini Creatoris tui:alia tranſlatio habet: Et oblitus es Deũ doloratũ tuum,vbi deſignatur Paſsio Chriſti. Et hoc eſt qđ dixit Apoſtolus Pau.27.c.Actuũ, ibi: Nihil extra dicẽs,q̃ quę Prophetę loquuti ſunt futura eſſe,& Moyſes, ſi paſsibilis eſt Chriſtus, &c. Itẽ, in Reg.c.2.ibi: Dñs iudicabit fines terræ, & dabit Imperium Regi ſuo,& ſublimabit cornu Chriſti ſui. Ecce,qũo Prophetia ſentiebat de Rege Meſsia,q̃ prophetabat iudicaturũ fines terræ. Et hoc eſt, qđ dixit Apoſtolus Petrus. Actor.3.c. ibi: Et oẽs prophetiæ à Samuele,& deinceps, qui loquuti ſunt,annunciauerunt dies iſtos, &c. Iam erat natus Samuel,qñ mater prophetauit. In cuius virtute dicta mater prophetauit.Et videre poteris ſuper.d.c.2.Regum,Auguſtinũ,in lib.17.de Ciuitate Dei. c.4.vbi gloſſat dictum, cap.1.Item 2.Reg.cap.7.ibi: Suſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo Regnũ eius, ipſe ædificabit domum nomini meo, &c. In qua Prophetia neceſſariò propter eius durationem, & diuturnitatem futuram, quam pro-

mittit,

a Sub hoc nomine Moyſi, intelligit Auctor omnes
187 libros,quos Moyſes ſcripſit,q quinque ſunt.ſ. Geneſis; Exodus; Leuiticus; Numeri; & Deuteronomion. Qui libri quinque ab Hebræis: Thora, ideſt. Lex; à Græcis uerò Panthateucus,hoc eſt, uolumen quincuplex, appellatur. De quorũ librorũ auctoritate, declaratione, & ſignificatione, &c. (ultra.D.Hieron.Auguſtin. Ambroſ.& alios ſanctos Patris, in eiſdem libris.) vide Dioniſ. Cartuſ. in librum Geneſ. & Oeconomiam Bibliorũ,& optimè hodie Sixtum Senen. in Bi-
188 bliotheca Sancta. in principio.

b Vltra quem falſum Meſſiam,aliũ falſum Saluatorẽ, ſcutumque Diaboli,nomine Menandrũ, Simonis Magi diſcipulum refert,Euſeb Cæſar. in hiſt. lib.3. c.20. De quo ſic ait: In arte magica ſolus repertus eſt; qui non mõ æquiparare, ſed & ſupergredi impietatẽ magiſtri poſſet. Maioribus quippè portentis efferebatur, ſemetipſum Saluatorem dicens, ad hominũ ſalutẽ de cœleſtibus,& inuiſibilib. ſeculis deſtinatum,& alia ſimilia dicebat. Alius quoq; fuit,nomine Barchochadas uir crudelis, & ſceleſtus, Dux exercitus iudæorum. De quo. idẽ Euſeb. lib.4. c.5. Qui perſuadebat ſe ob ſalutem iudæorum ſidus magnum cœlitus eſſe delapſum, egris mortalibus longa obſcuritate dãnatis ferre lucis auxilium.

a Ideſt;



mittit, loquitur de Meſsia cœleſti, & perpetuo. Et loquitur Propheta cùm Dauid dicens ei: quod egredietur de vtero. Non dicit; de lumbis; quia de vtero virginis ſolo, ſecundum carnẽ, erat Meſsias naſciturus. in hoc eodem concordat Pſal.131. ibi. de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam[a]. Item,4. Reg. 8.ibi:noluit autem Dominus diſperdere Iudam, propter Dauid ſeruum ſuum, ſicut promiſerat ei,vt daret illi lucernam, & filijs eius,cunctis diebus. ſecundum quod declaraui. ſup. in prophetia:non auferetur ſceptrũ. &c.

¶ *Dauid.*

TRanſeo ad Pſalterium Dauid[b], cuius verba omnia de Chriſto loquentia non connumerabo; quia non eſſet, niſi Pſalterium incorporare[c]. Sed ponam illas auctoritates, quæ mihi videntur vehementer iudæos conuincere, ſi ſanam mentem habeant. Et primo eſt illa. in Pſal. 2. Dominus dixit ad me; filius meus es tu; ego hodie genui te. Quæ auctoritas loquitur de Meſsia,ſicut totus Pſalmus,vt ibi dicit gloſſa Hebraica,quæ pulcherrima eſt,ſuper natiuitate miraculoſa Meſsiæ: quæ ſic inquit,ibi: dixit ad me, filius meus es tu:Rabbi Huma,in nomine Rabbi
Iddi,dixit; in tribus partibus diuiſſæ ſunt tribu- 191
lationes, ſeu diſciplinæ mundi. Primam partem ſuſtinuerunt Patriarchæ Mundi, & omnes generationes.Aliam partem ſuppreſsit generatio Hæreſum à fide,& violentiarum in ea factarum. Tertiam habet tempus Meſsiæ. Et cùm venerit tempus eius, dicit Dominus ſanctus: oportet me

creare

a Ideſt;filium virginis,natũ de ſtirpe tua ponam Regẽ ſup ſedẽ tuã; ſecundum cõmunem Doctorũ explicationem, hic. Quare de Chriſto dicitur, ꝙ non habet matrem in Cęlis, nec patrem in terris, ideſt,inquãtum Deus filius,et Diuinum Verbũ, tantùm à Patre eſt genitus. Quo ad naturam verò humanam,quam pro nobis aſſumpſit,in terris ſine patre eſt, tantùm ex virgine natus, & Spiritu Sancto conceptus, ut apud Catholicos oẽs eſt manifeſtum, & ꝓ articulo Dei creditum.

b Quamuis diuerſæ fuerint Sanctorum opiniones de Autore, vel cõpoſitore Pſalterij: q. buſdam dicentib. omnes.150. Pſalmos fuiſſe à Dauide compoſitos: alijs uerò id negantibus,vt latè videre potes apud Iacob. Valẽ.in procemio,& apud Sixtũ Senenſ. in Bibliotheca Sãcta li.1. vbi agit de Pſalterio. Auctor tamen noſter hic à Dauid putat eſſe compoſitos. Quod videtur hodie clarum eſſe in Conc.Trid.ſeſſ. 4.dùm dicit: Pſalterium Dauidicũ centum quinqua-
ginta Pſalmorum. 189
Cuius ſentẽtię eſt Paulus Gryſal. in lib. Deciſion. ver. Pſalmi. Vbi (recenſitis, & concordatis Doctorum opinionibus) ſic ait: Communis tamẽ Eccleſiaſticorum, Doctorum ſententia eſt, omnes Pſalmos eſſe à Dauide diſpoſitos atq; editos, ſed tamen ab alijs iuſſu ac mandato Dauidis eſſe ſcriptos. Qđ etiã teſtatur Raymundus, & alij ſuper Pſalmos.

c In quo (ut Raynerius ait) tot ſunt Myſteria quot uerba. Cuius radices
non in terra, ſed ĩ 190
cœlo fixæ ſunt, cũ ibidem ſit Chriſtus,qui ipſius materia eſt, & intentio.

a Hanc

a Hanc auctorita
tẽ optimè, ex mul
tis Doctoribus, de
clarat Hector Pin-
tus.Dan.c.2.f.34.
192 b Quem locum ſic
declarat.D.Augu.
Eutym. Iacob. de
Valentia, Rayne-
rius & alij, ſ. ante
ſolem & omnia tẽ
pora permanet ab
ęterno nomẽ eius,
quia in Principio
erat Verbum. De
quo etiam uide S.
193 Th.2. 2. q.68.ar.3.
& q.69. art.2. & S.
Anto.1.par.tit.5.c.
2.§.4.Rabbi Salo-
mon,quem refert,
& ſequitur Fauſti
nus Taſſus,ragion.
2.ſic ait ibi cum di
cit: Et permanebit
cum Sole, & ante
Lunam in genera-
tione,& generatio
nem; dicunt: Ti-
mebunt te cum So
194 le., & ante Lunam
generationem, &
generationis,quia
dum dicit: Time-
bunt te cum Sole;
facit unam cõiun-
ctionem, quæ de-
monſtrat illam hu
manitatis cum di-
uinitate in Meſſia.
Et adijciens: Et an
te Lunam; expo-
nit, ante Regnum
195 Dauid, uel, ante
Eccleſiam,quę Lu
næ æquiparatur.
Cantic.6. Quæ eſt
iſta quæ progrediť
quaſi aurora con-
ſurgens, pulchra
vt Luna, electa vt
Sol.Quod etiã pro
bat ibi, ex alijs

creare Meſsiam,creaturã nouã;
& hoc eſt quod dicit:Ego hodie
genui te, hac hora, ſiue verius;
hoc momẽto,creaui eũ. Hæc illa
gloſſa.[a] Ex qua habetur ꝙ ex tra
ditione antiqua iudæorum, ille
Pſalmus 2. loquitur de Meſsia.
Item,ꝙ Deus debebat eum crea
re noua creatione dicẽs: Ego ho
die genui te. Vide iudæe, quo-
modo tua gloſſa concordat no-
biſcum,& cum ipſa veritate.

¶In hac natiuitate Meſsię ſic
miraculoſa cõcordat Pſal.71.ibi:
Ante ſolẽ permanet nomẽ eius.[b]
In veritate Hebraica eſt:Ante ſo
lẽ genitus,eſt nomen eius; quod
eſt vera tranſlatio huius verbi:
Ynnon; & certè loquitur de Meſ
qui eſt: Perech Helech; in libro Canhedrin, & in fi
ne ſuorum errorum, & vacillationum, cùm quære
rent: an reſurrectio mortuorũ erat ex lege Moyſi?

Omnes

a Vt dixit Elias Propheta ad Prophetas Baal. 3. Regu. 18. vt q̃d claudicatis ĩ duas partes? &c.

b Quorum errores tenuerunt etiã aliqui Philoſophi, & etiã Manichei. De q̃bus vide Director. Inquiſitorũ 2. p. inter. 58. quæſtiones de hæretica prauitate. q. 5. & 13. Et quia multa, & apertiſſima ſunt in vtroq; teſtamento, de reſurrectione teſtimonia; non opus eſt Catholicorũ Doctorum de hoc adducere ſententias; ſed aliqua teſtimonia citare, vt habetur Iob. c. 14. Iſaię. 26. Daniel. 12. Et Eſaias, & Heliſeus mortuos ſuſcitarunt. 3. Reg. & 4. & Dominus Lazarũ, & filium viduæ, & alios ſuſcitauit. Paulus etiam, in multis locis, de reſurrectione agit. Et vide Matth. 22. Marc. 12. Lucæ. 2. 14. & 20. Ioannis. 5. & 11. Actor. 2. 4. 17. 24. & 26. Rom. 2. & 6. 1. Corin. 15. & multis alijs. Et habetur in vtroq; Symbolo Articulus expreſſus; quẽ explicat optime Petrus à Soto ĩ Cathol. Inſtitution. Caniſius latiſſime in Cathechiſmo. & alij maxime Lypomanus, & nouiſſime Ludouicus Granata in expoſ. Symboli. vide Hect. Pint. Eſai. 26. & in Dan. 12. Paul. Gryſo. & Polyanteam. ver. Reſurrectio.

c Vt ait. D. Paul. ad Roman. c. 14.

a Iam

Omnes ibi ceſpitauerunt. Et ꝑ
eius determinatione relinquen
tes rē indeciſam, dixerunt; Meſ-
ſias veniet, & hoc dubium, ſicut
multa alia declarabit[a]. Et verū
dicunt, quòd ipſi nunquàm erūt
clari de hoc articulo, donec cre
dant in Ieſum Chriſtum, qui eſt
verus Meſsias; qui realiter ſuo
ore benedicto, hunc articulum
firmauit probans illum ex lege
Moyſi illis, qui eum interroga-
runt, quia erant Saducei, & non
credebant, vt Phariſei credunt ī
lege Talmudica, ſed ſolùm in le-
ge Moyſi ad literam, vt hæc pa-
tent, in Euāgelio Matthæi. c. 22.
& ibi, tunc Dominus Ieſus alle-
gauit eis illam auctoritatem[b].
Ego ſum Deus Abraham, Deus
Iſaac, & Deus Iacob. nō eſt Deꝰ
mortuorum, ſed viuentiū. & qa
poſſet dubitari de iſtis corpori-
bus humanis, qualiter erunt in
reſurrectione? Glorioſus Ieſus
ſuo ore dixit: in reſurrectione,
nec nubent, neque nubētur; ſed
erunt ſicut Angeli Dei in Cœlo.
Ita, quod corpora humana, tanta gloria redunda-
bunt, & glorificabuntur, quòd licet ſint corpora
humana cum ſuis formis, & membris ſubſtantia-
libus; erunt tamen quaſi ſpiritualia, vt Angeli[c].
Et, quia forſan poſſet quis dubitare, de quo ſer-
uient iſta mēbra[d], vt infelix Rabbi Moyſes Ae-
gyptius dubitauit. His reſpondet Daniel Pro-
pheta in ſua prophetia; quod fulgebūt quaſi ſplē-
dor firmamenti; & qui ad iuſtitiam erudiunt mul
tos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Dan. ca.
12. in fine. Quod magis declarans Apoſtolus Pau.
1. ad Corint. c. 15. dicit: quod iſta corpora reſuſci
tata, miraculosè ſurgent poſt corruptionē in cor-

270 a Iam venit, & de
clarauit, & eos in-
crepauit dicens:
Mat. 22. Erratis ne
ſcientes Scriptu-
ras, neque virtutē
Dei. Nota bene: ne
que virtutem Dei:
quia, ſi miſeri om-
nipotentiam conſi
derarent omnium
creatoris, qui de
nihilo cuncta crea
uit, non utiq; de
reſurrectione du-
bitarent; cùm non
tantum apud Deū,
poſſibile ſit omne
verbum, Lucæ. 1.
ſed etiā omnia poſ
ſibilia ſunt creden
ti. Mat. 5. Quod pa
tet clarè exemplis
B. Greg. Thauma-
271 tugi. 17 die Nouē.
( quo die anni.
1590. hoc ſcribi-
mus ) qui fide, &
oratione montem
ex vno in alium
trāſtulit locū. &c.
miracula uide in
eius hiſtoria.
b Dicens: De re-
ſurrectione autem
mortuorum nō le
272 giſtis quod dictum
eſt à Deo dicente
uobis: Ego ſū. &c.
c Habebunt, enim
273 tunc iuſti dona il-
la, quæ Theologi
dotes corporis glo
rificati appellant,
de quibus vltra a-
lios omnes, ) vide
Suplem. ad 3. p.
S. Tho. q. 95. a 1. S
Anton. 3. p. titu. 30.
c. 7. ante. §. Sotum
in 4. ſen. di. 49. a. 4.
d Licèt ſufficien-
tiſſima ratio eſſet;

vt manifeſtētur o-
pera Dei in illis; a-
liam tamen redde
re libet, ſ. ut mani
feſtetur diuina iu-
ſtitia in illis corpo
ribus, in quibus Să
cti tot ſuſtinuerūt
pœnas, afflictio-
nes, & tormenta.
Et dignum, & iu-
ſtum eſt, ut corpo-
ra, quæ templa fue
runt Spiritus San-
cti; & ſocietatem
ad inuicem habue
runt cum anima-
bus; in Paradiſo ēt
cum eiſdem collo
centur, & requie-
ſcant à laboribus.
Quòd, ſi hic in
mundo uidemus
milites pro rebus
militarib. benè ge
ſtis, in Regum cu-
rijs aliquo ꝑmiari
ſtipēdio perpetuo,
abſq; ullo labore;
quid mirum ſi mi-
tiſſimus, ac iuſtiſſi
mus Deus, corpo-
ra noſtra in Cœlo
uelit corona aurea
gloriæ coronare?
a Quia

pora



pora incorruptibilia, quę dabit
Deus cuilibet ſicut volet, cum
differentia condigna, ſicut eſt
differentia inter ſtellas, quia v-
na eſt maior altera, & clarior. Et
omnes reſurgemus, ſed non om
nes immutabimur; quia nō om-
nes erunt in Gloria, & reſplen-
dentes, prout ſtellæ. Quia dam-
nati reſurgent, & erunt perpetui
in perpetua pœna, ſine ſplendo-
re[a]. Iſta ſunt vera, & textualia veteris, & noui te
ſtamenti. Quid ergo turbauit ſpiritum iſtius Ae-
gyptij? Dicit ipſe: Miror de quo ſeruient mem- 275
bra corporea. Et ego dico: Quare non miraris de
quo ſeruit ſpherica figura in ſtellis: & de quo ſer
uit ſplendor ſtellæ, & in vna maior altera: & de
quo ſeruit rotunditas, & ſtellæ? Sic erit de cor-
poribus humanis Sanctis, & glorificatis, quòd eo
rum membra omnia erūt in ſplendore, & gloria;
& etiam, quæ nunc ſunt pudibunda membra, erūt
tunc ſine horrore, & pudore. Imò omnia erunt
ad decorem, & gloriam ſicut ſtellæ in perpetuas
æternitates[b]. Et, quod nunc eſt vile, & turpe vi-
dere, tunc erit decorum, & ſine verecundia, & vi-
tuperio, ſicut erant corpora corruptibilia in Para-
diſo terreſtri, ante peccatum: de quibus ſcribit 276
Geneſ. c. 2. in fi. erat autem vterq; nudus, Adam,
ſ. & uxor eius, & non erubeſcebant. Nec mirum,
quod redeamus ad illam naturam, cùm erimus
incorruptibiles, ſi eius naturæ eramus ante pec-
catum[c], licèt eſſemus corruptibiles. Quia plus 277
faciet purificatio peccati, & ſplendor Gloriæ, &
incorruptionis dos, & gratia, quàm ſtatus inno-
centiæ. & hoc eſt, quod dixit Iſaias. c. penul. Ec-
ce, enim ego creo Cœlos nouos, & terram nouā,
& non erunt in memoria priora, & non aſcendēt
ſuper cor, &c. quia uiſio pudibūdorum membro-
rum non erit magis ad ruborem, aut uerecundiā,
quàm erat ante peccatum. Nec mireris pauper, &
infidelis Rabbi Moyſes, qui dicis, quòd de quo

a Quia unicuiq;
reddit ſecundū o-
pera ſua, vt faten-
tur multa teſtimo
nia; & habetur in
Symb. Athan. in fi.
b Nam quemad-
dū Luna, quæ ob-
ſcura de ſe eſt, &
obſcura nubes à ſo
le illuminantur, &
ſplendorem atque
decorem accipiūt;
ſic Beatorum cor-
pora, quāuis aliàs
deformia eſſent, &
obſcura; ꝑ animæ
tamē glorioſæ in-
habitationem luci
da, ac decora erūt.
Et quid mirum, cū
candela vna, uel
accenſa fax, obſcu
rā, ac tenebris ple
nam domum illu-
minet, ac fulgoris
ſui radijs illuſtret?
Nec in hoc opor-
tet amplius immo
rari, cùm infinita
ferè poſſent addu-
ci exempla, ſimili
tudines, ac teſtimo
nia; quorum mul-
ta poteris uidere ī
Spec. pereg. quæſt.
Decad. 1. c 2.
c In quo ſtatu in-
nocentiæ homines
non indigebant a-
nimalib. ad neceſ-
ſitatem corporalē
neque ad tegumen
tum, quia nudi e-
rant, & nō erube-
ſcebant, nullo in-
ſtante inordinatæ
cōcupiſcentiæ mo
tu: neque ad cibū,
quia lignis Paradi
ſi veſcebantur; ne-
que ad uehiculum
ꝓpter corporis ro

bur. ita S. Tho. 1. p.
q. 96. a. 1. ad 3. Et
de multis bonis, q̄
haberet homo in
illo felici ſtatu; &
de multis malis, à 274
quibus eſſet liber,
uide eund. S. Th. ſu
pra. q 95. 96 97. &
ſeq. & in 2. li. ſent.
diſt. 23. ubi omnes
Scholaſtici.
a S. Th.

 ſeruient

ſeruient membra corporea,nec corpus,ubi nõ e-
rit opus alimẽto; quia fateor, ꝙ Regnum Dei nõ
eſt eſca,& potus,ut ait Apoſt.ad Rom. 14.c. Nec
eſt ibi opus alimento corporali; ſed cùm hoc e-
rit, ibi corpus humanum reſplendens, & redun-
dans gloria ſuæ animæ cum illis membris corpo-
ralibus,quæ ſpiritualiter & glorioſe ſeruierunt a-
nimæ dum erant in corruptione; modo illa mẽ-
bra reſplẽdebunt, & gaudebũt in incorruptione.
279 Et,cùm ſecundum Philoſ.in 12.Metaph. in prin-
cipio,ſint duæ ſubſtantiæ ſempiternæ. una ſenſi-
bilis,quæ eſt corporum cœleſtium;alia inſenſibi-
lis, quæ eſt ſubſtantiarum ſeparatarum mouen-
tium. Et prima eſt materialis non reſpectu gene
rationis.& corruptionis,ſed reſpectu mutationis
loci à quo,& in quem circulariter. Alia eſt imma
terialis,& immobilis; ſic erit de noſtris corpori-
bus animatis,& glorificatis,ut de prima ſubſtan-
tia dicitur,reſpectu noſtri compoſiti glorificati.
280 Iſta ſunt, quæ omnis bene organizatus, & fidelis
intellectus capit, & capere poteſt, & perfectè, &
281 Sancti prædicauerunt, & dixerunt[a]. Eſſet enim
ualde iniquum, quod corpora noſtra, quæ tam
iuncta fuerunt animabus noſtris, ſic in ęternum
perirent, ut corpora brutorum animalium; & ꝙ
282 animæ ſolæ remanerent. Si hoc eſſet uerum, fru-
ſtra fuiſſet lex ſancta, & fides Catholica data his
noſtris compoſitis ex anima,& corpore: quia ſo-
la anima ſuffeciſſet,nec erat opus compoſito no-
283 ſtro.Et,quia corporum creatio eſt ſpeciale opus
diuinum,ut apparet in creatione hominis, pluſ-
quam in alijs corporibus,debent diſsimiliter iu-
dicari,& non pariter in æternum perire cum bru
tis.Erubeſcat igitur Aegyptius Rabbi Moyſes cũ
ſua hæreſi. Erubeſcãt etiam omnes iudæi[b], qui
reſurrectionis articulum non attribuunt Meſ-
& eius aduentui; contra text. Iſaiæ. capitulo
28. ibi: & delebitur fœdus ueſtrum cum morte;
& pactum ueſtrum cum inferno non ſtabit.
Quod eſt immediatè poſt uerbum: ego mit-
tam in fundamentis Sion lapidem angula-
rem,

a S.Th. 1.2. q.4.a. 5.ad 4.& 3.p.q.11. a.2.ad.1.ait;ꝙ corpus eſt glorioſum ex totali ſubiectione eius ad animã, cuius gloria reſultat in ipſum. Et 3. p.q.54.a. 1.ad.1. & q.57.ar.4. ad 2.ait: ꝙ corpus glorioſũ erit in eodem loco cum alio corpore,nõ ex dote ſubtilitatis, ſed ſola uirtute Dei.Et 3.p. q.54.arti. 3.ait,ꝙ ſubtilitas corporis glorioſi eſt plena participatio eſſe ſpecifici, ex plena ſubiectione eiꝰ ad animam. Et art.2. ad 2.quòd corpora glorioſa erunt palpabilia, ſicut corpus Chriſti. Et qđ habebunt qualitates tangibiles. Et ꝙ erunt colorata colore debito, ſecundum naturam ſuarum partium. Tradit optimè Dominic.Sot.in 4.ſenten.diſ.44 q. 1.a.3. & Paulus Gryſal. in Deciſion.Cath. uerb.corpus. nu.3. & alij Catholici.

b Nollunt erubeſcere, quia frons meretricis facta ẽ eis.Et, quaſi clarè dicant cum Iſaia. c.28. cum inferno fecimus pactum. Quaſi clarius dicant:Comedamus & bibamꝰ, & cras moriemur, diſperati de vita ęterna, quã quærere nollũt.

a Ab



rem, probatum, prætioſum, in
fundamento fundatum. &c. qđ
loquitur de Meſsia. Ergo eius
aduentus debebat delere mortẽ
ęternam; quod perfidi iudæi nõ
animaduertunt. Gaudeat ita- 284
que Eccleſia,& eius alumni,quę
tenet pro primogenito omniũ
mortuorum corpus Meſsiæ: vt
dicitur Apoca.c.j.& à Ieſu Chri
ſto, qui eſt teſtis fidelis, primo-
genitus mortuorum,& Princeps
Regum terræ. Quaſi velit Eccle-
ſia,doceat,& confiteatur, ꝙ pri-
mus natus, ſeu reſuſcitatus ad
Gloriam, & vitam immortalem
fuit Meſsias; poſt quem, & per
quem,ex teſtimonio ſuo,& ſuo-
rum Apoſtolorum,qui viderunt 285
eum reſurrexiſſe, & ad Cœlos a-
ſcendiſſe,omnes credimus reſur
gere,iuxta antiquorum Prophe-
tarum dicta[a]. Quæ omnia, etiã
conueniũt Philoſophis,qui cre-
diderunt animas, quantum ad
intelligere,perpetuas, vt in li. 2.
& 3.de Anima. Et,ſi anima fuit,
& eſt forma hoĩs, non debet ſuo
compoſito, in æternum priuari:
ad quod informandum creata
fuit. Neceſſarium eſt itaq; cre- 286
dere contemplanti auctoritates
prædictas, ꝙ Deus, qui animam infundit in cor-
pore humano,& corpus Adæ ſuis manibus,prę cę
teris alijs creaturis plaſmauit[b], animamq; intel
lectualem perpetuam fecit[c], iudicio omnium
prudentium Philoſophorum[d], & etiam fide om-
nium Catholicorum veterum, & modernorum[e], 287
punireq;, & præmiare debet animas pro ſuis me-
ritis,iuxta ſuam prouidentiam,& promiſsionem
fidelem; ꝙ non dimittet corpora talibus anima-
bus

a Ab innumeris ferè S.R. Eccleſiæ Doctoribus ſic declarata, & ĩ Sacris Cõcilijs confirmata,decreta, ac ſtabilita, atque tãtorum Martyrũ ſanguine rubricata, ac ſubſcripta. Et qualiter probetur reſurrectio,vide latiſſimè, & optimè librum de Genealogia Ieſu Chriſti Magiſtri Franciſci Xiſti. Decade. 4.c. 167.cum ſeq.

b Vt habetur. Geneſ.c.1.& 2.

c Vt patet Gen.Faciamus hominem ad imaginem. &c. & c.27. Deſcendã ad filium meũ &c. Et Iob.12. Ducunt ĩ bõis dies ſuos, & cætera. Et c.2.3.& 4. apertiſſimè refert animas cũ corporibus non interire.Et Eccleſ.c.ſ. Homo ibit in domum.&c.Et Sap.ſ. Spes illorum immortalitate plena eſt.Et c.11.creauit Deus hominem inexterminabilem. Exod.3. Deus dicitur viuentium. & Mat.10. Nolite timere eos. &c. Et Lucæ. 16. Anima Lazari requieſcit in ſinu Abrahę.Io. 12. Qui odit aĩam ſuam. &c. & multis alijs vide Fran. Xiſtum. ſup.

d Ariſt. 12. Meth. & 7. Phiſ. & etiam Auer. Anaxagoras Auicenna, Algaz. & multi alij, quos refert, & ſequitur Speculum peregri. quæſt. Decade. 1. c.2.

e S.Thom.2. cont. Gent.c.78.S. Diony.de diuin.nomi. c.4.S.Augu.Lactã. Alber.Mag. & infiniti ferè alij, quos refert Spec ſup. Et cõcludamus cum Paul.Gryſal.in Deciſ.Cath. ver. Anima. nu.5. ſic dicente:Adducere Sanctorum Conciliorum, & Doctorum auctoritates in huius rei cõfirmatione, ſuperuacaneũ eſt,quando res certa eſt. Si quiſpiam ſcire deſiderat,videat Decre. Leon. 10.Pontifi.Max.in Concil.Later. Direct. Inquiſi. 2. p. q.6.nu. 59. Melius tamen eſſet ſi vnicuiq; Academiæ Eccleſia præciperet,vt nullo modo liceret etiam Philoſophorum placita recẽſere;ſed veritatem tantũ exponere.Hæc ille.

a Imò

bus iuncta,abſq; eiſdem punitione, & præmio a-
nimabus debitis. Aliàs, maioris priuilegij eſſet
corpus, q̃ anima, ſi in ſola huius illecebris vitæ
temporalis gloria, aut pœna conſiſteret. Et ma-
ius præmium haberent corpora malorum, & pec-
catorum hominum, qui multa gaudia tempora-
lia, in hac vita habuerunt; q̃ corpora iuſtorũ ho-
minum, & Sanctorum, quæ multa Martyria, & cor
porales inedias in hac vita paſſa ſunt; quod non
eſt ſuſtinendum. Et hunc articulum Meſsias ha-
288 bebat demonſtrare, & declarare; vt clarè tradit I-
ſaiæ auctoritas præallegata. in ca. 28. Et, animad-
uerte lector iudæe, aut Chriſtiane; ne ſis tardus in
fide huius articuli glorioſæ reſurrectionis; quia
vides ꝙ Moyſes, propter hoc ꝙ loqueretur Deo
facie ad faciem, facies eius tanto ſplendore, & cla
ritate detinebatur; ut non auderent, imò timerẽt
filij Iſrael accedere propè eum; ut habetur Exod.
c. 34. & tranſtulit Apoſtolus, licèt ad ſpiritualem
289 alium ſenſum, 2. Corint. 3. c. Et, ſi ſola prophetia Moyſi in vita præ
ſenti, tantam claritatem ſuperficialem faciei Moyſi conferebat;
quid mirũ, quòd corpora in vita perpetua, non ſuperficialem, ſed
penetratiuã, & interiorẽ dotem claritatis, agilitatis, & ſubtilitatis
ſiue penetratiõis, ex dono Dei, habeãt, & haberi poſsĩt, ac debeãt?
290 ¶ Capit. 27. in fine, eſt notandum, quòd iudæi vanè [a] dicunt; Si
Chriſtus eſt Meſsias, ubi ſunt Decem Tribus Iſrael, quia aberra-
runt, & ſunt apud Aſsirios captiuatæ, vt habetur. 4. Regu, cap. 17?
Ad ea punctualiter reſpondet Iſaias in fine dicti. cap. 27. vbi dicit:
in die illa (quod eſt intelligendum Aduentus Meſsiæ) clangetur
291 tuba magna, & venient qui perditi ſunt de terra Aſsiriorum, & q
electi erant de terra Aegypti: & adorabunt Dominum in monte
Sancto, in Ieruſalem. Et tu iudæe, repete tempora, & cognoſces
quòd hæc prophetia fuit completa in prædicatione Apoſtolorum
in Ieruſalem. Quia iſtæ Decem Tribus fuerunt captiuatæ in par-
tibus Siriæ, ut habetur Regum. vbi ſupra, tempore Regis Oſeæ
Regis Iſrael; & non remanſit, niſi Tribus iuda, ut habetur in eo-
292 dem. cap. Regum. 17. circa finem [b]. Sic, quod quando redierũt,
de Babilonia, non uenerunt illæ Decem Tribus in Domo ſecun-
da, tempore Eſdræ, nec poſtea, quamdiu dicta Domus durauit;
quæ durauit. 420. annis, niſi ſolum Tribus Iuda. Et dicit Iſaias, ꝙ
illi, q fuerunt perditi apud Aſsirios, ꝙ ad ſonũ tubę ueniẽt in Hie
ruſa-

a Imò malitia, & iniquitate pleni, & oculos claudentes ante Solis radios. De quibus cõqueritur Dominus, Io. c. 1. dicens: in propria venit, & ſui eũ non receperũt, ſ. obſtinati in ſua perfidia, & malignitate. Et ideo dixit illis poſtea Math. Quæretis me, & non inuenietis, & in peccato veſtro moriemini. i. niſi conuerſi pœnitentiam egeritis.

b Et tradit latiſſime Ioſeph. de Bello.

a Vt



ruſalẽ, ad adorandũ in mõte ſancto. Nõ dicit, ꝙ
veniant ꝑ bellũ, aut alio ingenio humano; ſed cũ
tuba. Dic mihi, q̃ potuit eſſe clarior, & uerior tu- 293
ba, q̃ prædicatio Apoſtolorũ, cuius ſonus in oẽm
terrã exiuit, [a] & eos duxit in primitiua Eccleſia,
ad montẽ ſanctũ & ad Ciuit. Hieruſalẽ, ut patet
in Actib. Apoſt. in primis prædicationib. Apoſto.
¶ In cap. 28. Notandum eſt illud uerbum; quia
manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum
ibi, modicum ibi, ubi clarè fuit prophetizatus 294
modus ſaluationis Meſsiæ in primitiua Eccleſia.
quia debebat eſſe ſuauis, paulatiuè, & modico ad
modicum. Et ſic dicunt iudæi, quòd eſſe debet in
Aduentu ſui Meſsiæ, ut ſcribunt in Pſal. 21. Deus,
Deus meus reſpice in me, dicunt ipſi; Quid eſt 295
quod dicitur Micheæ 7. Conſurgam cum ſedero
in tenebris, Dominus lũx mea eſt redemptio Po-
puli Iſraelis. In aduentu Meſsiæ, in principio fuit
redemptio paruo ad parum, poſtea pullulabit, po
ſtea creſcet, & multiplicabitur; demum neglige-
tur. Audi iudęe, quid tui maiores dixere de re- 296
demptione Meſsię, & reſpice quomodo concor-
dant cum uerbis Prophetæ, & cum ijs, quę uobis
contigerunt in redemptione, & ſaluatione Ieſu
Chriſti, quia primo fuit modica in Apoſtolis; de-
mum pullulauit: demum creuit, & hodie à uobis
neglecta eſt, ꝑꝑ qđ nullus curat de uobis quantũ
eſt ex demerito ueſtro ꝙ ad fidẽ Chr̃i ueniatis;
ſed eſtis obliuioni traditi, tãq̃ mortuꝰ de corde.[b]
¶ Demum ſequitur in eod. c. Ecce enim ego 297
mittam in fundamentis Sion lapidem angularẽ.
Quę uerba adaptantur Meſsię, iudicio omniũ ex-
poſitorum, & iſte habet tollere fœdus cum mor-
te, & ibi dicitur, & declaraui in pręcedenti cap.
¶ Non mireris lector, ſi diſcurrendo Prophe- 298
tias, & Pſalmos, multa tranſuoluo, & pretermitto,
quia nõ omitto illas Prophetias, quę neceſſariò,
ſecundum omnium expoſitorũ mentẽ iudæorũ,
& Chriſtianorum, de Chriſto ſiue Meſsia omniũ
vna ſententia loquuntur; ſed illas prophetias de
exteris nationib. vt de Babylonia, de Aegypt. de
Idumea,

a Vt habetur Pſ. 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Quem uerſum ita declarant. S. Augu. Rayn. Titelman. & alij ſuper Pſal. maximè Iacobus de Valen. qui ſic ait: Nulla fuit pars in mũdo, aut lingua, ad quã non peruenit euangeliũ, aut per Apoſtolos, aut ſucceſſores eorum. Vnde, licèt Apoſtoli nõn tranſierũt ad Hunnos, & Gothos, q habitabant in orbe ignoto, & in acceſſibili vltra Meotidis paludes: tamen in die Natiuitatis omnia Idola eorum clamarunt Regem pacis, & Dominum totius mundi fuiſſe natũ in medio mũdi. Et ſic congregati oẽs Gothi & Hunni, duobus agminib. factis, relictis ſedibus; trãſierũt Meoticas paludes ſup aquas glaciales, & ſic peruenerũt ad partes noſtras, & per ſucceſſionem temporum Baptiſmũ receperũt, &c. Hæc ille.

b Quia in vanum laborant quo ad uos, licèt non quo ad meritum, qui de fide Chriſti vos alloquuntur, obturantes aures veſtras tã quã aſpidis ſurdæ.

Idumea,&Moab,& Aſsiriorũ,& alijs exteris nationib. loquẽtes, nõ eſt meũ hic proſequi; vt vnũ ſcias, ꝙ glorioſi Prophetæ omnes, licèt multa illorum temporum, per prophetiam dixerint, & alienigenarum nationum clades,& bonas fortunas prædixerint; tñ principaliter à Deo miſſi ſunt, ad prophetandũ de Meſſia venturo [a]. Et licèt interſeruerint inter ſuas prophetias ſanctas,quę pro Chriſti aduentu cõtextæ ſunt, prophetias exterarũ gentiũ; illud myſterio Diuino factũ eſt, vt iudæi boni,& fideles darent fidẽ prophetijs, q̃ de Xp̃o, ſeu de Meſsia loquuntur,videntes,ꝙ tam verè atque perfectè de alijs nationibus exteris prophetabantur prophetiæ. Et ideo cum magno myſterio interſertæ,& interpoſitæ ſunt alienarum nationũ prophetiæ. Et hoc eſt, quod Chriſtus reſurgens ſuis Apoſtolis,cùm irent ab Ieruſalem in caſtellũ Emaus, interpretabatur eis ſcripturas Prophetarum,& prophetiarum,quæ de ipſo erant,incipiẽs à Moyſe,& omnibus Prophetis, vt habetur Lucæ. vltimo.c.

Et iudæi in libro Canhedrin,in ca.Helech,dicunt,per expreſſum, ꝙ omnes Prophetæ non prophetizarunt niſi de diebus, ſeu Aduentu Meſsiæ. Non enim eſt dicere, ꝙ non prophetarunt de alijs,quia expreſſe inuenitur contrarium, quia de alijs nationibus prohetarunt, vt apparet; ſed tamen mens eſt,& Chriſtianorum, & iudæorum, ꝙ principaliter de Chriſto,ſeu de Meſsia prophetabantur. Et ad id principaliter ſpiritum prophetię habuerunt; ſed tamen incidenter alia dixerunt, vt eis daretur fides,vt dictũ eſt;& ideo prætermittam ego ea,quæ incidenter dicta, & prophetata ſunt: non omittens ea, quæ de Chriſto loquunt̃; præſertim neceſſario,& principaliter. ¶ Reuertamur ergo ad prophetiarum diſcurſus.

ſurdæ. Ideo Chri-
ſtiani videntes eo-
rum duritiam, &
impœnitens cor di
cunt: Curauimus
Babylonem, & nõ
eſt ſanata,derelin-
quamus eã: & qa
ꝓpter Chriſti mor
tem varijs à Deo
ſunt pleni maledi
ctionibus, vt Pſal.
68. Fiat menſa eo-
rum.&c. & Ierem.
7. & 15. Facta eſt
mihi hr̃ditas mea
& cetera, & Iſaiæ.
1. Væ genti pecca-
trici.&c. Malach.
1.& Oſeæ.2.& vi-
de multa tradita
per Marquard. de
iudæis.3.p. c.1.nu.
45. Sunt, denique
299 (ut ait Hect. Pint.
in Daniel.c.9.) ne
glecti,& calamito
300 ſi; nec habent tẽ-
plum, nec Sacriſi
cia,nec Regẽ, nec
Sacerdotes, nec
terrã ꝓmiſſã. &c.
Imò nec ſpem, cũ
ſint fluxæ,& exple
tę ſeptuaginta heb
domadæ, de quib.
loquitur Daniel,
intra quas erat
301 Chriſtus venturus
& occidendus, vt
infra dicetur in e-
ius expoſitione.

a Non tantũ Pro-
phetę ſãcti de Xp̃o
venturo propheta
302 runt; ſed etiam Si-
byllarum,& alio-
rum Gẽtilium de
hoc multa ſunt te
ſtimonia. Quorũ
aliqua in præſen-
tiarum, pro maio
ri noſtræ Sanctæ
fidei confirmatione, ac legentium conſolatione adducemus, quàm curioſè poterim[9]. Magiſter Philipp. Ordinis Prædicatorum in quodam libro dicato Sixto PP.4 Anno. 1481. die prima Decẽb. ſequentes auctoritates Sibyllarũ cõcordantes cum Sãctis Prophetis, in modum ſequentẽ tradit.

Prima



PRima Sibylla Perſia, veſtita veſte aurea, cum velo albo in capite dicens ſic: Ecce beſtia conculcaberis; & gignetur Dominus in Orbem terrarũ: & gremium virginis erit ſalus gentiũ; & pedes eius in valetudine hominum.

*Oſeas. c. 13.*

De manu mortis liberabo eos; de morte redimã eos; ero mors tua, ò mors; ero morſus tuus, ò inferne.

¶ Secunda Sibylla Libica ornata ſerto viridi,& florum in capite; veſtita pallio honeſto, & non multum iuuenis,ſic ait: Ecce veniet dies, & illuminabit Dominus condenſa tenebrarũ; & ſoluentur nexus Synagogæ,& deſinent labia hominum: & videbunt Regem viuentium: tenebit illum in gremio Virgo Domina Gentium; & regnabit in miſericordia; & vterus matris eius erit ſtatua cunctorum.

*Ieremias. c. 23.*

Ecce dies venient, dicit Dñs, & ſuſcitabo Dauid germẽ iuſtũ; & regnabit Rex, & ſapiens erit; & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter.

¶ Tertia Sibylla Delphica, veſtita veſte nigra,& capillis circumligatis capiti, in manu cornutenens, & iuuenis, quæ ante Troiana bella vaticinata eſt,(de qua Criſippus) ait: Naſcetur Propheta abſque matris coitu, ex virgine eius, vocatur Atenis.

*Ieremias. c. 31.*

Reuertere, reuertere virgo Iſrael, ad ciuitates tuas; vſquequò delitijs diſſolueris filia vaga? qa creauit Dominus nouum ſuper terram; fœmina circumdabit virum.

¶ Quarta Sibylla Emeria, in Italia nata, aliàs Chimica, veſtita cœleſti veſte, deaurata, capilliſq; ſcapulas ſparſas, & iuuenis (de qua Ennius) ait: in prima facie virginis, aſcendit puella pulchra facie, prolixa capillis: ſedens ſuper ſedem ſtratam; dãs ei ad comedẽdum ius propriũ, ideſt lac de cœlo miſſum.

*Ioel. c. 2.*

In diebus illis effundam ſpiritum meum, & dabo prodigia in cœlo, & in terra; ſanguinem, & ignẽ, & vaporem fumi.

¶ Quinta Sibylla nobiliſsima Eritrea, in Babylonia orta; de Chriſto ſic ait: in vltima autem ætate humiliabitur Deus; & humanabitur proles Diuina; iũgetur humanitati Diuinitas, iacebit in fœno Agnus; & officio puellari educabitur Deus, & homo. Signa præcedent a-

pud

pud appellas . Mulier vetuſtiſ-
ſima puerum præuium conci-
piet. Bootes Orbis mirabitur,
ducatum præſtabit ad ortum.

*Ezechiel.c.44.*

Porta hæc clauſa erit, & non
aperietur; & non tranſibit vir
per eam : quoniam Dominus
Deus Iſrael ingreſſus eſt per eã :
eritque clauſa Principi. Prin-
ceps ipſe ſedebit in ea, vt co-
medat panem coram Domino:
per viam portæ veſtibuli ingre-
dietur, & per viam eius egre-
dietur.

¶ Sexta Sibylla Samia, à Sa-
mo inſula : nudum enſem ſub
pedibus, formoſum pectus, ſub-
tileque vellum capiti habẽs, ſic
ait : Ecce veniet diues, & naſce
tur de paupercula, & beſtiæ ter-
rarum adorabunt eum, & dicẽt:
Laudate eum in Atrijs cœlorũ.

*Dauid.Pſ.71.*

Et adorabunt eum omnes Re
ges terræ: omnes gentes ſer-
uient ei.

¶ Septima Sibylla Cumana,
quæ fuit tempore Tarquini Pri-
ſci ſcripſit de Christo ( referen-
te Virgilio in Buccol.) ſic:

*Vltima Cumei venit iam carminis*
*ætas,*
*Magnus ab integro ſæclorum naſci-*
*tur ordo,*
*Iam redit & virgo, redeunt Satur-*
*nia Regna,*
*Iam noua progenies Cœlo demitti-*
*tur alto,*
*Tu modò naſcenti puero, quo fer-*
*rea primum,*
*Deſinet; ac toto ſurget gens aurea*
*Mundo,*
*Caſta faue Lucina, tuus iam regnat*
*Apollo.*

*Daniel. c.2.*

Abſciſſus eſt de monte lapis
ſine manibus, & percuſsit ſta-
tuam, in pedibus eius ferreis,
& fictilibus, & comminuiuit
eos : tunc contrita ſunt pariter
ferrum, teſta, æs, argentum, &
aurum: & redacta quaſi in fauil-
lam æſtiuæ Areæ, quæ rapta sũt
vento : nulluſque locus inuen-
tus eſt eis. lapis autem qui per-
cuſerat ſtatuam, factus eſt mons
magnus, & impleuit vniuerſam
terram.

¶ Octaua Sibylla Helleſpon-
tica, in agro Troiano nata, vetu
la, & antiqua ueſte rurali indu-
ta, ligato uelo antiquo capiti,
ſub gula circumuoluta uſque
ad ſcapulas, quaſi deſpectu, (de
qua ſcribit Heraclius, ) ſic ait :
De excelſis cœlorum habitacu-
lo, reſpexit Deus humiles ſuos :
& naſcetur in diebus nouiſsi-
mis de uirgine Hebræa, in cuna
bulis terræ.

*Iudicium.c.6.*

Ponam uellus hoc lanæ in a-
rea, ſi ros in ſolo uellere fuerit, &
in omni terra ſiccitas, ſciam ꝙ
per manum meam, ſicut locu-
tus es, liberabis Iſrael. Factum-
que eſt ita : & de nocte conſur-
gens, & expreſſo uellere concam
rore impleuit.

¶ Nona Sibylla Phrigia, nata
apud Phrigios, mediocris ſtatu
ræ, & ætatis, habitu & mantel-
lo rubeo in modum mulieris nu
ptæ, licèt uirgo : de Chriſto ſic
dixit : Flagellabit Deus poten-
tes terræ: & Olimpo excelſus ue
niet : & firmabitur conſilium in
cœlo, & annunciabitur uirgo in
uallibus deſertorum.

*Malach. c. 3.*

Ecce ego mittã Angelũ meũ,
& præparabit uiam ante faciem
meam, & ſtatim ueniet ad Tem
plum ſuum Dominator, quem
vos quæritis, & Angelus teſta-
menti, quem uos vultis.

¶ Decima Sibylla, Europa,
decora iuuenis, facie rutilãs, ue
lo ſubtiliſsimo capite ligata:in-
duta ueſte aurea : de Chriſto ſic
ait: Veniet ille, & tranſibit mõ-
tes, & colles : & lactices Syluarũ
Olympi : regnabit in pauperta-
te, & dominabitur in ſilentio:&
egredietur de utero uirginis.

*Zachar.c.9.*

Exulta ſatis filia Syon: iubila
filia Hieruſalem : ecce Rex tuus
ueniet tibi iuſtus, & Saluator, ip
ſe pauper, & ſedens ſuper aſinã,
& ſuper pullum filium aſinæ : &
diſperdã quadrigã ex Ephraim,
& equũ de Hieruſalem, & diſsi
pabitur arcus belli, & loquetur
pacem gẽtibus : & poteſtas eius
à mari uſque ad Mare, & à flu-
minibus uſque ad fines terrę.

¶ Vndecima Sybilla Tyburti
na: quam Lactantius Tyburtem
uocat, nomine Abuneam, quæ
Tyburti colitur, ut Dea, iuxta
ripas amnis: in cuius gurgite ſi-
mulachrum eius inuentum dici
tur tenens in manu librum: hæc
de Chriſto taliter prophetauit:
Naſcetur Chriſtus in Bethleem,
& annuntiabitur in Nazareth
Rex, Tauro pacifice fundatore
quietis. O fœlix illa mater, cu-
ius ubera illum lactabunt. Hæc
tunica croccea ueſtietur, uiola-
ceo mantello ſuper poſito.

*Michæas.c.5.*

Et tu Bethleem Ephrata, par-
uula es in millibus Iuda : ex te
mihi egredietur, qui ſit Domi-
nator in Iſrael, & egreſſus eius
ab initio à diebus æternitatis.

¶ Duodecima Sibylla Agrip
pa, ſic ait de Chriſto : inuiſibile
Verbum palpabitur, & germina
bit, ut radix, & ſiccabitur ut fo-
lium, & non apparebit uenuſtas
eius: & circundabitur aluus ma
terna: & flebit Deus lætitia ſem
piterna, & ab omnibus cõculca-
bitur, & naſcet̃ ex matre ut Deꝰ,
& conuerſabitur, ut peccator.

 Iſaiæ.

*Iſaiæ.c.* 53.

Et aſcendet ſicut virgultũ coram eo; ſicut radix de terra ſitiẽti, & non eſt ei ſpecies neq; Decor; & vidimus eum & non erat aſpectus.

---

¶ De his Sibyllis (vltra auctores infra, & ſup. dictos, qui de vnaquaq; agunt) vide S. Aug. Lactan. Firmianum, & alios, quos refert, & ſequitur S. Anto. 4. p. ti. 8. c. 1. §. 3. S. Th. 2. 2. q. 2. art. 7. ad 3. & q. 72. ar. 6. ad 1. & in 3. li. ſenten. d. 25. q. 2. ar. 2. q. 2. ad 3. vide ẽt librum, qui dicitur Faſciculus Myrrhę. & Paulũ Gryſal. in Deciſ. Cath. ver. Sibylla. Gaſparum Caſſal. de Quadripar. iuſt. li. 1. c. 1. & 11. Sixtum Senenſ. in Bibliotheca ſãcta in multis locis, vt patet in eius indice: verbo: Sibylla. Marquardum de Suſſanis. tract. de iudæis. 3. p. c. 1. nu. 56. & 57. Polid. Virg. li. 4. c. 14. Nota tamẽ ꝙ nullus. ſup. dictorũ ponit duodecim, niſi Magiſter Philip. ſup. Nam Faſciculus Myrrhæ, & Marquardus tantùm ponunt vndecim. Sixtus verò Senenſ. & alij tantum decem, alij tantum ſeptem.

¶ De prima Sibylla Perſia facit particularem mentionẽ Nichanor, qui res geſtas Alexãdri Macedonis ſcripſit.

De 2. Lybica meminit Euripides in Ianuæ Prologo.

De 3. Delphica Chriſippus. lib. de vnitate.

De 4. Cumea. Neuius in lib. Punici belli.

De 5. Erithrea. Apolodorus.

De 6. Samia Erateſtenes in annalibus Sannorum.

De 7. Cumana. Tarquinius Priſcus.

De 8. Heleſpontica. Heraclides Ponticus.

¶ De antiquitate, auctoritate, & pretio librorum Sibyllarũ. vide optime Polid. Virgil. lib. 4. ca. 14 & librum de Genealogia Ieſu Chriſti.

Decade. 2. c. 115. vbi quo tempore vnaquæque vaticinata eſt, & Anton. Democa. li. 4. cap. 12. in fine de Miſſa.

¶ Vltra quas Sibyllas, q̃ vulgo circunferuntur, legitur Sibyllam quandam Lugdunenſem ẽt de Chriſti paſsione vaticinaſſe. In libro enim raro, cui titulus: De Monarchia Gallorum campi aurei. (quem Bononiæ vidi anno. 1588.) in lib. 3. ſic habetur: Vaticinium Sibyllæ Lugdunenſis de paſsione Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

Hos quondam verſiculos cęcinit Sibylla Lugdunenſis de ſalutifera noſtri Redemptoris paſſione; Sed quid velint, accipe. Pontius Pilatus, cùm regiones è laribus ſuis remotas pererraret, ſe demum in Italiam recepit, ubi nemus Fortunę omnigenis arborib. vt potè Platanis, Cypręſsis,



pręſsis, & huiuſmodi inſitum duce Fortuna comperit. In quo vnam præ omnibus eminentem (quæ malus, arbor venuſta dicitur) & mira ſiquidem comarum proceritate, & fructuum amœnitate donatam videns, parumpere conſtitit: & (vt animorum mortalium ſemper eſt ambitio) tentauit eius honores (quæ poma voco) pauxillum ſurreptus digitis à voluptate: tandemque ſummitatem arboris inuadere. Quem hoc enitentem Sibylla noſtra Lugdunenſis futurorum præſcia his demum verbis aggreditur: Quid facis ò demens? &cæt. Sed nihilo motus pergere, quo ſpes ſua vocabat, minus deſiſtit. Vnde quam peſsimè ſecum actum fuit, quia verbis Sibyllæ fidem adhibere noluit. Arbitror neminem latere allegoricè per Fortunæ nemus pręſentem mundum intelligi, per fructus diuitias, quibus pauperrime natus tandem ualuit Pontius. Vnde ſuperbia ductus, & rerum & honorum perambitioſus malum in nemore reſidentem ſuis priuauit naturalibus muneribus. A qua tamen nihil accepiſſe factus præpotens aſſeuerauit. Per quam arborem noſtrum Redemptorem intellige, qui illi tanta bona dederat, ſed ingratus morti finaliter addixit horrendæ. Tu ipſe reſiduum per te cognoſces.

Carmina Sibyllæ Lugdunenſis.

*FOrtunæ Latij nemus eſt, ſeptum vndique denſis*
*Arborib. patula luxuriãte coma.*
*Diffuſas Platanos licet hic, altaſque cupreſſos*
*Cernere, & Idæi tegmina ſacra Iouis.*
*Hic & fulmineos pulcherrima Laurus ad ictus*
*Arcendos celſum tollit in Aſtra caput:*
*Hic & odoratæ Cedri, ſudataque ſtacte:*
*Hic variæ Nardi copia multa viget.*
*At nemore in medio, celebris qua Gallia fulget,*
*Quaque fluit tenuis Varus, & inde Liger,*
*Maxima ſtat malus procero ſtipite, fulua*
*Poma gerens, ducibus debita poma bonis.*
*Quam circum florent nitidiſſima lilia, ſummo*
*Grata Deo, nulla corruitura niue.*
*Hanc Lugdunenſis multa ante ætate Sibylla*
*Mirandã populis vaticinata fuit.*
*Pontius hunc lucum ſolus dum fortè pererrans*
*Ingreditur, natus pauperiore domo,*
*Vt potè qui fuerat modica ſe merce tueri,*
*Ex magno capiens parua lucella Deo,*
*Dum ſtupet arboreos fructus, fron-*

*deſque virentes,*
*Et nemus hoc ſuperis indicat eſſe ſacrum.*
*Peruenit ad malum : tandem candentia captat*
*Lilia, ſuſpiciens aurea Poma ſimul.*
*Qualia nec diues mittit Pheacida, ſed nec*
*Heſperius cernat peruigil ille draco.*
*Quæ dum laudat, amat, colit, admiratur, adorat;*
*Seque putat facili carpere poſſe manu,*
*Nullus enim Heſperius vigil hic draco decipiendus,*
*Nulla quoque hic fuerat decipienda ſoror,*
*Odit Mercurius Iunone innixus auara:*
*Et damnat, priſcum vituperatque ſtatum.*
*Arridet paulum Dea lubrica: ſeque ſerenam*
*Extulerat; dextra ſubleuat illa virum.*
*Qui trunco primum media poſt arbore reptans,*
*Erigit ad cupidas aurea dona manus.*
*Denique magna nimis ſumma ad faſtigia tendens,*
*Pomorum digitis grande volutat onus.*
*Hic iam conſpicuus baculo, mitraq; bicorni,*
*Solus iam diues poſſidet oẽ nemus.*
*Pergit &, hic pariles & faſtidire priores:*
*Nec quemquàm præter ſe putat eſſe Deum.*
*In quem ſi quiſquam tentat quid dicere, iurat,*
*Se nihil à Malo prorſus habere ſacra.*
*Non tamen à ſolito ceſſat Dea cęca fauore,*
*Quum maiore auſu corda ſuperba mouet.*
*Prouida quod vates Phœbeo accenſa calore.*
*Voluens, hæc liquit marmore ſculpta cauo.*
*En Rhodanus plauſu reſonat Lugdune canoro.*
*Aſt Arari ſubito corpora merſa gemunt.*
*Pontius heu Gallæ Siculam coniungere ſyluæ*
*Geſtit, diuiſus montibus, atque Mari.*
*Iuppiter hos auſus procul hinc arceto nefandos:*
*Diſſipat heu ſacrum fex lutulenta nemus.*
*Quid facis ò demens? quò tandem inſana tumoris*
*Mens tendit? tu ne hanc credis ad aſtra viam?*
*Hæc quanquam firma eſt arbos, ſcandiſſe cacumen*
*Haud tutum; fragiles ſunt tenueſque comæ.*
*Quas ſi forte tuo perrumpas pondere Ponti*
*Vnde cadas, & vbi (ſi ſapis) ipſe vide.*
*Idque ſimul penſa, quod quo magis alta capeſſis,*
*Pondere concurues hoc grauiore ſolum.*

Præ-



*Præterea ingenti turbæ expectare caducas*
*Vnus pro multis præda futura viris.*
*Hinc auidos cerno tibi ſanguine ſtare propinquos:*
*Auri diſcruciat quos ſimul atra fames.*
*Hinc longęua quibus tua Ponti vita dolori eſt,*
*Quod quæ multorum ſunt bona, ſolus habe.*
*Quare auro mitram nimio decorare caueto:*
*Aptior vt leuibus ſtare queas ſolijs.*
*Præmonet hæc vates: ſuadenti credito vati*
*Non fundit vacuos verus Apollo ſonus.*

## Hucuſque in dicto libro.

GAſpar item Caſſal. de quadripartita iuſtitia, lib. 1. cap. 42. aliam nominat Sibyllam, ſcilicet Diotimam, à qua Socrates didicit.

Inuenitur etiam (vt ſcribit Signibertus in Romanorum hiſtorijs, & ex S.Tho.2.2.q.21.ar.17. Eutrop.lib.23. in Conſtantinum, tradit Marquardus de Suſſanis in tract. de iudæis.3.par.c.1.num. 60.& Gaſpar Caſſal. de quadripartita iuſtitia lib. 1. capit. 11.& alij) quòd tempore Conſtantini Auguſti & Helenæ matris eius, inuentum fuit quoddam ſepulchrum Conſtantinopoli, in quo iacebat homo laminam aureã habens in pectore, in qua ſcriptum erat: Chriſtus naſcetur de virgine, & credo in eum: O Sol, ſub Helenæ & Conſtantini temporibus iterum me videbis?

Item, ante Chriſti aduentum 369. anno, prædixerat ille diuinus Plato in nuptijs diſcumbens, quod in eius ſepulchro inuẽtum eſt, ſcilicet inuenta fuit lamina ſuper pectus ſuum aurea, in qua ſcriptum erat: Credo in Chriſtum naſciturum de Virgine, paſſurum pro humano genere, & tertia die reſurrecturum. Item (quod mirabile eſt) de eodem refert. D. Auguſt. lib.6. Confeſsionum ſe legiſſe in quibuſdam Platonicorum libris, principium Euangelij. S. Ioannis: In principio erat Verbum, & cætera, quæ ſequuntur ad vſque: Et tenebræ eam non compræhenderunt. Et pariter dicit ibi legiſſe, quòd verbum Deus non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo natus eſt.

¶ Legitur etiam quòd tempore Federici II. & tempore Ferrandi Regis Caſtellæ, circiter annum Domini 1244. in Toleto Hiſpaniæ, iudæus quidam comminuendo ripam pro vinea amplianda, in medio cuiuſdam lapidis inuenit concauitatem, nullam pœnitus diuiſionem habentem, neque ſciſſuram, & in illa concauitate

reperit

reperit librũ folia quaſi lignea habentem, qui tribus linguis ſcri-
ptus erat, Hebraica, Greça, & Latina, & loquebatᷓ de triplici mun-
do ab Adam vſque ad Antichriſtum proprietates hominũ cuiuſ-
cunque mundi exprimendo. Principium uerò tertij mũdi, poſuit
in Chriſto ſic: In tertio mundo Filius Dei naſcetur ex Virgine Ma
ria, & pro ſalute hominum patietur. Quod legens iudæus, ſtatim
cum tota domo ſua Baptizatus eſt. Quæ omnia refert Marquar-
dus de Suſſanis, tract. de iudęis. 3. p. c. 1. nu. 60.

303 ET cap. 29. Iſaiæ loquitur de
Meſsia, qui fuit Ieſus Chri-
ſtus, qui fuit liber ſignatus,[a] &
ſecretus, ubi ſapientes iudęi in
Hieruſalem legere neſciuerunt,
& ignorantes literas, etiam ne-
ſciuerunt legere in eo. Imò eius
ſecreta omnes in cõmuni igno-
rauerunt, & fuit hoc ex affectata ignorantia, ex
304 malitia præcedente. Et ideo ſequitur in textu;
eo quòd propinquat Populus iſte ore ſuo, & la-
bijs ſuis glorificat me; cor autem eius longe eſt
à me, & timuerunt me mandato hominum, & do
305 ctrinis &c. Et ſequitur: Peribit enim ſapientia à
ſapientibus eius, &c. Et demum ſequitur: Et au-
dient ſurdi uerba libri, &c. quod eſt, quòd Chri-
ſtus, qui eſt liber ſignatus audietur, & tota pro-
phetia (ne me detineã) loquitur de ſancto Iſrael,
qui fuit Chriſtus benedictus, qui fuit ſanctus, &
ex Populo Iſrael.[b]

306 ¶ Cap. 30. loquitur de Meſsia, qui erit Deus &
homo, & ideo dicit quòd oculi Populi Iſrael vide
bunt præceptorem ſuum, &c. quod non eſſet mi-
rum, prout prætendit Propheta, ſi non erat ratio-
ne Diuinitatis vnitæ præceptori.[c]

307 ¶ In cap. 33. Videbitis Hieruſalem ciuitatem
opulentam, tabernaculum, quod nequaquã tranſ
ferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempi-
ternum, & omnes funiculi eius non corrumpen-
tur, quia ſolummodo ibi magnificus Dominus
Deus noſter. Et ſequitur parum poſt: Dominus
enim iudex noſter, Dominus legifer noſter: Do-
minus

a Inquiens: Erit uobis uiſio omniũ ſicut uerba libri ſignati. Quem librũ eſſe Chriſtũ ſignificat Ioannes Apocalip. 5. c. dicens: Vidi in dextera ſedentis ſupra tronum librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem. Et de hoc libro habetur Daniel 12. c. ibi: Tu autem Daniel claude ſermones; & ſigna librũ. De quorũ uerborũ expoſitione, uide q̃ tradit Hector Pin. in Iſai. c. 29. & in Dan. 12.

b Qualiter Chriſtus dicatur Sanctus Iſrael; Sãctus Sanctorum; Sol, Aqua, Leo, Paſtor, Lux, Candelabrũ, Lapis, & alia infinita ferè nomina, uide latiſſimè Hector. Pint. ſuper Daniel. in Indice, uer. Chriſtus, & in Alberico in Dictionario in uerbo (licèt malè, debet. n. ſcribi per Chr) Chriſtus.

c In cuius confirmationem tã Apoſtoli, quàm iudæi Dominum noſtrũ præceptorem appellabant, ut patet in multis Sancti Euãgelij locis, maximè Lucæ. 5. 8. 9. 17. & 21.

a Quem



minus Rex noſter, ipſe ueniet, & ſaluabit nos.[a]
Et finit capitulum: Populus qui habitabit in ea,
auferetur ab eo iniquitas.

Audi iudæe, quia tempore Iſaiæ Hieruſalẽ non 308
erat opulenta, non erat perpetua, non erat ibi Do
minus: ſed quòd Propheta prædicta dicit futura,
quæ talia ſunt, quòd non poſſunt ad temporalem
Hieruſalem conuenire. Nec enim temporalis po
teſt eſſe perpetua.[b] Nec ibi poteſt habitare Popu
lus ſine iniquitate, quare habet referri ad Hieru-
ſalem Cœleſtem, quæ erit tempore Meſsiæ. Vnde 309
neceſſe eſt, quòd Meſsias ſit Cœleſtis, qui ſit no-
bis legifer, id eſt dans legem nouam, quia ſi de
veteri intelligeret, iam erat data. Nota uerbum:
ipſe ueniet, & ſaluabit nos; Apparet quòd tempo
re Iſaiæ Prophetæ non erant ſaluati, quia dicit; &
præſtolatur ſaluationem futuram, quæ non poteſt
intelligi de ſaluatione temporali, quia ridiculum
eſt, quòd de illa futura lętetur Propheta. Habet er
go intelligi de ſaluatione futura ſpirituali. Et ſic
tunc non eam habebant, licèt haberent legem
Moyſi, & ſacrificia, & Reges. Imò ſaluationem ſpi
ritualem expectat Propheta futuram per Deum,
& ſic tempore Meſsiæ. Iudæe, quis iſta non con-
templatur, & non videt?

¶ Capitulum 42. loquitur de Ieſu Chriſto. Et 310
eſt aduertẽdum, quòd B. Hieronymus tranſtulit:
Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum. Et in Hebræo
propriè ad literam eſt: Ecce ſeruus meus, ſuſten-
tabo me in eo: quaſi dicat Deus, quòd in Meſsia
erit ſuſtentatio diuina ad finem ſaluãdi, quod eſt
uerbum deſignans unionem, & incarnationem
diuinam, in Meſsia.[c] De nullo enim Prophetarũ 311
ſcribitur quòd ſe ſuſtentabit in eo, ſicut de Meſ-
ſia. Et ſcias, quòd ſimile uerbum Exodi. 17. cap.
tranſtulit. D. Hieronimus ſub hoc uerbo ſuſtenta
tionis, cùm Aarõ & Hur ſuſtentarent manus Moy
ſi, quæ erant graues, ut eſſent ad Deum eleuatę, ut
uincerent Ioſue contra Amalech. Ecce quomodo 312
mirabiliter Propheta Iſaias dicit, quòd Deus ſe
ſuſtentat in Meſsia; quod eſt dicere, quòd unitur
illi.

a Quem Iſaiæ locum (ultra Nicolaũ de Lyra, Abulenſem, id eſt Alfonſum toſtatum, Paulum Burgenſem, & alios antiquos, & nouiores, maximè Hectoré Pintum, ibid.) declarat optimè, & multis auctoritatibus corroborat Hector idem Pintus, ſuper Daniel. c. 2. fol. mihi 39.

b Quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio, uel cõparatio. Et omne tempus, etiam innumerabilium annorum nihil eſt reſpectu perpetuitatis, uel ęternitatis. De quo illud Pſal. 39. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies externa quæ præceſſit, uel quæ præterijt.

c Quia, cùm offenſa cõtra Deum infinitum, erat infinita, & omnes mundi creaturæ finiti eſsẽt meriti ac ſufficientiæ ad ſatiſfaciendum pro tali culpa; oportebat ut perſona aliqua infiniti meriti ſatisfaceret ꝑ homine. Et quia hęc perſona, quæ erat ſecũda in diuinis, pati non poterat, cum ſit Deus cum Patre & Spiritu ſancto, & ſic impaſſibilis; ideo humanam aſſumpſit naturam, in qua

pati

illi. Quod eſt mirabile verbum, de nullo Prophetarum dictum; niſi de hoc ſeruo Meſsia: qui in quantum homo ſeruus eſt, & illi Deus vnit̃ adeò, vt dicat, me ſuſtẽtabo in eo. Et Nota ibi: Gloriam meam alteri non dabo, q̃ vult, quod ideo Deus non ſaluabit homines cum homine, aut Angelo, vt fecit populum iudæorum cum Moyſe, aut Angelo, qa in ſaluatione animæ humanę cõſiſtit gloria Dei, quam videbimus per ſaluationem, & redemptionem ſuam. Et hanc gloriam alteri non erat decens, quod Deus daret eam; aliàs tantùm eſſemus obligati Angelo, ſicut Deo.

¶ Capitulum. 43. expreſſe loquitur de redemptione peccati Adæ. vbi, in fine dicit: Pater tuꝰ primus, peccauit, & interpretes tui præuaricati ſunt in me, & cõtaminaui Principes ſanctos, dedi ad internetionem Iacob, & Iſrael in blaſphemiam. Et ſequitur ſequens capitulum, quod optimè adaptatur ad remedium Baptiſmi introductum per legem Gratiæ pro expiatione peccati Adæ. [a] Et Nota, quomodo in hoc capi. 43. dicit Deus: Veruntamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatib. tuis: Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc in memoriam, & iudicemur ſimul, narra ſi quid habes, vt iuſtificeris. [b] Et ſequitur; Pater tuus. &c. Vide lector huius prophetiæ, quomodo Deus conqueritur, quod propter peccata ipſe Deus nobis ſeruiuit, aut ſeruire uoluit: quod eſt dicere, quod fuit nobis factus ſeruus, aſſumendo formam ſerui, aſſumeudo naturã humanam, & dicit: Ego ſum, qui deleo iniquitates

pati potuiſſet, &
Deo Patri ſatisfa-
cere. Et ideo dicit:
Suſtentabo me in
eo, ideſt, Verbum
æternum humilia
bitur, & in huma-
313 nitate vnita uerbo
patiet̃. Quod ma-
nifeſte confirmat̃
ex verbis adductis
ab Auctore hic, ſ.
Gloriam meam al
teri non dabo; i. ꝙ
quemadmodũ per
ditio Mundi per
hominem tantũ;
ita fuit neceſſariũ
vt repararetur per
hominem Deum,
qui ꝑ infinita cul
pa ſatisfaceret.
a Nota, ꝙ q̃uis
omnia Septem Sa
cramenta dignè ſu
mẽtibus conferãt
314 gratiam; ut latè cõ
tra aliquos anti-
quos probauimus
in noſtro Candela
bro Aureo. 1. p. De
ſacramen. in gene
re. nu. 9. & q̃uis in
Sacramẽto Baptiſ
mi non tantum o-
riginale, & omne
actuale dimitta-
315 tur peccatum, ſed
etiam ſequantur
ex Baptiſmo ſeptẽ
illi effectus, quos
ex multis adduxi
mus in d. Cande-
labro, tit. de Bapt.
nu. 44. Nihilomi-
nus tamen, cũ tria
ſint peccatorũ ge-
nera, ſ. Originale,
mortale, & ueniale;
ita tria fuerunt
inſtituta Sacramẽ
ta directè pugnan
tia; Nam Baptiſ-
mus directè contra originale; Pœnitẽtia cõtra mortale; & extrema vnctio contra veniale inſtitutum eſt, ut probauimꝰ latè. in d. Candelabro Aureo. in proprijs locis.

b Quia, ut optimè ait D. Pau. 2. ad Timot. c. 1. collabora Euangelio ſecundum uirtutem Dei, qui nos liberauit, & uocauit vocatione ſua Sancta, nõ ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſæcularia. Et ad Titum. c. 1. Nõ ex ope-



tes tuas, ꝓpter me. [a] Et, vt aliàs ſupra dixi, nõ eſt credendum, ꝙ hoc Deus dicat ꝑꝑ particularia peccata alicuius hominis, aut Populi vnius p̃terita, aut futura, aut aliquo tp̃e præſentia, quia, vt aliàs dixi, non erat, nec eſt dignũ diuinæ naturæ, vt tollat peccata particularia, & multo minus futura alicuius hoĩs, aut gentis, magis q̃ alterius. Et, ne id putaretur, Propheta ſe declarat in verſu: Pater tuus primus peccauit. Et dicit Deus naturæ humanæ: Reduc in memoriã, & iudicemur ſimul, narra, &c. Quaſi velit; Homo nõ habes aliquid cũ quo releueris à peccato Adę vniuerſali, cõcernente naturã totã hoĩs à principio vſq; ad finẽ; cuius virtute contaminaui Principes ſãctos Iacob, & Iſrael; quos, ſecundũ eorum ſpecificã, & ſingularem uitã, non decebat me, [b] eos contaminare, niſi propter peccatũ primi parẽtis. Et, quod dicit: Et interpretes tui præuaricati ſunt, &c. eſt declarandũ de ſerpente, ſiue Diabolo, & Eua, q fuerunt mediatores, & interpretes inter Adam peccatorẽ, [c] ex una, & præceptũ Dei ex altera.

¶ Et ſequitur cap. 44. Et nũc audi Iacob ſerue meus, & Iſrael

operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecũdum miſericordiam ſuã ſaluos nos fecit, &c. Et 1. Petri. c. 1. Secundũ miſericordiã ſuã magnã regenerauit nos, &c. & in multis alijs locis.

a Quam auctoritatẽ (ultra omnes alios antiquos) declarat Hector Pintus in eodem. c. 43. Iſaiæ. Et melius & copioſius in Dan. c. 9. in uerſic. Et cõſumetur præuaricatio. vbi adducit in cõfirmationem illud Ioan. 1. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mũdi. Et Iſaiæ 53. Ipſe vulneratus eſt propter iniqtates noſtras, &c. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et 1. Petri. c. 2. Peccata noſtra pertulit, &c. Oĩa ergo peccata virtute meriti Chriſti, quãtũ eſt ex ſufficientia eius, dimittũtur in Sacramẽtis ab ipſo Chriſto inſtitutis, & ꝑ veram contritionẽ cũ fide ipſius Chriſti. Hęc ille. Verbũ autem: cum fide; poteſt etiam intelligi, id eſt, cum voto, & deſiderio. Quia nullus ĩ mortali exiſtẽs poteſt ſaluari poſt Baptiſmum, abſq; Sacramento Pœnitẽtiæ in re, vel in voto. Nec aliquis vſum neceſſariũ diſcretionis habens poteſt ſaluari niſi in re, vel in voto accipiat omnia illa Sacramenta, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. De quibus latiſſimè egimus in noſtro Cãdelabro Aureo. 1. p. tit. De ſacram. in genere, & in materia vniuſcuiuſque in particulari.

b Non ꝙ poſſet
Deo aliqua parti-
cularitas, uel ꝑſo. 316
narum acceptio at
tribui; cũ, ſecundũ
Apoſt. ad Rom. 2.
Acceptio perſona
rũ nõ ſit apud Deũ
Maximè, cũ (reli-
ctis alijs diffinitio
nibus) ſecundũ. S.
Th. 2. 2. q. 83. ar. 4.
& alios, acceptio
ꝑſonarũ ſit inęqua
litas iuſtitiæ diſtri
butiuæ, inquantũ
aliq̃d attribuit̃ ali
cui p̃ter proportio
nẽ. Quæ diffinitio 317
minimè Deo diſtri
butori cõuenit, cũ
nemini quicq̃ de-
beat, cũ abſolutus
ſit Dñs omniũ, vt
Pſ. 23. Dñi eſt ter-
ra, &c. & Pſal. 94.
Qm̃ Deus magnꝰ
Dñs, &c. cũ multis
alijs. Sed nõ dece-
ret, cũ ita ſit miſe-
ricors ꝙ oẽs uult
ſaluos fieri, ut ha-
bet̃. Mat. 9. & Mar.
2. Q̃d mirabiliter
cõfirmat Apoſt. 1.
ad Thim. 1. ſic: Fi-
delis ſermo, & o-
mni acceptione di
gnus ꝙ Xp̃s Ieſus
uenit in hũc mũdũ
peccatores ſaluos
facere. Et Matt. 5.
Solẽ ſuũ oriri facit
ſuper bonos & ma 318
los, & pluit ſuꝑ iu
ſtos, & iniuſtos.

c Quæ auctoritas iam ſupra declarata fuit. Quibus adde quę tradit Hector Pin

quem elegi,&c.Effundam enim aquas,&c.Effun-
dam ſpiritũ meum ſuper ſtirpem tuã,&c.Quæ ver
ba, manifeſtè loquuntur de incarnatione verbi.
Non enim ſuper omnibus de ſemine Iacob erat
mittendus ſpiritus Dei, vt patet ad ſenſum, ſed
pro expiatione peccati erat mittẽdus ſpiritus ſu-
per vna ſtirpe, aut ſemine. Et quia poſſet dicere
quiſpiam: Si hic loquitur ſolùm de peccato Adę,
quod compræhendit totam naturam humanam,
quare ſe reſtringit Propheta ad Populum Iſrael ſo
lum;cum expiatio illius peccati omnibus indiffe
renter proſit? Ad hoc reſpondet,& dicit:ꝙ miſſo
ſpiritu Dei in ſtirpe & ſemine Iacob, veniẽtes ad
fidẽ huius ſeminis,iſte dicit:Dñi ego ſum;& iſte,
inuocabit in nomine Iacob,hic ſcribet manu ſua
Domino,& in nomine Iſrael aſsimilabitur &cæt.
quaſi dicat:Exteræ gẽtes dicent:Nos ſumus Iſra e
litæ,& veri iudæi. Et idcirco quia exteræ gentes,
quæ communiter erant idolatræ,& q̃,relicta ido-
latria, ad hoc ſemẽ, & Spiritum Dei venire debe
bãt,nutritæ erãt in peccato idolatriæ, Propheta,
vſque ad finem capituli, extirpat errorem idola-
triæ,& concludit,In Hieruſalem Cœleſti,ibi: Qui
dico, Hieruſalem habitaberis &c. Quæ verba ſa-
no oculo & intellectu non poſſunt intelligi de ter
reſtri; nec etiam id quod dicit de Ciuitatibus Iu
da,vt magis infra luce clarius oſtendam.
320 ¶ Sequitur capitulum 45.quod incipit:Hęc di
cit Dñs Chriſto meo Cyro;Qđ quidẽ cap.vſq; ad
c.53.qđ incipit: Quis credidit auditui meo:licèt loquať de Cyro
futuro Principe,q nõdũ natus erat tp̃e Iſaiæ Prophetæ, ſed in ſpũ
Dei de eo loquiť Propheta,& vocat eũ,Chriſtũ,ꝓ hoc ꝙ ipſe erat
miſſurus populũ ĩ Hieruſalẽ,quẽ captiuũ duxerat Nabucadanoſor;
tñ omnis iſta Prophetia, & ſic oĩa ſeptẽ capitula,loquũtur de redi
321 tu Populi Iſraelis à captiuitate Babylonia, quæ 70.annis durauit,
& Cyrus duci eos mãdauit ad ciuitatẽ Hieruſalẽ, vt legiť in libro
Eſdræ 1.& in Paralipom.vlt.c.vbi Cyrus,ꝑ proclama publicũ fecit
Populũ aſcẽdere ad Hieruſalẽ.Et hic Iſaias lętať de iſto reditu,quẽ
attribuit Cyro tanq̃ Xp̃o:qđ eſt dicere;tãquã uncto Dei vnctione
ſpirituali,eo quia in illa reductione ad Hieruſalem, uenturus erat
Meſsias,id eſt,Chriſtus,[a] inibi à iudęis expectatus,& illis promiſ-
ſus,

tus ſuper lamenta
tion. Hieremiæ.c.
2.verſ.Polluit Re-
gnum, & Princi-
pes eius. Et q̃ tra-
dit Fauſtin. Taſſus
in Ragionamento
17.ubi refert quòd
Rabbi Hacadosin
libro Galerazeya,
inquit:Meſſias ve-
niet ad relaxandũ
peccatum origina
le, & ad inferẽdas
animas in Paradi-
ſum. Quid clarius
in Catholicis Do-
ctoribus inueniri
poteſt?
a De ĩtellectu hu
ius. c.& de hoc no
319 mine: Chriſtus .i.
vnctus (vltra Ly-
ram, Abulenſem,
Paulum Burgenſ.
& alios antiquos
hic) vide tex.in c.
1.§. vnde, in fine.
De Sacra vnction.
S.Auguſt.tract.33.
ſuꝑ Ioãnẽ.& alios
modernos hic;ma
xime Fauſt. Taſsũ
ragionam. 17. qui
ſic ait: Ad paſſum
Iſaiæ dico, ꝙ hic
Deus



ſus,vt patet in pluribus locis ho
rum capitulorum.Et primo,ibi:
Rorate cœli deſuper, & nubes
pluant iuſtum, &c.[a] quod non
poteſt adaptari Cyro Chriſto,
quia nec uenit deſuper, nec nu-
bes pluerunt iuſtum,nec fuit ter
ra aperta ut germinaret Salua-
torem; Sed quid eſt? Iſaias vi-
dens reditum Populi per Cyrũ,
interſerit aduentum Chriſti, cu
ius cauſa fuit factus ille reditus
Populi,ut ait Aggeus Propheta.
cap.2.Magna erit gloria domus
iſtius nouiſsimæ pluſquam pri-
mæ, dicit Dominus exercituũ,
& in iſto loco dabo pacem, &c.
Et nota verbum: & iuſtitia oria
tur ſimul; quia ſaluatio Chriſti
Crucifixi,non ſolum fuit ſalua-
tio gratioſa,ſed etiam iuſta. Et
dicit,quòd iſtum iuſtum pluent
nubes, & hoc eſt quod Daniel
dixit. c.7. Et ecce cum nubibus
cœli quaſi filius hominis venie-
bat. [b] Si enim ſaluatio Chriſti
Crucifixi erat gratioſa, ſolo ver
bo, ſine paſsione ſaluare debuiſ
ſet; ſi erat iuſta,tota humana na
tura obnoxia peccato primi parentis, ruere de-
buiſſet. Sed quid fuit? Paſſus fuit Chriſtus pro
tota natura humana; vbi fuit gratia,& iuſtitia ſi-
mul. Et hoc eſt quod dicit Propheta: & iuſtitia 324
oriatur ſimul. Et ibi: Væ qui dicit patri,quid ge-
neras? & mulieri, quid parturis? Vbi clare no-
tatur generatio Dei Patris, & partus virginis.
Quia dicit;væ,contra negantes. Et bene ille ver-
ſus non poteſt ad aliud adaptari, ſi inſpicis: ma-
ximè ſi coniungatur præcedentibus dictis in ver
ſu: Rorate, & in verſu; Hæc dicit Dominus San-
ctus Iſrael plaſtes eius: redit ad Cyrum,vbi appa-
ret

Deus nõ loquitur
de Cyro Rege Per
ſarum, ſed loqui-
tur vero Meſſiæ.
Quoniam ſic legi-
tur in Talm. ĩ lib.
Meghilla, expreſ-
ſe:Ad uerbũ: quid
eſt quod ſcriptum
eſt apud Iſaiã, ſic
dicit Deus Meſſiæ
ſuo Cyro: Nũquid
Cyrus Meſſias eſt?
Non,ſed Deus ſan
ctus,& benedictus
dixit Meſsiæ, op-
pono te Cyro,quẽ
fortificaui in terra
in dextera ſua:In-
telligitis? (loquiť
iudæis p̃ſentibus)
Rabbi Salomõ ex
ponens hunc Iſaię
locum dicit: Magi
ſtri noſtri dixerũt
ꝙ Deus ſanctus,&
bñdictus dixit Re
gi Meſsiæ hoc ver
bum:Kobel,i.Op-
pono te ego cõtra
Cyrũ, ut habetur
in lib. Meghilla.
Rabbi Abrahã in
expoſitione ſuper
Daniel,dicit. Opi
nio eius, qui dicit
Cyrũ eſſe Meſsiã
Domini nõ eſt cõ
grua.Hæc ille.
a Quę uerba Iſaię
cantat uniuerſalis
Eccleſia intelligẽ-
do de Chriſto, per
totum aduentum,
maximè in introi-
tu Miſſæ Domini-
cæ 4. qñ Sacratiſsi
ma virgo proxima
erat partui. Et ꝙ
ſint intelligẽda de
Chriſto,& non de
Cyro, patet per re
gulam generalem

traditam ab expo-
ſitorib.Sacrę ſcri-
pturæ, & maximè 322
Pſalmorũ, qui di-
cunt, ꝙ quotieſcũ
que incidimus in
Pſalmum de Daui
de loquentem,nec
poſſunt omnia in
Pſalmo illo cõten
ta de Dauide veri
ficari,& conuincię
Pſalmus ille ad li-
teram de Chriſto
exponendus eſt.
Quam regulã opti
mè multis exẽplis
ꝓbat Decanus Fa-
uentinus, in tract.
De reſurrectione,
in principio.
b Vbi Hector Pin
tus ſuper hũc ver-
ſum ſic ait: Locu- 323
tus de Deo Patre,
nunc loquitur de
Filio,& infra: Vo-
luit in hoc loco di
uinus vates aſſum-
ptionem carnis hu
manę in Filio Dei
ſignificare,quẽ aſ-
ſerit uenturum eſ-
ſe ad iudicium cũ
corpore humano,
&cæt.
a Nota

ret ibi cum dicit : Ipſe ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet; quia iſta fecit Cyrus, vt apparet in fine Paralipom. & in libro Eſdrę. Et ibi: Hoc dicit Dominus: Labor Aegypti, &c. redit ad Hieruſalem materialẽ, & vult, quòd omnes exterę nationes adorabunt Deũ in ea, quia recedent à ſuis vanitatibus idolatriæ, & ibi, Deum adorabũt, quia ibi erit Deus abſconditus, intelligit de Chriſto, vbi eſt Deus incarnatus, & ſic in humana carne abſconditus. Saluator Populi Iſrael.[a] Et animaduerte, Lector, quòd reſiduũ capituli loquitur contra Gentiles idolatras, propter ſuam prauam conſuetudinem, & quibus non erat data Lex Moyſi. Et hoc continuat Propheta, vſq; ad ſequens cap. Et ſæpè Prophetæ, & Iſaias ſignanter, miſcent Populum Iſraeliticum cum Gentibus. Quod ideò faciunt, quia aduentus Meſsiæ erat communis ad omnes; & habebat facere de vtroque Populo vnum nouum Populum, ſicut Patriarcha dixit : Et illi congregatio gentium. Et Meſſias Ieſus Chriſtus dixit, quòd oportebat eum alias oues adducere, vt fierent vnum ouile, & vnus Paſtor Ioan. 10. Et Apoſtolus Paulus ad Epheſ. 2. cap dicit; Qui fecit vtramque, &c.[b] Hæc dico vt intelligas quomodo Prophetæ circa aduentum Meſsiæ miſcent gentes cum Populo Iſraelitico; Gentes de idolatria arguendo, & reparando, & iudæos de nouo aduentu conſolando, & vtrumq; Populum ſaluando.

¶ Sequitur capitulũ 48. Et uolo ibi notes clariorẽ textum de Trinitate,[c] qui ſit in Prophetis, ibi, cum dicit: Et nunc Dominus Deus miſit me, & Spiritus eius, loquitur de Sapientia Dei,[d] quæ fuit

325 a Nota quòd ad tollẽdam omnem dubitationem de verbo Dei incarnato, ait Iſaias hic: Verè tu es Deus abſcõditus; cum hac affirmatione, uerè. Appellat Deus abſconditus, propter aſſumpti corporis Sacramentũ. Voluit enim Deus in humana forma delitеſcere, & abſcondi, ut corpore ſuo impetus ſceleratorum hominũ ferret, & morte ſua nos è mortis
326 uinculis liberaret. Hæc eſt illa Sapiẽtia de qua Paulus 1. Corint. 2. Loquimur Dei ſapientiã in myſterio, quæ abſcondita eſt. Et in titulo Pſalmi 9. habetur ſic: Pro occultis filij, quẽ de
327 clarat optimè Titelmanus, & Iacobus de Valentia, reprobando falſas iudæorum opiniones, & interpretan
328 do illum pro Chriſto. Hic eſt theſaurus abſcõditus, de quo Matt. 19. c. Simile eſt Regnum Cœlorum theſauro abſcondito in agro. Vide expoſitores ſuper d. cap. 45. Iſaiæ. Et nota q̃ nos diximus in Cãdelabro noſtro Au
329 reo. 1. p. de Sacramentis in genere, nu. 7. vbi Sacramẽtum ſignificat etiã rem ſacram abdi-tam ſiue abſconditam. Et uide Hect. Pint. in Daniel. c. 12. in annotationibus ex Hebręo. fol. 180 in fine.

b Et ad Roman. c. 3. Non eſt diſtinctio iudæi & Græci, ſed idem Dominus omnium, &c.

c De qua Sanctiſſima Trinitate, inferius, ſuo proprio loco agemus.

d De hac Sapientia Dei, uide multa, quę tradit ex diuinis literis, Hector Pint[9] hic, vbi explicat de Sapientia, i. de Filio Dei totum illud. cap. 8. Prouerbiorum ſcilicet Dominus poſſedit me, &c. & vide. S. Th. 1. p. q. 39. ar. 7.



fuit miſſa per Deum, & Spiritum eius.[a]

¶ Sequitur capitulum 49. qui textus loquitur de Chriſto. Et ipſum gloſſat ſic Apoſtolus 2. ad Corinth. 6. cap. Actuum 13. cap. in fine. Vbi conuertentes ſe Apoſtoli ad gentes, relictis iudæis non credentibus, allegauit Paulus verba Iſaiæ, quę ſunt hic, videlicet: Poſui te in lumen gentibus, ut ſis in ſalutem vſque ad extremum terræ. Et de facto ipſe Paulus & Barnabas conuerſi fuerunt ad conuertendas gentes.[b] Quid opus eſt verbis? Quatuor capitula ſequentia, vſque ad cap. Quis credidit auditui noſtro, notoriè loquuntur de Meſsia, & manifeſtè dicunt, quòd totus Populus Iſrael non debebat intrare ſub fide Chriſti, ſed pauci eorum, vt ibi: Parum eſt, vt ſis ſeruus mihi, & ad ſuſcitandas, &cæt. Dedi te in lucem gentium, &c. Et ibi: & afferent filios tuos in vlnis, &cæt. quod completur, quando Reges alienigenæ à Populo Iſraelis duxerunt Apoſtolos Petrum & Paulum, & alios cum magna reuerentia in ſuis conuerſionibus, vt habetur in geſtis Apoſtolorum,[c] & eorum imagines, & memorias in humeris ſuis ducunt, & in capitulis ſuis formando in honorem imagines eorum. Et nõ eſt opus alia declaratione vſque ad cap. Quis credidit, habenti oculos apertos, ut non valeãt cõtradicere,

ar. 7. ad 2. & omnes ſacros Docto. ſcribentes ſuper librum Sapiẽtiæ. De alijs autem ſpeciebus Sapientiæ, & qualiter ſumatur, diſtinguatur, & intelligatur, uide Aluarum Pelagium, de Planctu Eccleſiæ, lib. 2. c. 90. Albericum de Roſate in Dictionario, uer. Sapientia. Polyant. eod. ubi multa ſcitu digniſſima congerit.

a De uaria & multiplici huius nominis: Spiritus, ſignificatione, & acceptione. Vide Lyrã Paulum Burg. Abulenſ. & alios. Gen. 1. in uer. Spiritus Domini, &c. & S. Tho. in multis locis. Aluar. Pelag. ſupra libro 1. capit. 48. Hect. Pint. Daniel. capit. 2. ver. Spiritus eius. Lexicon Theologicum, & Polyanteam, ver. Spiritus.

b Quorum hiſtoriam & acta uide Act. 13. 14. & 15. capit. cum duobus ſeq. Euſeb. Cæſarien. libro. 1. hiſt. cap. 14. & libro 2. cap. 11.

c Vide quæ tradit Iacob. de Valen. in Pſal. 18. Cœli enarrant. & Paul. Gryſal. in Deciſ. Cathol. uerb. Apoſtolus. Et de unoquoque Apoſtolo ĩ particulari uide Abdiam. de uitis Apoſt. & F. Ioannem
Ludouic. Viuald. 330
in Opus Regale. Et mirabilia, aureaſque excellentias Sanctorum Apoſto. uide apud Aluarum Pelagiũ de Planctu Eccleſiæ, lib. 1. capit. 52. & lib. 2. cap. 8. Hectorem Pint. in Daniel. cap. 5. uerſ. Principem Magorum, & omnes, uer. Apoſtoli. Et
vide omnino Vi- 331
uald. ſupra fol. mihi. 39 §. 4. vbi ait; Quod miraculum miraculorũ, & omnium mirabilius fuit conuerſio totius mundi facta p̱ Apoſtolos ruſticanos, paupes, ignorãtes, ſimplices piſcatores, viles, ac deſpectos, &c. & vide Hugon. de Sancto Vict. tom. 2. in Sermone Apoſtolorum. ſer. 7. pag. 219.

¶ No. duodecim
notationes poſitas 332
per Oeconomiam Bibliorum, lib. 2. Tabula. 177. folio 230. ubi ad hoc c. 49. Iſaiæ, uſque ad 66. notat omnem uitam, mortẽ, paſſionem, reſurrectionem, aſcenſionem, iudæorum cęcitatem, iudicium finale, ac gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti fuiſſe p̱phetatam.

a Vbi

cere, aut tergiuerſare verba, & mentem, ſi ſenſu aut ratione vtatur.

¶ Sequitur cap. 53. Quis credidit auditui noſtro? Et licèt ſatis hoc capitulum ſe explicet declarando, & prophetizando myſterium paſsionis Meſsiæ, vt ſupra in 4. principali capi. huius operis dixi:[a] tamen vnum obliuiſci non decet, ꝙ hoc capitulũ ſemper debet allegari iũcta caudа præcedentis, ibi: vbi dicitur: Ecce intelliget ſeruus meus. Et hoc dico, quia iudæi in ſuis libris, ibi fecerunt principium huius c. Et Gloſſa Caldaica Ionathæ filij Ozielis, quæ eſt multũ authentica apud iudæos, dicit: ecce intelliget ſeruus meus declarando dicit: ecce proſperabitur ſeruus meus Meſsias. Et Talmudiſtæ, intelligentes dicta verba de Meſsia, dicunt; & gloſſant: eleuabitur Meſsias pluſquã Abraham; & exaltabitur, pluſquam Moyſes, & ſublimis erit valde pluſquam Angeli ſancti myniſterij: vt ad literam dicunt in gloſſa magna Geneſis in principio. Habes ergo, ſecundum iudæos, quod totum capitulum loquitur de Meſſia. Habes plus, quod Meſsias debet eſſe ſublimior Angelis Cœlorum. Sic quod ipſi iudæi prophetarunt futurum eſſe Deũ; cum deberet Angelis ſublimior eſſe.[b] Quid plura? ꝙ hęc prophetia loquatur de Meſsia filio Dauid, aſſerunt ĩ ſuo Talmud iudæi in c vlt. libri Canhedrin. Et ẽt moderniores vltimi omnes, hanc prophetiam declarant, & attribuunt Meſsiæ; ut Rabbi Moyſes latè in epiſt. q̃ fecit iudæis Oriẽtalib. q̃ vocat̃ apud iudæos litera, ſeu epiſt. ſpei, ſ. aduentus Meſsiæ. Ipſe ibi, totã hãc prophetiã de Meſsia loq̃ aſſerit, allegat, & affirmat. Hæc tibi dico, vt obtrudas[c] dẽtes iudæo-

a Vbi quaſi omnia neceſſaria ad huius cap. declarationem tetigimus.
Nota tamen, ꝙ il-
333 la verba: Quis credidit auditui noſtro, intelligi debent de futuro, i. Quis credet. Sunt enim verba, quæ nomine Apoſtolorum Chriſti loquẽtium cum Deo, ꝓtulit ꝓpheta hic. Quaſi dicerent Apoſtoli: Quando prædicabimus in vniuerſum orbem Verbi Diuini ĩcar-
334 nationem, natiuitatem, paſſionem, & mortẽ, quis credet? quaſi dicat, nullus, niſi fidei lumine illuſtratus. De quo S. Pau. dicebat. 1. Corin. 1. Nos autem prædicamꝰ Chriſtũ crucifixum, iudæis q̃dem ſcandalum; Gentibus autem ſtultitiam. &c.
335 b Nam de quolibet puro homine tantùm, canit Diuinus Pſaltes. Pſ. 8. Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, & ſic de Chriſto, in quãtum homo erat mortalis, & paſſibilis; nam
336 quantum ad Diuinitatem, non tãtũ maior eſt Angelis ſed Dominus, & creator eſt Angelorum, & omnium creaturarum. Et ſic clarè loquitur Iſaias, & Rabbini antiqui de vero Meſsia, qui verus Deus, & homo eſt perfectus, vt mirabiliter declarauit. D. Athan. in Symbolo: Quicunque vult, quod Catholica Romana Eccleſia legit in omnibus Dominicis ad Primam dicẽs: Eſt ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur: q̃a Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei Filius, Deus & homo eſt. &c. Vide D. Aug. Rayn. Caſſiodorum, & Iacobum Valent. in d. Pſal. 8. verſu: Minuiſti.

c Citius franges, q̃ corrigas; induratum eſt enim eorum cor, & ideo ĩ uanum quo ad illos, quaſi laborãt, qui cum illis certare contendunt, cùm ad beneplacitum ſuum concedant ſæpè quæ neganda ſunt, & negent è contra, quæ omnino concedere tenebantur; ut iam ter, vel quater mihi cum eis colloquenti accidit.



iudæorum tergiuerſantium, & dicentium, ꝙ hæc prophetia loquitur de Ieremia, & nõ de Meſſia. Et aliqui dicunt, ꝙ loquitur de populo Iſraelis. Vide, quàm in circuitu impij ambulant, vt fugiant lucem Ieſu Chriſti, ne videant, & ſuam ipſorum damnationem adipiſcantur. Et nota lector, omnes paſſus dictæ prophetiæ, quia omnes conueniũt ipſi Ieſu Chriſto propter miſeriã eius temporalem, quia inglorĩ fuit aſpectus eius, & ꝙ Reges mirati ſunt de eo. & vſq; in finem non videbis niſi mores Ieſu Xp̃i in ſanando infirmos. & videbis fundamenta paſsionis ſecundũ fidem noſtram; quia oblatus eſt quia ipſe voluit. Non enim per vim, & contra ſuam voluntatem paſſus eſt. & in Hebræo ĩ verbo; oblatus eſt, anguſtiatus, ſiuè tortus eſt, quia ipſe voluit.[a] Deinde ponit quomodo pro peccato poſuit animã ſuam; & ꝙ peccatum multorum tulit. licèt verius ſit in Hebræo: pepercit, aut deleuit. Et eſt in ſingulari, peccatum multorum, quaſi deſignet originale peccatum.[a] Sed dicit iudæus: quomodo ꝓbas, ꝙ iſta prophetia loquatur de Ieſu filio Mariæ, quia de alio, quẽ adhuc expectamus, loquitur? Ad hoc Reſpondeo, ꝙ in ſequenti cap. ponitur tempus quando hæc erunt, ibi, cũ dicit: Sicut in dieb. Noe iſtud mihi eſt, cui iuraui ne inducerem aquas diluuij vltra ſuper terram. Quod quidem, iura-

a Volũtariè enim genuit nos uerbo veritatis. Iacobi. c. 1. Quod manifeſtiſsimè patet in hoc, quia iudęi volebant eum appręhendere, & nõ potuerunt, quia nõdum uenerat hora, ut patet Ioã. 7. Et quando uenit hora, & fuit eius voluntas, ipſe mitiſſimus Agnꝰ ſeſe obtulit rapaciſſimis lupis, & eorũ Duci Diaboli filio Iudæ dicens: Quẽ quæritis? Io. c. 18. & multa ſunt teſtimonia, q̃ omitto.

b Ex hoc. c. 53. elicit duodecim concluſiones Scrutinium Scripturarũ diſt. 5. c. 7. uerſ. omiſſis. Prima. Qđ Redemptor ſeruꝰ Dei, excellentior eſt cęteris Sanctis Cœli, & terræ. ut ibi: Exaltabit̃. &c. ¶ Secunda: Quòd ipſe fuit exordio paruulus, & humilem ortũ habuit. De quo, ibi: Aſcendet ſicut uirgultũ.
¶ Tertia: Quòd in 337
ſuo progreſſu fuit deſpectus. De quo ibi: Deſpectum & nouiſſimum. &c. ¶ Quarta: Quòd fuit uulneratus ꝓ-
pter iniquitates 338
noſtras. ut ibi; Et liuore eius ſanati. &c. ¶ Quinta, ꝙ omnes iuſti, præter ipſum, de lege communi errauerunt à uia ſalutis, & ipſe omniũ iniquitates portauit ſ. quo ad pœnas. De quo, ibi. Omnes nos quaſi oues errauimus, & Deꝰ poſuit in eo iniq̃tates omnium noſtrum. ¶ Sexta, ꝙ has pœnas, & mortem uoluntariè ſu-
ſtinuit. ut ibi: obla- 339
tus eſt, quia ipſe uoluit. ¶ Septima: Quòd totum hoc fuit propter ſcelus Populi; ipſe enim ĩmunis erat à peccato. ut ibi: Propter ſcelus populi. &c. ¶ Octaua: Quòd uictoriam debebat habere, & ſpolia diuidere. &c. ut ibi: ideo diſponã ei plurimos. &c. ¶ Nona: Quòd erat reputandus ſceleratus. ut ibi: Et cum ſceleratis re-
putatus eſt. ¶ De- 340
cima: Quòd licèt per mortem omnium peccata ſufficien-

ficienter ſuſtulit; non tamen omniũ effectiuè, ſed multorum. Ibi: Et ipſe peccata multorũ tulit. ¶ Vndecima, Quòd tanta fuit eius charitas, quod etiam pro inimicis orauit. ibi: Pro tranſgreſſorib. &c.
341 ¶ Duodecima: ꝙ iſta quæ in hoc. ca. tradũtur, ſunt valdè remota a naturali ĩgenio humano. De quo dicit: Quis credidit auditui noſtro? &c. Quarum concluſionum meminit etiã Arnaldus Albertinus. in Rubr. de hæret. in 6. q. 12

a De quibus templis, & eorum duratione. &c. infrà ſuo loco dicetur.

b Verba illa poſita in principio huius cap. ſ. lauda ſterilis quæ non pa-
342 ris; (vltra Lyram, Paulum Burgenſ. & alios antiquos ibidem, & Hector. Pintum. etiam ibidem) vide S. Th. ſuper Epiſt. ad Gala. c. 4. lect. 7. Iacobũ de Valen. ſuper Pſ. 34. in verſ. Retribuebant mihi mala pro bonis ſterilitatem aĩæ meæ. Quod Verbũ; Lauda, idem Hector Pint. ſuper Lamentationes Ieremiæ. c. 2. declarat ĩ ver. Conſurge, lauda ĩ nocte: ſic dicens: Pro, lauda eſt ĩ Hebraico, Ranan, q̃d ſignificat, laudare, clamar̃, meditari, exultare. Ex hac verbi ęquiuocatione fluxit interpretum varietas. Hieronym⁹ uertit laudare. Pagninus, & Brixianus clamare. Septuagĩta meditari. Sed hæc in idẽ ferè recidũt. Nam laudare hoc loco; eſt præconijs Deum efferre, & clamoribus laudis celebrare. Sed q̃a hi clamores poſſunt eſſe in animo ſine vocibus externis, vertunt Septuaginta meditari, ſiue ad meditandũ. Moyſi enim nihil ore clamanti dixit Deus, Exod. 14. Quid clamas ad me? Pro laudare accipitur Iſaię. 54. Lauda ſterilis quę non paris. Loquitur Diuinus vates cum Gentium populo, ſiuè cum Gẽtilitate, quæ, cùm antea ſterilis eſſet, recepit fidem, & multis filijs abundauit. Hæc ille.

a De

ramentum fuit anno 600. vitæ Noe, ut habetur Exod. ca. 8. Et, ſi benè computas, ꝓphetia Iſaię, quæ incipit à tempore Oziæ Regis, vt habetur in principio ſui libri, inuenies, ꝙ fuit quaſi in medio temporis Templi Salomonis. Quod, quidem templum durauit. 410. annis: & ſecundũ Tẽplũ Eſdrę, durauit. 420. annis,[a] ut clarè dicunt iudæi in libris Talmud, in libro q uocatur, Yoma, in perech, ſeu. c. 1. Sic, ꝙ ab iſta prophetia vſque ad tempus aduentus Chriſti Ieſu cucurrerunt. 600. anni. Et hoc eſt, quod dicit ſicut dies Noe iſtud mihi. Sic, ꝙ tempus huius prophetiæ iam præterijt, & non eſt inuenire alium, cui prædicta cõueniant, niſi Ieſum filiũ Marię, qui hoc tempore, vel quaſi à Propheta præfixo, & prænũtiato venit, q̃a hoc eſt, quod dicit ſicut in diebus Noe, iſtud mihi. &c.

¶ Sequitur ca. 54.[b] Quod optimè continuatur, quia totus tex. loquitur de gente Gentili, & idolatriæ dedita, quæ dicitur ſterilis, & deſerta, reſpectu populi Iſraelis, qui propter fidem, quam à Dño habuerant, nõ dicebantur ſteriles, neque deſerti, imò erant dilecti, & fructiferi. & eſt intentus, ꝙ gens Gẽntilis põt, & debet laudare Deũ, de gratia eis à Deo facta: quia plures fuerunt filij deſertæ, ideſt, gentis Gẽtilis, q̃ iudæorum, quæ erat Gens, quę habebat uirum, ideſt, Deum, eorum Dominum, & protectorem: & ideo Propheta Oſee concordat, ut dicit 2. c. ibi: Quoniam ipſa non vxor mea, & ego non vir eius. & totus textus ſatis patet uſque ibi: ſicut

in



a De quo cap. vide quæ tradit. S. Th. ſuper. 2. Paralipom. c. 6. in fi. Hector Pintus in hoc c. 55. Iſaiæ. & ſuper Danielem. c. 3. verſiculo. Et non ſequimur te. & ca. 9. in uerſ. in medio hebdomadæ. &c. vbi ſic ait: Et per Iſaiam. c. 55. dixerat: inclinate aurẽ veſtram, & venite ad me, & uiuet anima ueſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternũ. Hoc ſempiternum pactum eſt ſanctũ Chriſti Euãgeliũ, quod non de monte Sinai exiuit, ſed de Sion, iuxta illud Iſaię. 2. De Siõ exibit lex. &c.

b Nota tamen, ꝙ quamuis tex. Euangelij Matt. 10. ibi: in viam Gentium ne abieritis, & eiuſdem Matth. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues, q̃ perierunt Domus Iſrael, videatur eſſe contrarius; cum illo. Mat. 28. & Mar. vlt. vbi ait: ite prædicate Euangeliũ oĩ creaturæ. &c. nullam tamen cõtinet contradictionem. Quia primũ teſtimon. Matt. 10. intelligitur tantũ pro tunc. Secundũ etiam Mat. 15. intelligitur. i. particulariter ſum miſſus ad oues Iſrael, quibus eram promiſſus:

in diebus Noe, &c. quod ad præſens capitulum, & præcedens capitulum refertur, ſicut ibi eſt declaratum.

¶ Sequitur cap. 55. Quod manifeſtè loquitur 343
de Meſsia, qui debet eſſe ex Dauid. Quod patet in uerbo ibi, cùm dicitur: & feriam uobiſcum pactum ſempiternũ, miſericordias Dauid fideles.[a] Et totum capitulum loquitur de materia cõuerſionis Gentis Gentilis, ad Meſsiam. & patet litera non habenti oculos obcęcatos.

Et nota ibi: ſic erit uerbum meum, quod egredietur de ore meo. &c. ubi manifeſtè loquitur de miſsione Verbi Dei, quæ eſt ſecunda perſona in Diuinis miſſa ad Mundum, & regreſſa ad Deum: quod multum, lector, nota.

¶ Sequitur capitulum 56. & hoc capitulũ tur-
bat iudęos, quod non deberet. Dicit iudæus: ecce 344
hoc præceptum cuſtodiendi Sabbatum: ergo Sabbatum non debet ceſſare ueniente Meſsia, ut uidemus in aduentu Ieſu Chriſti? Ad hoc, ꝙ deberet obſeruantia diei Sabbati ceſſare in aduentu Meſsiæ, ſatis luce clarius oſtendi in capitulo ſpeciali, quod feci de obſeruantia Sabbati, quod eſt
infra. Et, ſi dicas: Quomodo hic iubetur per Iſaiã 345
obſeruantia Sabbati? Reſpondetur, ꝙ non iubetur obſeruantia; ſed intẽtus eſt, ꝙ ſiue alienigenę, non ſeruantes Sabbatum: ſiue iudæi Sabbatũ ſeruantes, omnes ueniẽt ad Meſsiam. Et hæc eſt clara intẽtio textus: quaſi uelit: non erit differentia
inter iudæos, & Gẽtiles in uocatione Meſsię: q̃a 346
omnes indiſtinctè vocabuntur, & ueniẽt ad Chriſtum.[b] Et, ne me detineam in gloſſando Bibliã, quia ſcribẽtes clarè ſcribunt; ſolùm aduerte uerba textus in fine: Quia Domus mea, Domus Orationis uocabitur cunctis populis: quaſi ue-
lit: Non faciam peculiarem populum, de popu- 347
lo Iſraelis cuſtodiẽte Sabbatum: ſed de aduenis, & de alijs populis faciam unum populum. & patet litera.

Et quod dicit: ſpeculatores eius cæci. loquitur de Phariſęis, & Scribis iudæorum, qui om-

O nes

miſſus:generaliter
verò pro vniuerſo
348 genere humano ve
ni. Et ſic omnes ge
neraliter uocat ad
Baptiſmum dicẽs
Iſaiæ. 55. Omnes
ſientes uenite ad
aquas. Et Marc. vl
ti. Baptizate om-
nes gentes. Quod
uocationis officiũ
cœpit Ieſus face-
re à principio ſuæ
natiuitatis paſto-
res, id eſt, populũ
iudæorum vocans
per Angelos; &
Magos, i. populũ
Gentiliũ per Stel
lam, vt patet Mat.
c.2. & Lucæ.2. Et
349 quotidiè Gentiles
vocat, & trahit ad
Baptiſmum, ut cõ
ſtat ex Indijs O-
rientalibus, & Oc
cidentalibus, ubi
infinita ferè homi
num multitudo fi-
dem Chriſti ſuſce
pit, & ſuſcipit. Et
ita quemadmodũ,
350 nato Domino, tres
Reges ab Orien-
te venerunt eum
adorare: ſic nato
Domino ꝑ gratiã
in cordibus Genti
lium Iapponorũ
tres Reges miſſe-
runt, anno. 1587.
351 adorare Chriſti vi
carium. ſ. Sixtum
V. & dare obedien
tiam S.R.E. Quos
Catholicus Rex
Hiſpaniarum Phi
lippus.2. honorifi-
centiſsimè ſuſce-
pit, doniſq; præ-
cioſiſſimis onera-
uit, ac honoribus
inſigniuit.

nes errarunt in aduẽtu Chriſti.[a]

¶ Capitulum. 57. loquitur cõtra Phariſæos, & iudæos, qui dilatarunt os ſuum contra Chriſtum iuſtum, & nemo in corde ſuo cogitabat de perditione iuſti: ſed magis inſtabant eum perdere, dicentes: Crucifige, &c.

Vnum non omitto, quod iudæi in illo verſu: Non enim in ſẽpiternum litigabo: ſic dicunt: Non in ſempiternum litigabo cum Adam; nec vſq; ad finem iraſcar cum progenie ſua. Hæc illi. Iſtud ſcribũt Doctores iudęorum gloſſantes Bibliam, in loco qui vocatur: Gloſſa Geneſis magna. Habes ex hac antiqua iudæorum doctrina, ꝙ Deus erat iratus cum Adam, & eius progenie. Et ſic peccatum Adæ damnauit eum, & ſuam progeniem: ſecundum antiquam iudæorum traditionem.[b]

¶ Et capitulum ſequens. 58. proſequitur eandem materiam, vt Deus redarguat hipocritas Phariſęos, qui oſtendebant ſe q̃rere uias Dei, & à Chriſto, quem inter manus habebant, auertebant faciem.

¶ Et capituli. 59. finis, dicit, quomodo loquitur de Meſsia, ibi: & veniet Sion Redemptor. & ſic intelligunt Gloſſatores iudæi, ꝙ loquitur de Meſsia.[c] Vbi nota, ꝙ fœdus Redemptoris eſt Spiritus Dei, qui erit in Redemptore: vbi denotatur diuinitas Redemptoris, & fides ipſius Re-



a De hoc. c. uide maximè. S. Th. j. 2. q. 102. a. 4. ad 1. Et hanc auctoritatẽ ſ. Speculatores eius. &c. intelligit Hector Pintus. in Lamentatio. Iere. c. 2. uerſ. Nec aperiebant, de Prelatis flagitioſis, ſic dicens. De flagitioſis autem ait apud Ezech. 34. Væ paſtoribus Iſrael, q. paſcebant ſemetipſos. Et apud Iſa. 56. Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam ſuam declinauerunt. Et apud Zachar. 11. O paſtor, & Idolum derelinquens gregem. &c.

b Et Sacrorũ Doctorum concluſionẽ approbata ab Eccleſia in multis Cõcilijs: maximè hodie ĩ Sacro Tridentino. Seſſ. 5. De peccato originali his uerbis: Si quis Adæ præuaricationẽ ſibi ſoli, & non eius propagini aſſerit nocuiſſe, &c. Anathema ſit. Et alia Decreta ſunt ibi: quæ uideas. Et vide optimè Fauſtinũ Taſſum Ragionamento. 12.

c Non tantũ iudęi expoſitores hoc tenẽt; vt ſup. diximꝰ; ſed etiam omnes Sancti, & alij Catholici, ex quibus vide S. Tho. in Ep.





ad Rom. c. 11. lec. 4. & Hect. Pint. in hoc. c.

a De hac prophetia, & eius mirabili explicatione (vltra Nicol. Lyram. Abulenſem, Paulũ de Sancta Maria, & Sanctos hic) uide latè per Reuer. D. Martinum Garſiam Epiſcop. Barchinonen. in Sermone de Epipha. vbi tradit multa curioſa. Et qualiter, ſecundum cõmunem opinionẽ, intelligat de Xpo, uide S. Ant. In tab. 4. ubi in die Epiphanię ſic ait: Prophetia iſta exponitur à Chriſtianis de Hieruſalem ꝑ Romanos diruta, & pro tẽpore Xpi veri nati ĩ Bethleẽ qui cum ad Hieruſalẽ perſonaliter veniens, & in ipſa exemplariter viuẽs, ſalubriter docens, & euidenter miracula faciens ipſam fecit glorioſam: Surge ergo, & illuminare. &c. Hæc ille. Et ſic intelligit Eccleſia illã cantando ĩ Miſſa Epipha.

b Verba eſſentialia prophetiæ sũt hæc; Spiritus Domini ſuꝑ me. &c. De hac prophetia uide D. Hiero. Lyram, & Burgẽſem eius additionatorẽ. Abulenſem; & modernos ibidem

demptoris: ſiue fœdus ſuum eſt ſpiritus Dei, qui eſt in Redemptore. Et hoc eſt, quod dicit clarè Propheta, quod fœdus Redemptoris erit ſpiritus Dei, qui erit in Redemptore: quaſi dicat: quod Deus homo factus, eſt fœdus, & lex Meſsiæ: quia Deus loquitur Redemptori: & hic eſt clarus intellectus literę. Et quod iudæi dicũt, quòd ſpiritus Dei, qui erit in Redemptore intelligitur de prophetia Redemptoris, eſt mirabiliter extortum: qa nunquam prophetia alicuius ꝓphetæ fuit fœdus populi, ſicut hic dicit.

¶ Sequitur cap. 60. Quod clarè loquitur de Regibus adorantibus Chriſtum, ſecundum Hieronymum, & quærentibus Meſſiam: non eſt opus gloſſare, quia litera eſt clara.[a]

¶ Capitulũ. 61. Chriſtus ſuo ore gloſſauit. Lucæ. 4. ca. ubi dicit iſtam prophetiã fuiſſe impletum tempore aduentus ſui,[b] qđ quàm dulce ſit conſiderare, &
contemplari, tu lector Chriſtiane, animaduerte:
quia licèt Euangeliſta Lucas non totam prophe-
tiam tranſtulerit: tamen cùm dicit; reuoluit; eſt 355
notandum quòd non à caſu Chriſtus aperuit li-
brum, ſed quæſiuit locum ſcripturæ, ut doceret iu
dæos prophetiam per Iſaiam prenuntiatã, & an-
te per longa temporum ſpatia dictam, de cauſis,
& conditionib. aduentus ſui. Et, cum dicit Euan-
geliſta: inuenit locum, ubi ſcriptum erat: uides ꝙ
Chriſtus totum capitulum prophetiæ legit, & di
xit: Hodie impleta eſt hęc prophetia in auribus
ueſtris. In qua ſcriptura eſt tota ſubſtantia fi- 356
dei Chriſtianæ. Quia ſcriptura quę loquitur de

S.Th.1.p. q.336.a. 352
1. ad j. Hector. Pĩt.
in Dan. c. 2. Sixtũ
Senen. in Bibliot.
Sancta. li. 2. §. po-
pulorum, ubi ſic
ait: populorũ ſcri-
ptura de hac iuxta
ſeptuaginta edi
tionem ĩ Pſal. 86.
legitur: Dominus
narrabit ĩ ſcriptu
ris populorum, &
Principum horũ.
& cætera. Euthy-
mius hunc locum
exponens, ex Pro-
phetarum, inquit,
ſcripturis Chriſtꝰ
docebit, quæ ad
ſe pertinent, ait e-
nim Lucas: Et tra-
ditus eſt ei liber 353
Iſaię Prophetæ, &
explicato libro, ĩ-
uenit locum, ubi
ſcriptum erat: ſpi-
ritus Domini ſuꝑ
me, &c. Hæc il-
le. De cuius uerſi-
culi declaratione. 354
uide Iacobum. de
Valen. in Pſal. 86.

Meſsia,ſecundum oẽs, dicit; ꝙ Meſsias debet venire ad annuntiandum manſuetis,vt fuit Sanctus Andreas,q. prior eũ nouit,[a] & alij Apoſtoli; & ad ſanandum contritos corde;ad prædicandũ captiuis indulgentiam; & clauſis apertionem. &c.prout litera ſe docet,& declarat.[b] Ex qua,vſque ad finem cap. ibi : vniuerſis Gentibus,vides mentem Euãgeliorum,& Epiſto. prænuntiatam per Iſaiã;& dictã, & confirmatã proprio ore Chriſti,vt,ſi benè legeris,& relegeris, illa prophetia ſit ſummariũ fidei Chriſti. iudæi vero referunt iſtã prophetiã ipſi Proph. Iſa.qđ inſulſiuis gloſſari non põt. Vbi.n.aut qũ Iſaias venit ad annuntiãdũ mãſuetis;qui in principio ſuæ prophetię inchoat ſuum librum dicens: Vę genti peccatrici? Vbi venit ad ſanãdum contritos corde? Vbi ad prædicãdum captiuis indulgentiam ? &c. quæ ſequuntur in hoc.c.61.Sed in circuitu impij ambulãt,nolẽtes veritatem,q.a. manifeſtè iſta prophetia loqtur cõtinuatiuè in pſona Meſsię,vt Ieſus Chrs dixit.

¶ Sequitur cap. 62. & eſt conſequutiuum ad materiam , & gloriam,quæ ibi notatur de Hieruſalem . Aut eſt intelligenda de Hieruſalem cœleſti; aut,ſi velis de Hieruſalem terreſtri ,[c] & materiali. Eſt intelligendum etiam ſpiritualiter, quia illa Hieruſalem ex aduentu, & viſitatione ac paſſione Chriſti ibidem celebratis, fuit ita glorificata, ꝙ omnes populi ex ea gaudebunt; & Deus ponet Hieruſalem laudem in terra ; & omnia ſua ſpiritualiter ſumpta,non dabuntur inimicis eius,id eſt,infidelibus ; & erit ſignum ad populos , quia Dñs fecit auditum in extremis terræ . Et concludit:Dicite filiæ Sion (quæ eſt locus Templi)Ecce Saluator tuus adueniet.&c.Et dicit in fine:ꝙ Hieruſalem vocabitur ciuitas q̃ſita,nõ derelicta, ꝓut re vera viſitatur plus propter Saluatorem Chriſtum

a Vt patet Io. c.1. Andreas, Hebraice,decorus,Grecè verò virilis appellatur,vt ait, S.Iſid. li.7.Ethimolo.c.9. quẽ refert , & ſeq tur F.Ioan.Ludou. Viualdus. in li.Opus Regale. tract.
357 de pugna partis ſenſ. §.Andreas.
b Auctores variè hunc locum exponunt D.enim Hieron.ſic ait: Vt annuntiarem pauperibus videlicet dicens Matt 5. Beati pauperes Spiritu . & cætera. Et beati mites. &c. Contritos corde, ideſt, eos,qui corde cõtriti erant, & dicebant: Cor contritũ & humiliatũ Deus non deſpicies.Vel, ſecũdum Symmacũ,& Theodotion: ad alligãda vulnera peccatorũ.Hęc
358 D.Hiero. Cum q-bus (non citans alios nec eos) concordat Hector Pĩt. hic; & alij. Forerius autem explicationẽ facit. quẽ vide. Ex hoc autẽ prophetiæ uerbo : ut mederet contritos corde. Nota, ab initio mũdi neceſſariã fuiſſe cordis contritionem exiſtenti in mortali,vt ſalutem conſequeretur animæ. vt nos diximus in noſtro Cãdelabro Aureo.1.p.titu.De contritione.per totum. & tradit latè & optimè F. Ioan. Ludouicus de Vinaldo, in libro dicto ; Opus Aureũ. de ueritate Cõtritiõis,& multi alij.
c Sic enim explicat de utraque S. Hiero. Lyra , Hector Pintus , Forerius,& alij hic. Nec erat opus declaratione aliqua; cùm totum hoc capitulum clariſſime de Chriſto intelligatur.



ſtum Ieſum,quàm alio reſpectu, aut contemplatione, etiam hodie .[a]

¶ Sequitur capitulum 63 .[b] Quod totum loquitur de Saluatore per ſanguinem ſuum redimente,vſque ibi: Miſerationum Domini recordabor. vbi Propheta Iſaias loquitur regratiando tam grande beneficium Redemptionis . Et loquitur de iudæis adhærentibus Redemptori,[b] vſque ibi: Ipſi autem ad iracundiam.Ibi loquitur de rebellibus,& infidelibus iudæis negantibus Chriſtum. Et ibi in perſona eorum loquitur Propheta cõdolens de erroribus Populi iudaici rebellis, & infidelis Chriſto, uſque ad finem capituli.

¶ Sequitur capitulum 64.[c] Et hic Propheta ꝓtolatur & anhelat pro Aduentu Meſsiæ , quem optat , & petit dicens : Vtinam dirumperes cœlos, & deſcenderes. Et litera patet,vſque ad finẽ capituli.[c] Et ibi in fine,cum dicit: quæſierunt me qui ante nõ interrogabant; cũ ſequenti cap. 65. vertit ſe Propheta ad exte-

a Loca ſancta uiſitandi gratia,concurrit ex omni mundi parte magna fideliũ multitudo , quorum multos hic Bononiæ uidimus,eorumque (cum pro Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Card. Gabriele Paleotto , primo Archiep. Bonon. Pœnitentiarij munere,anno 1587.& 1588. fungeremur) confeſſiones complurimas audiuimus,à quibus certiores facti fuimꝰ, etiã apud Turcas & alios infideles, Domini noſtri Ieſu Chriſti glorioſiſſimũ Sepulchrũ magna haberi æſtimatione , veneratione,& reuerẽtia. Multa de voto Ieroſolimitano poſſent hic adduci , q̃ cõſulto omittimꝰ , nõ enim noſtri eſt hic inſtituti . Vide quæ diximus,in 3. par.Cãdelabri noſtri Aurei.c.14.nu. 63 . Et de Ordine Cruciferorũ Hieruſalem,uide Nauar. in lib.de Tribus votis Religionum.
b Quod ( ultra S. Hieronynum,Lyram,Burgẽſem, & alios antiquos) declarat. S.Thom.in Epiſt. ad Epheſ. c. 3.in fine, & tãgit, in 2.2.q.2.art.7. & multis locis , & Hector Pintus , & latè Forerius hic . Et ex Hectore Pinto ſuper lamentationes Hieremiæ.c.1.uerſiculo: Torcular calcauit Dominus;colligitur intellectus ad hunc tex.Iſaiæ: ibi . Torcular calcaui ſolus,ubi ſic ait : Hoc eſt, confecit me! Deus uehemente calamitate,& ſummo ærumnarum pondere me oppreſſit . Comparat miſeriam ſuã grauiſsimo torculari , quo Deus tanq̃ aſpero ſupplicio illam puniuit . Apud Iſaiam.c.63.ait Deus : Torcular calcaui ſolus,& de gentibus nõ eſt uir mecum, calcaui eos in furore meo,& cõculcaui eos ĩ ira mea. De illo ait Ioãnes. c.19. Apocalipſis :
359 Ipſe calcat torcular uini furoris irę Dei Omnipotẽtis. Quibus in locis ꝑ torcular ſuppliciũ ſignificat.Hęc ille.
b Multi.n.iudæorũ tam ante Chriſti mortem , q̃ in morte,& poſt eius aſcẽſionẽ crediderunt in eũ, ut habetur Ioan.4. in fi. de Regulo : credidit ipſe, & domus eiꝰ tota . Et patet de turba illa multa,q̃ ſequebatur eũ . In morte etiã Centurio clamauit dicens : Verè,Filius Dei erat iſte.Mar.
360 15.& Lucę 23.Poſt cuius mortem in Cruce multi ẽt, videntes tẽpli ſcindi uelũ; obſcurari Solem,& Lunã;ſaxa frãgi,terremotum cieri,latronẽ conuerti , &c. reuerſi ſunt in Sãctã ciuitatẽ, tũdẽtes pectora ſua, ac ĩ illũ credẽtes.ut dicũt Euãgeliſtæ. Aſcenſo item Chriſto, multi ẽt conuerſi ſunt, ut patet in multis locis Actuũ Apoſt.maximè qñ S. Petrus conuertit una die tria millia.Act.2.Quę cõuerſio ſufficiẽtiſſima fuit ex parte ſua, ad cõuincenda aliorũ iudęorũ malitiã, & obſtinationẽ, ſed cęci & idurati ſunt.
c Catholicis,uerè litera patet. Sed cum iudæi

tas gẽtes à Populo Iſrael dicẽs, quòd alienigenæ quæſierunt, & inuenerunt eum. Et ibi: Expandi tota die, clarè redit ad Populum iudæorum; quibus, licèt tota die eſſet cum eis, & eis expanderet manus ſuæ pietatis; tamẽ ille remanet incredulus, & graditur via non bona, & immolãt in hortis, quia erant dediti idolatriæ, & fractioni legis Moyſi, comedendo carnes Suillas, contra legem, quia erant adſtricti non comedere eas: tamen contrarium faciebant ſequẽtes idola, &c. Et, qui dicunt: recede à me, vt erat Populus iudaicus Phariſęorum; qui, licèt eſſent in aliquibus obſeruatores legis; tamen cum ſua hipocriſi dicebant alienigenis: recede à me, non appropinques mihi, &c. Iſti tales hypocritæ erant fumus in furore Dei: quia Chriſtus ſemper fuit abominatus hypocritas, vt patet in Euangelio in pleriſque locis. [a] Hęc uolui dicere ſic, quia hæc Prophetia turbauit iudæos dicẽtes, quia cũ Propheta reprobet comedentes carnes ſuillas, quas Chriſtiani comedũt, & nõ iudęi, ꝙ Chriſtiani ſint reprobati ꝑ Prophetam, quod tñ non eſt uerũ; quia, ut uides manifeſtè, de iudæis comedẽtibus carnes ſuillas Propheta loquitur, & idem repetit, in c. ſequẽti, ibi: Qui ſanctificabãt, & immundos ſe putabãt, &c. ubi repetit de comeſtione ſuillarũ carniũ. Quod eſt intelligẽdũ de iudæis idolatris, & trãſgredientibus legẽ Moyſi. Et hoc uſq; ibi: Hæc dicit Dñs. Hic Propheta dicit, ꝙ propter ſeruos Dei, qui fuerunt in Populo iudęorũ, non diſperdet totũ Populum Iſraelis. [b] Et, uſq; ibi: Ecce.n.ego creo, loquitur Propheta alternatim de ſeruis Dñi, & de populo Iſraelis incredulo, & rebelli. Et dicit, ꝙ ſerui

Dei

iudæi Meſſiã è cœlo non expectent, uim literæ, ſuo more, inferunt, ut ait
361 Forerius hic: quẽ, & S. Hieronymũ, Lyram, Burgens. Theodoretum, Hectorem Pintum & alios hic, poterit videre qui ignorantiam, atque iudæorum perfidiam uoluerit impugnare, illoſq; cõfundere.
a De quibus Hector Pintus ĩ Dan. c.6. ſic ait, ut gallinæ ſcalpentes ſi gẽ
362 mas inueniunt, aut prætioſa monilia, reijciunt, quiſquilias autem eligunt aut ſordes, aut uermiculos, quibus inuentis exultant: ſic inuidi & maledici prætermiſis rebus ꝑclarè geſtis aliorum, id ſolum eligunt, & ante ocu-
363 los omniũ ponũt, quod aut delictum eſt, aut eſſe uidetur, de eo loquuntur, & de re parua, ac nullius momenti, quæ nullo modo peccatũ eſt, magnas excitant tragedias, eiuſque inuẽtione delectãtur. Phariſęi & ſcri
364 bæ frangentes Dei præcepta inuehebantur iu diſcipulos Chriſti, ꝙ aliquãdo eſcam ſumpturi, manus non lauiſſent. Qua in re non ſolum diſcipulos, ſed ipſum Chriſtum repręhẽ

debant, &c. Hæc ille, quem omnino vide. De vitio hyprocriſis. vide mirabilia in Polyantea, & in ſumma vitiorum Peraldi, & Lexicon Theologicum, eodẽ uerbo.
b Nec mirum de bonitate Dei, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, cum ipſe idẽ benigniſſim⁹ De⁹ promiſerit Abrahæ. Geneſ. 18. non perdere Ciuitates illas Sodomorum, ſi Decem tãtum iuſti inuẽti fuiſſent, cuius benignitatis ac infinitæ bonitatis teſtimonia cõplurima inueniuntur ĩ ſacris literis, quæ omnibus patent.

a Ita



Dei comedẽt, & Popul⁹ rebellis eſuriet: & illi lętabũtur, & alij cõfundent, & Populũ Iſraelis rebellẽ interficiet Dñs, & ſeruos ſuos vocabit alio noĩe: qa nõ dicẽtur iudæi, ſed Chriſtiani noĩe Chriſti vocabunt. [a] Et dicit, ꝙ q iurat in terra, iurabit in Deo Amen. Quis.n.põt dici Deus Amẽ, niſi Xp̃s, q vetauit iurare; niſi ꝑ verbũ Amẽ, affirmare, vt hr̃ Matt. c. 5. vbi dixit: oĩno non iurare, ſed ſit ſermo veſter, eſt, eſt: nõ, nõ. Et ideo ipſe Xp̃s dicebat: Amẽ dico vobis, &c. Ita, ꝙ nõ põt dici, qs ſit Deus Amẽ, niſi Xp̃s Ieſus, ibi: Ecce.n. ego creo; ſatisfacit cuidã tacitæ qõni, qũo eſt, aut erit verũ, ꝙ ſerui Dei comedãt, & alij eſuriãt, ſi cõtrariũ fuit, & ẽ uiſum, ꝙ ſerui Dei, ſemꝑ poſt illã prophetiã, famẽ, & inediã ſuſtinuerũt, & alij, q erãt, & sũt cõtra ſeruos Dei, comederũt, & gauiſi ſunt, [b] in hac vita. Qđ maximè apparuit in ſeruis Xp̃i, vt fuerũt Apoſtoli, & oẽs Martyres, q oẽs habuerũt anguſtias, & paſsi sũt terribiles paſsiones, [c] & mortis cruciatus? Rñdet Propheta: Ecce ego creo cœlos nouos, &c. quaſi uelit ad literã: Nõ credas ſerue Dei, Chriſtiane, ꝙ de gaudijs huius vitę loquar, qa non loquor niſi de gaudijs perẽnib. vitę æternæ, [d] qa ego ſum futurus creare cęlos nouos, &c. Et docet vitam vẽturi ſęculi, dicẽdo finẽ mũdi, vbi erunt cœli noui, & terra noua, & non erit memoria priorũ, nec aſcendet ſuper cor.

Quod

a Ita habetur, in c.1. de Sacra Vnctione, & in c. De his, de conſecrat. diſtin. 5. & tradit S. Augu. tract. 113. ſuper Ioan. Et primo apud Antiochiam fuit nomen illud, poſtquã D. Petrus Apoſtolus, ſeptimo poſt anno, mortuo Chriſto, fuit Epiſcopus Antiochiæ. 22. diſtin. cap. Sacroſancta. cap. Mutationes. 7. q. 1. Abb. in cap. 1. de his quæ fiunt à maiori par. cap. Qui Chriſtiani, primo diceban tur diſcipuli. Act. 11. uide Marquardũ, in tract. de iudęis. 1. par. cap. 1. num. 20. uide tex. in l. 1. C. de Summa Trinit. & Lindanum, in Panoplia Euang. lib. 1. cap. 11. pagina 22. Anto. Democaris. De Miſſa, lib. 4. c. 12. fol. 36 litera C.
b De quib. ait D. Auguſt. in Pſal. 54. Ne putetis gratis malos eſſe in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur; aut ideo viuit, ut per illum bonus exerceatur, vide multa quæ tradit Aluarus Pelagius, de Planctu Eccleſiæ, lib. 1. cap. 37. folio 9. col. 2. & Iacobus Valent. in d. Pſ. 54.

c Vt melius omnibus explicat Apoſtol. ad Hebr. c. 11. dicens: Sancti per fidem uicerunt Regna, & infra. Alij uerò ludibria, &
uerbera experti, 365
inſuper & uincula & carceres; lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, circuierũt in melotis, in pellibus caprinis, egẽ
tes, anguſtiari, affli 366
cti, quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ, & cæt. Quod etiam de ſeipſo Diuinus Apoſt. 2. Corinth. cap. 11. teſtificatur dicens: In laboribus plurimis, ĩ carceribus abundantius, in plagis ſu-
pra modũ, in mor- 367
tibus frequenter, & cæt. vide etiam Iacobum Valent. ſupra.
d Quaſi dicat De⁹ per Prophetã: Decreui nouum orbẽ cõdere; hoc enim per cœlos intelligitur in Scripturis. Regnum itaque Chriſti eſt nouus mundus, multo auguſtior, multo pulchrior, infinitis partib. iſto, quem cernimus, amplior atque ornatior. De quo canit Eccleſia mirabilia in hymnis

Dedi-

Quod ipſum idem dixerũt Apoſtoli, ſignãter Apoſtolus Petrus, iu ſua Epiſtola.2.c.vlt.iudęi gloſſatores in circuitu, tanquam impij ambulãtes, admirati de hoc verſu: Ecce ego creo cœlos nouos, non intelligentes quid hoc ſit dictum, dicunt, quòd in diebus Meſsiæ mundus redibit ad principium, & quòd homines ex curſu communi viuent mille annis, ut fuit in prima ętate, & quòd hoc eſt quòd dicit: Sicut dies ligni, erunt dies Populi mei.

Aduerte lector, quanta eſt cæcitas horum miſerorum. Et, vt ſcias, inter eos eſt controuerſia, quia alij, vt Rabbi Moyſes Aegyptius dicit, quòd non erit in diebus Meſsiæ mutatio curſus naturalis, magis quàm ante. Vides ergo, quomodo iſte verſus, vſque ad finem cap. loquitur de ſecundo aduentu Meſsiæ, in quo erunt cœli noui, & terra noua, & Hieruſalem gaudij, & exultationis, ſcilicet Hieruſalem cœleſtis. Et, quod dicit, quoniam puer centum annorum morietur, &c. Vult dicere, quòd omnes iuſti complebunt dies ſuos, & habebunt deſideratum finem gloriæ cęleſtis, & ille qui erit puer centum annorum ſuæ ætatis, & non erit ſenex, ſed ſemper puer, & peccator; ille talis morietur, & peccator centum annorum, ideſt, qui vſque ad centum annos perſeuerabit in peccatis, maledicetur, ideſt, erunt damnati. Et eſt declaratio eiuſdem ſententiæ, cum iteratione exempli, vt idem ſit puer centum annorum, quod peccator centum annorum. [a] Et litera patet vſque ad finem cap. quia id quod dicitur de vineis, & domibus plantandis, & ædificandis, totum eſt ſpiritualiter dictum, quaſi dicat; non erit felicitas Meſſiæ in rebus tranſitorijs, quæ parantur alijs ſæpe per quærentes eas, ſed erunt perpetua, & perennia laborantibus, & duratura perpetuo ſicut lignum, quod gratia exempli dictum eſt, quia de rebus, quæ hac vita acquiſitis labore humano parantur;

368 Dedicationis Eccleſiæ, videlicet: Vrbs beata Hieruſalem, dicta pacis viſio, &cæt. Et S. Greg. Homilia 37. ſic ait: Si conſideremus fratres Chariſſimi, quę, & quãta ſunt, quæ nobis promittũtur in cœlis, vileſcunt animo omnia, quæ habẽtur in terris, &c. Et infinita ferè, ad mirationeque di-
369 gna tradunt Sãcti, maximè S.Aug. in libris de ciui.Dei. Dionyſi⁹ Carthuſ. in lib. De quatuor nouiſſimis, ĩ tract. De gloria. Hector Pint. & Forerius in hoc cap. Iacob. de Valen. in Pſal. Lauda Hieruſalẽ, qui
370 eſt in num. 147. & vide tex. in c. omnibus. 24.q.1. & cap. Chriſtus, de conſecr. diſt. 2. & c. Ex Catholica. 1. q. 1. Et uide mirabilem tracta. Hieronymi Oſſorij Luſitani ꝺ gloria. Et qualiter ſit ĩtelligẽdus Origenes tenens eſſe creandos alios cœlos nouos, &c. vide Sixtum Senenſ.
371 in Bibliot. Sancta, lib. 5. Annot. 213.

a Hanc auctoritatem: Puer centum annorum, &c. Lyra, Abulẽs, Hector Pint. Forerius & alij hic, explicãt intelligentes eam de diuturnitate peccandi, ſed nullus eorũ tam clarè explicat, ſicut auctor noſter hic; quamuis in idem tẽdat. Forerius autẽ alias ſpirituales ac ſubtiles adducit explicationes, quas ibidem poterit quilibet videre.

a Quaſi



parantur; nihil eſt ita durabile ſicut ligni plantatio. [a]

¶ Sequitur cap. 66. & hic Propheta tollit miſeris iudęis ſpẽ, quam ponunt in Hieruſalem terreſtri, dicens: cœlum ſedes mea; terra ſcabellum pedum meorũ, quæ eſt iſta domus &c. [b] Sequitur; Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum? quaſi velit deſignare diuerſitatem ſtat⁹ Synagogæ, ad ſtatum Chriſti. Quia ſtatus Chriſti fuit fundatus in paupertate ſpiritus: Sinagoga ſemper conata fuit, eſſe diues, nutu diuino, & præceptis diuinis, vt patet in diſcurſu Penthateachum; & etiam in ædificatione Templi; quę omnia euanuere in aduentu Chriſti; Sed cùm Chriſtus omnia fundauerit ĩ paupertate ſpiritus, diuites etiam boni, & non ponentes ſpẽ in delicijs, & diuitijs, ſequuti ſunt Chriſtum. [c] ¶ Sequitur ibi: Qui immolat bouem. Et hic reprobat ſacrificia animalium in ſtatu Eccleſiæ Chriſti, ut dicat, ꝙ quicunque talia ſacrificia, & oblationes fecerit poſt Meſsiæ aduentum; quaſi qui committit ſacrilegium. &c. [d] Et totum capitulum debet vſq; ad finem exponi, quomodo ex vocatione populi Iſraelis, ꝙ pauci venerũt, & Deus, qui talem vocationem faciebat, non debebat eſſe ſterilis, quia deluſoria eſſet vocatio, ſi ſolus populus Iſrael vocatus fuiſſet. Et ideo dicit: Audite verbũ Domini, qui timetis. &c. quaſi 375
dicat; Vos Iſraelitæ Apoſtoli, qui timetis verbũ Dei, dixerunt fratres veſtri odientes vos; iſti ſunt

a Quaſi velit ſignificare vitam iuſtorum æternam; & ſic exempli gratia dictum eſt, quemadmodum in aliq̃bus Regionib. ad vitam longam deſignãdam dicunt: viuet ſicut lapides. Alij dicunt; uiuet ſicut coruus, qui, ſecundùm Pliniũ, & Naturales, uita Trecentorum uiuit annorum. Hebræi autem dicunt uiuet ſicut arbores. Et, ita optime dixit hic Propheta: Secundùm dies ligni. ideſt, arborũ. Vel dic, ſecundum aliquos: Electi uiuẽt ſicut dies ligni ideſt; quaſi ſi manducauiſſent de ligno vitæ. ideſt, iuſti in perpetuũ uiuent. &c. De qua explicatione uide mirabiliter D. Hiero. Lyram, & Hect. Pint. ibid.

b Qualiter etiam Iſaias hic loquatur de Meſsia, uide S. Hieron. Lyram, Burgẽſem, & alios antiquos hic. S. Th. ſup Epi. ad Hebræos. ca. 1. lect. 6. Hector. Pint. Theodor. & Forerium hic. S. Antoninus autem, 1. p. q. 3. c. 6 §. 16. hanc Iſaię auctoritatem ſic explicat: Cœlum mihi ſedes eſt; Cœlũ, ideſt homines cœleſtes, & contemplatiui. Sedet autẽ
ſuper tales, ut cogitationes, & affe-
ctiones eorum ad 372
ſeruiendum ſibi aſſiſtere faciat, & eos ſecreta iudicia doceat. &c.

c Adimplentes illud, quod habetur Pſal. 60. Diuitiæ ſi affluent, nolite cor apponere, ut fecie infinita ferè Sanctorum multitudo ĩ lege naturæ, ſcri-
pta, & maximè in 373
Euangelica ut S. Ludouic. Rex Frãcorum, S. Dominicus, Franciſcus, & alij Religionũ fundatores, & eorum ueri ſequaces; qui illud Apoſto. 1. ad Thim. c 6. Habentes alimenta, & q̃bus tegamur, his contenti ſimus, adimplẽtes; omnia reputauerunt, ut ſtercora, ut Chri-
ſtum, cum Apoſt. 374
ad Philip. 3. lucrifacerent.

d Hæc ſimplex, & plana explicatio magis congruit literæ, & Sanctorũ expoſitioni, & magis placet, quàm obſcura, & inſipida expoſitio Forerij hic, quam põt unuſquiſq; videre.

a Vi

iudæi Phariſæi, qui odio habebant Apoſtolos, & abijcientes propter nomen Chriſti, vt ipſe dicit in Euangelio Matthæi. 10. & 23. & 24. & etiam Ioan. c. 15.[a] Et quid dixerunt iſti fratres? Glorificetur Dominus, & nos videbimus in lætitia noſtra; & ipſi, id eſt Apoſtoli confundentur.
376 Sed quid dicit vox de cœlo ſcilicet ſpiritus ſancti, tanquam aduenientis vehementis Spiritus; quæ eſt vltima vox hic poſita, & duæ aliæ voces, ſcilicet populi, & Templi conſonant voci Domini, quaſi velit: licèt alij iudæi Phariſæi abijcerent Apoſtolos: tamen vox populi, & vox Templi, & vox Dei, omnes reddiderũt retributionem inimicis Apoſtolorum; quaſi velit: Mundus eſt ſequutus paucos Chriſti diſcipulos, & dilatata eſt fides per vniuerſum mundum; & ſic
377 Sion peperit filios multos,[b] antequam parturiret, ideſt, antequam fides eſſet plenè confirmata. Sed in primis Apoſtolorum prędicationibus,[c] peperit gens parua iudæorum multos alienigenas, & ſic peperit maſculum; & admiratur Propheta de hoc tam mirabili, & ſtupendo partu,[d] quòd ex paucis iudæis dilatata ſic fuerit fides. quia non erat rationabile, quòd Deus vocaret iudæos, & eſſet ſterilis, propter paucam
378 iudæorum conuerſionem. Et dicit Deus: ego q̃ omnia multiplico, & alios parere facio, non ego pariam? quaſi dicat; conuenit vt ego pariam, & multos procreem mihi fideles, ne ſit mea vocatio ſterilis. Quos omnes, tàm exteros, quàm iudæos vocat filios Sion; quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem. Iſaiæ. c. 1. Quid ergo dicit Propheta? Lætamini cum Hieruſalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam, ideſt. Tàm alienigenæ, quàm iudæi vniuerſi, qui lugebatis ſuper eam, ut & ſurgatis, & repleamini ab vberibus conſolationis eius, &c.
379 vſque ibi: quia ecce Dominus in igne veniet, &c. ibi

a Videlicet: Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur.

b De explicatione huius ſentẽtiæ: Anteq̃ parturiret, peperit, (ultra S. Hieron. & omnes ibid.) vide multa, quæ ex Rabbinis tradit Fauſtinus Taſſus. Ragionamento, uel ſermo. 15. Et benè declarat, licèt breuiter Forerius hic in dicto uerſi. Antequã.

non faciebat circũciſio. Primo, tollit omne peccatũ
ab anima. Secundo; tollit concupiſcentiam; non ut
nõ inſit in carne;
ſed ut non imputetur; ut inquit
D. Aug. lib. de nuptiis. Tertio, facit
Baptizatum meritorium vitæ æternæ illico poſt mortem, ſi moriatur
abſque objice culpæ, & pœnæ. Quarto facit eum meritorium, vt reſurgat in corpus glorioſum in nouiſſimo die. Ita tradit
Iacobus de Valẽtia in expoſitione Canticorum. q.
finali. §. Quantum
ad Quartum. litera. Q. Et Baptiſm[a]
habet illa Septem
Dona, quæ numerat Gloſſa. ĩ c. Per-
uenit.



do cœleſtia Regna, [a] non eſſet memoria peccati amplius. Et ſequitur in textu: Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & ædificabitur Ciuitas Domino, &c. In quibus verbis notoriè apparent multæ deſignationes locorum Paſsionis, quæ fuit facta, (vt dicit Apoſtol. ad Hebr. vltimo cap.) extra portam Hieruſalem. Et hoc eſt, quod dicit infra; Exibit vltra normam mẽſuræ, quaſi ædificium Ciuitatis Hieruſalem perpetuum erit extra portam: & ſic extra menſuram murorum Hieruſalem; & incipiet à turre Annael, quia Dominus coram Anna Pontifice ductus fuit, intra Vrbem, [b] quem Annam vocat Annael, forſan erat turris Sacerdotis, aut Pontificis. [c] Sequitur: Et circuibit Goata; credo quòd ſil Golgotha, per temporum curricula longęua corruptum, aut dilatatum de Goata, ad Golgotha. Sequitur: Et omnem vallem cadauerum. Puto, quod ſit Mons Caluariæ, vbi cadauera punitorum erant. [d] Sequitur: & cineres, & vniuerſam regionem mortis. idem eſt quod vallis cadauerum, mutatis nominibus idem ſignificantibus dictum. Sequitur; vſque ad torrentem Cedron; quod eſt vnde egreſſus eſt Dominus Ieſus ad Paſsionem, prout dicit Euangeliſta Ioannes. cap. 18. Sequitur: vſque ad angulum portæ equorum Orientalis. Et eſt certum,

quòd

uenit. 30. q. 1. &
nos in Cãdelabro
Aureo. 1. p. tit. De
ſacram. in genere.
num. 10. §. 15.
a Ita canit Eccleſia Catholica: Tu
deuicto mortis aculeo, aperuiſti
credẽtibus Regna
Cœlorum; in Cantico: Te Deum laudamus; quem, alternatim D. Amb.
& Auguſt. compoſuere; & exponit,
& declarat optimè Iacob. Valẽtia
in fine Pſalmorũ.
b Vt patet. Ioannis. c. 18.
c Quemadmodũ
ĩ multis orbis partibus turres accipiunt nomẽ à fundatorum familijs,
vt vidimus in Hiſpania, & hic Bononiæ in altiſſima
illa turri, quam de
Aſinellis (ſic dicta
à fundatorẽ) vocãt,
quæ, vt fertur, altior omnibus Italiæ eſt. Qui nominandi turres a fundatore mos; principium habuit ab
origine mundi, vt
patet. Geneſ. c. 11.
d Magna ĩter magnos Eccleſiæ ſanctæ Doctores ventilatur quæſtio;
Vbinam fuerit primi parentis noſtri
Adæ corpus ſepultum? Quidam dicunt in Caluariæ
loco, & mõte, vbi
Chriſtus fuit crucifixus. Origenes
tractatione. 35. in
Matth. ait, delatã 432
ad ſe fuiſſe traditionem aientẽ fuiſſe corpus Adæ ibi
ſepultum, vbi Xp̃s
eſt crucifixus, ut,
iuxta Pauli ſententiam; Sicut in Adam omnes moriuntur, ſic in Xp̃o
omnes viuificabũtur. 1. Corint. c. 15.
Epiph. li. 1. aduer.
Hæreſ. ita ait: Mirari licet, Dominũ
noſtrũ Ieſum Chriſtum in Golgotha
crucifixum eſſe, &
non alibi, quàm
vbi corpus Adam
iacebat, illic enim
ſepultum eſt, &c.
Hanc ſententiam
tenet. D. Athanaſ.
li. de paſſione Domini. S. Cyprian.
in Serm. de Reſur
rect. S. Amb. lib. 5. 433
Epiſt. Epiſt. 19. &
in Lucam. cap. 23.
Theophil. in Mat.
ca. 27. Marc. 15. in
Lucam. c. 23. & in
Io. ca. 19. Euthim.
in Mat. c. 27. Idem
tenuit. D. Hieron.
in Epiſt. quam nomine Paulæ, & Eu
ſthochij ad Mar- 434
cellam ſcripſit. Idem habetur in
Poſtilla maiori ſuper Euang. Inuentionis. S. Crucis, &
tenent etiam alij
Doctores.
Contrarium autem, imò quod Adam fuerit ſepultus in Hebron, tenet idem. S. Hieronym. (mutans ſententiam) in expla-
na-

quòd eſt nomen portæ Hieruſalem, quæ deſignat aliquam plateam extra muros, quæ erat iuxta loca paſsionis, quæ facta eſt extra portam. [a] Sequitur: Sanctum Domini non euelletur, neque deſtruetur vltra in perpetuum. Ecce ædificium, & augmentum ædificij Ciuitatis Hieruſalem extra muros tempore Meſsiæ, quod amplius non deſtruetur. Quod non poteſt intelligi niſi ſpiritualiter de Hieruſalem ſpirituali; quia temporalis omnino habet deſtrui, ſaltem in fine mundi. Sed illa Hieruſalem, quæ ædificata eſt Domino, in his locis per paſsionem, nunquã in æternum deſtruetur, imò erit æterna. [b] Quis nam, qui cæcus non ſit, non viderit, quod hoc ædificium Hieruſalem hic dictum per Prophetam, ſicut & illud Ezechielis in fine ſui libri, non ſit dictum de ædificio ſpirituali, & perpetuo? Ex his ſic dictis redit Propheta ad ſuum propoſitum, videlicet, ad extirpandum populi Idolatriam, & eorũ malos mores, vſq; ad c.33.

¶ Sequitur c.33. vbi redit Propheta ad aduentum Chriſti; & inuenies Dauid nominatũ quater in hoc c. Et eſt notorium, ꝙ Dauid erat mortuus multo ante tempus huius Prophetæ; & Propheta iſte loquitur ita recenter de Dauid, ſicut ſi haberet eum ante oculos. Quod non pōt intelligi niſi de Meſsia filio Dauid ſecũdum carnem. & ita iudæi omnes intelligunt; ſed adhuc expectant. Qđ, Deo duce, cùm ero in Daniele Propheta, radicitus eneruabo. & iterum uides hic dictũ, ꝙ Ciuitas Hieruſalẽ, in aduentu Meſsiæ vocabitur Dñs iuſtus noſter; qđ eſt nomẽ Thetagrammaton, qđ eſt mirabile auditu, & cogitatu, [c] quod nunq̃ ante aduentum Meſsiæ ciuitas Hieruſalem fuerit vocata nomine Thetagrãmaton; licet ibi fuerint tã ſolẽnia, & crebra ſacrificia diuina, & multi Prophetæ; & dicãt ꝙ ꝑ aduentũ Xp̄i, tanta erit diuinitas Meſsiæ, vt & Meſsias, & ipſa, vt loc⁹ Meſsiæ ſint ipſe Deus. Vide quanta ſit diuinitas Meſsiæ.

Hoc

natione in Matthæum lib. 4. & in Epiſtola ad Ephe. tenet etiam Lyran. in eodem Matthæi loco; & Ioã. Arbor. lib. 1. Theo
435 ſophiæ. & S. Tho. 3. par. quæſt. 46. Quibus non obſtantibus prima opinio tenenda eſt, ſecundum Melchior. Canum. lib. 11. De locis Theologicis. ca. 5. Quẽ refert, & videtur ſequi Paul. Gryſal. in Deciſion. Cathol. uerb. Adam. nume. 15. & in hoc inclinat Hect. Pint. in Daniel. capitu. 11. ad finem. Vide Sixtum Senenſ. in Bibliotheca sãcta. libro 6. Annotation.
436 122.

a Vt ait D. Paulus ad Hebræos. capitulo 13.

b De qua Spirituali Hieruſalem, loquitur etiam Pſ. 147. Lauda Hieruſalem Dominum, vt notat D. Auguſtin. Rayner. Caſſiodor. Iacobus de Valentia. & alij i-
437 bidem. Et etiam Hymnus ille mirabilis: Vrbs beata Hieruſalẽ: quẽ canit Romana Eccleſia in feſto Dedication. Eccleſiæ, ut habetur in Breuiario Roma-
438 no nouo.

c Qualiter hoc nomen; Thetagrammaton conueniat Ciuitati Hieruſalem, diximus ſupra, & tradit optime Arnaldus, Albert.



Hoc dico quia in Hebræo eſt; uocabit eã, licet in noſtra tranſlatione ſit; vocabunt eum; Non curo. Et quod in fine dicit; Principes ſeminis Abrahã, &c. loquitur de Apoſtolis, & Diſcipulis Chriſti, qui fuerunt in primitiua Eccleſia iudæi, & ſic fuerunt Principes ſeminis Abraham. [a] Scio tamen, quòd iudæi miſeri, ſignanter Rabbi Moyſes Aegyptius dicunt, quòd eſt textus quòd Meſsias habebit filios, & prolem, qui erunt Principes, & cæt. Sed tu vide quomodo falluntur, & delirant, quia ſi ex Meſſia debebant procedere Principes, qui eſſent Reges poſt Meſſiam & ex Dauid, vt ipſe Meſſias debet eſſe Rex ex Dauid, non dixiſſet textus, quòd Principes procederent ex Iacob, & ſic poſsẽt procedere ex alijs Tribubus, præterquam Iuda. Et ſic non eſſent Principes ex Dauid, qui fuit ex Tribu Iuda. Vnde textus, q̃ tales Principes notat ex Patriarcha Iacob, magis deſignat populum iudæorum, qui refertur, ut dico, ad Apoſtolos, quàm ad Principes, qui habeant ortum ex Meſsia, aut Dauid. Et deinde, uſque ad finem libri, Hieremias redit ad ſuam doctrinam, & ad correctionem populi Iſraelis, ut cum patientia ſuſti-

neant

Albert. in Rubrica, de Hæret. libro 6. q. 12. nu. 5. col. 144. cum ſequentibus.

Nota præterea, quòd quamuis Hieruſalem ſit tali inſignita nomine; multis tamen alijs nominibus mirabilibus eſt illuſtrata, & decorata. Hieruſalem enim appellat̃ medium terræ, ut ait D. Baſilius, quem refert, & ſequitur Hector Pint. in Daniel. c. 2. & S. Th. 3. p. q. 46. ar. 10. ad 1. Appellatur etiam Hieroſolyma, ciuitas ſancta. Matt. c. 4. cum ait: Aſſumpſit eum diabolus in ſanctam Ciuitatem. Et c. 27. Exeũtes de monumentis poſt reſurrectionem eius uenerũt in ſanctam Ciuitatem. Dicebatur autem ſancta ꝑpter Templum, & cultum Dei, & propter Chriſti ꝑſentiam. Vocatur etiã Hieruſalem virgo; Iſaiæ, c. 37. & Trenorum. 2. Et ideo dicitur virgo, quia vnum Deum coluerat. Vide Hector. Pintũ. in Trenos. c. 1. uerſ. Torcular. Vocatur etiã filia Sion. Tren. 2. quia in monte Siõ erat ſita. Dicitur etiam ſita in filio olei, i. in monte pingui. Hect. Pint. ſupra uerſ. Confugit.

a De quibus pōt intelligi illud Pſ. 46. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham. Nam uerè fuerunt principes nominati à Spiritu ſancto Pſ. 44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. vbi Iacob. Valen. ſic ait: Hic ſpecialiter memorat prolem Apoſtolorũ: eo ꝙ tenẽt primum locum in Eccleſia. Vnde poſſet dicere Eccleſia: O Chriſte tu aſcendis in Cœlum, & dimittis me viduam, & ſolam, & pupillam ſine patre, quia ante habui Sãctos Patriarchas, & Prophetas, q̃ fuerunt patres mei, nunc autẽ repudiata Synagoga, ĩ qua ſunt Scribæ, Phariſæi, 439
& Legis Doctores; congregaſti me ex piſcatoribus, & plebeis, & ſimplicib. idiotis. Ad hoc reſpõdet Deus: Ne timeas Eccleſia ſpõſa, quia pro patribus, i. loco, & uice patrũ. ſ. Patriarcharum, & Prophetarum, nati ſunt tibi filij. ſ. Apoſtoli, qui recepto ſpiritu ſancto, erunt maiores, & ſapientiores, q̃ Patriarchæ, & Prophetæ, ideo hos cõſtitues Principes ſuper omnem terrã. Hoc etiã dr̃, quia ſicut Iacob genuit. 12. filios Patriarchas, à quibus deſcenderunt omnes filij Iſrael carnales; ita Chriſtus re
generauit. 12. Apo 440
ſtolos, à quibus deſcenderunt omnes Chriſtiani per generationem baptiſmalem, & ſpiritualem. Hæc ille.

a Hie-

neant correctionem diuinam captiuitatis futuræ faciēdæ per Nabuchodonaſor; & nihilominus ponit deſtructionem Babylonis; & redit ad conſolationem populi Iſraelis, in fine cap.46. Et totus liber ſic conſummitur cum prophetijs interſertis exterarum nationum.

Habes ergo, ex Hieremia multas cōſolationes Meſsiæ tunc futuri, & modò præteriti.

*De lamentationibus.* [a]

IN lamentationibus Hieremiæ, in cap.4. ad finem, eſt auctoritas ſatis urgens de captione Meſsiæ, ibi, ubi dicit; Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris; cui diximus in umbra tua viuemus in gētibus.[b] Scio tamen, quod iudæi derrident nos in hac auctoritate, quia dicunt: Hieremias non potuit ſentire de captione Ieſu Chriſti, qui fuit captus in tempore ſecundæ domus; ſed loquitur de Sedechia Rege, qui fuit captus per Nabuchodonoſor, vt habetur Hierem. 39. Sed ego reſpondeo eis; iudęi, vos ſcitis quòd iſtę lamentationes Hieremię, nō ſolum fuerunt factæ pro deſtructione Hieruſalem prima, facta ꝑ Caldeos, ſeu ꝑ Nabuchodonoſor, quam oculariter uidit Hieremias, tanquàm illę qui fuit in ea, & eam prophetauit; ſed etiam dictæ lamentationes fuerunt factę in ſpiritu, pro ultima deſtructione Hieruſalem, quam nō uidit oculariter Hieremias. Quòd hoc ſit uerum, probatur auctoritate antiqua iudęorum, & etiam eorū conſuetudine. Auctoritas eſt clara, in libro Canhedrim, in ultimo cap. vbi tractat de tribus Regibus, & quatuor idiotis, qui fuerunt damnati ad Infernum; dicunt ibi, quid eſt quod dicitur Trenorum. 1. cap. Plorans plorauit in nocte? Dixit Rabbi Ioannan; iſti duo fletus quare ponuntur hic? Reſpondet ibi, vnus fletus eſt propter Templi primi deſtructionem, & alius eſt propter deſtructionem Templi ſecundi. Ecce, quomodo credunt lamentationes Hieremiæ factas in ſpiritu pro-

a Hieremias ĩ his lamentationibus, multa de Chriſto. D. noſtro prædicit, ſecundum Hector. Pint. in argumento lamētationum, ante c. primum. Auctor uerò noſter pauca adducit. De hoc libro, Sixtus Senenſ. in Bibliotheca ſancta, lib. 1. §. Hieremias, ſic ait: Rabbi Salomō
441 exiſtimat hunc lamentationum librum cum eſſe, quem, ut habes apud Hieremiā. c. 36. profanus Rex Ioachim, lecto eiꝰ initio, proiecit in ignem, & in odiū Prophetię combuſſit. Hieremias uerò iterum, accitō Baruch ſcriba, iuſ-
442 ſu Dei dictauit, &c.
b Quāuis Auctor nr̄ breuiter hūc locum explicauerit, & cum ſua explicatione poſſent iudęi conuinci; Ad maiorem tamen intelligentiam, iudæorumque cęcitatem confundendā, adducemus quæ uir
443 Doctiſſimus Hect. Pintus ſuꝑ hęc uerba adducit; ait. n. Quidam referunt hoc ad Ioſiam Regem, qui vulneratus eſt ab Aegyptijs, & ex illo vulnere poſtea mortuus eſt, ut literæ diuinæ. c. 24. lib. 4. Regum teſtantur. Rex enim ungi ſolebat



phetiæ propter deſtructionē Templi ſecundi. Quod hodie cō firmāt iudæi, quia de deſtructione ſecunda faciunt ieiunium lamentationis, & legunt ipſas lamentationes; de prima deſtructione nullam memoriam, nec ieiunium faciunt.[a] Ergo, quod dr̄: Spiritus oris noſtri Chriſtus Dn̄s; benè in ſpiritu aptatur captioni Meſsiæ, in ſecūda deſtructione. Verum eſt tamen, ꝙ Hebraica litera ſtat ſic: Spiritus oris noſtri Chriſtus Dn̄i captus eſt in corruptionibus eorū, cui diximus, in vmbra eius viuemus in gentibus. Quod eſt verbum Apoſtolorum, dictum Lucæ vlt. ibi: Nos autē ſperabamus, ꝙ ipſe eſſet redempturus Iſrael. Sed conuerte te iudæe ad verſum ſequentē. vbi dr̄: cōpleta eſt malitia tua, filia Sion nō addet vltra, vt tranſmigret te. In Hebræo eſt, vt captiuet te, &c. Hic habes, ꝙ iudæi poſt captiuitatem Babilonicam, & poſt redemptionem dictæ captiuitatis, non erant vlterius captiuandi.

Quęro à te, quomodo ergo hodie eſtis captiuati? Non potes aliud dicere, niſi quia vos iudęi, qui eſtis captiui, non eſtis iudęi, ſed eſtis Synagoga Sathanæ.[b] Quia ueri iudęi, qui fuerūt Apoſtoli, & alij ſequentes Chriſtum fue-

lebat oleo, quare Chriſtus, hoc eſt, vnctus dicebatur, un conſtat ex cap. 24. & 26. lib. 1. Regum. Sed hoc non poteſt defendi. Nam Ioſias non eſt captus ab Ægyptijs, ſed vulneratus in prælio, ex quo euaſit, & poſtea domi ſuæ clauſit diē ſuum, vt ſcriptura teſtatur. Ea ratione ducti alij, hoc referunt ad Regē Sedechiā, qui fuit à Babylonijs captꝰ in ſolitudine Iericho, & ad Regem Babyloniū ductus, vt c. 25. lib. 4. Reg. & Hierem. 42. ſcriptum legimus. At nec hoc ſuſtineri poteſt, nam Hieremias in hac lamentatione loquitur de pio, ac Sancto Rege, quem appellat ſpiritum oris hominum, cuius umbra uiri pietate ꝑcellētes proteguntur. At Sedechias erat improbus & maleficiis alebatur, & ipſum Hieremiā grauiter & iniuſte afflixerat, & vulnerauerat, ut ex 4. lib. Reg. & ex ipſo Hierem. conſtat aperte. Hæc ille. D. Hieronim. Rabbi Salomon, & alii iudæi, & Ioſephus lib. 11. antiquit. quos refert Sixtus Senenſ. in Bibliot. ſancta, lib. 2. §. Hieremias, intelligunt de Ioſia. Ipſe tamen Sixtus credit de Sedechia eſſe intelligēdum. At, quamuis Sixtus Chriſti D. Noſtri non meminerit; meminere tamen eius, & de ipſo intelligunt Theodoretus, hoc in loco. D. Auguſt. lib. 18. de Ciuit. Dei. c. 33. Euſeb. Cæſar. lib. 4. de demonſtr. Euang. D. Cyprian. in Symbolū Apoſt. Origenes. homil. 8. in lib. Ioſue,
& libro Periarchô 444
c. 6. & homil. 3. in Cantica. D. Bern. Serm. 1. de Aduentu, & 3. de Aſcenſione. Dionyſius Cartuſ. in Trenos, Petrus Galatinus, lib. 8. Arcanorum, quos omnes refert, & ſequitur Hector Pintus, hic, vbi ponit rōnem, quem uideas.
a De ieiuniis iudæorū mēſis quarti, quinti, ſeptimi, & decimi, uide S.
Tho. 2. 2. q. 147. ar. 445
5. ad 2. Et in 4 ſent. diſt. 15. q. 3. ar. 3. q. 1. ad quartum. Et uide plura per Doctores, quos refert, & ſequitur Arnaldus Albert. in Rubrica, de hæret. in 6. q. 12. §. quintus error, num. 57. col. 311.
b De triplici captiuitate iudæorum,
uide latè, & opti- 446
me. D. Hieronym. in Epiſtola ad Dardanium, quem refert, & ſequitur (multa ſcitu digniſſima adducens) F.
Ioan. Ludouic. Vi- 447
ualdus. in libro Opus Regale. tractatu de duodecim ꝑſequution. Eccleſiæ. Perſecutione. 6. §. Quarto, & Arnald. Albertin. ſupra

fuerunt redempti in domo ſecũda, per Meſsiã Ieſum, & amplius non ſunt captiuati. Et aliàs non potes excuſare Prophetã à mendacio, qui dixit, ꝙ poſt redemptionem Babylonicam, Sion, qđ eſt dicere Synagoga Iſraelis, nõ vlterius captiuaretur, cũ videatis vos vbique terrarũ captiuos, & ſine Rege, & congregatione communi. Quomodo ergo, dixit Propheta; Non addet vltra, vt captiuet te? Non potes aliud reſpondere, vel aliud dicere, niſi affectare cęcitatem. Quod enim in hoc uerſu, & in præcedenti loqtur Propheta de caſtigatione Edom; eſt clarum quòd Propheta clamat contra idolatras, qui ſunt uerbo eodem, qui ſemper fuerunt contrarij Populo Iſraelis: dicens quòd Deus ſumet vindictam de eis, de eo quod fecerunt Populo Iſraeli, captiuando eos. Et in hoc ſatis conuenimus nos Chriſtiani cum iudæis.

*Prophetia Ezechielis.*

TRanſeamus ad Ezechielẽ, quia de Baruch, licèt nos Chriſtiani credamus quòd quicquid dixerit, dixerit ex ore Hieremiæ Prophetæ, quia erat eius notarius; tamen, quia apud iudæos non habetur, non curo de eo.[a]

Et primò animaduertendum eſt, quòd hic Ezechiel Propheta,[b] qui prophetauit in Babylonia, durante captiuitate, ut in

cap.

pra q. 11. nu. 13. & cõmuniter omnes Doctores, tã Theologi, quàm Canoniſtæ, ut ſup. notatum eſt in principio tractatus, num.
448 42. in noſtra additione.

a Non mirum, qa multi Sancti nullã mentionem de eo fecerunt. Nec etiã hodie huius Prophetę meminit Sixtus Senen. in Bibliot. ſancta, lib. 1. vbi de Prophetis agit. Paulus tñ Gryſald. diligẽtiſſime de eo agit, in libro deciſion. uerbo: Baruch. ubi ponit Doctores, qui eius nõ meminere, & eos, qui, etiã ante Concil. Florent. & Tridentinum (vbi inter Catholicos, & Canonicos libros, Baruch, numerãt) eũ magnifecerunt; quem uide. Et, qa ſecundum. S. Hier. in Prologo huius prophetiæ, in hoc Propheta multa in
449 ueniuntur de Chriſto, teſtimonia; aliqua adducemus; maximè, cum iam liber hic inter Sacros cõputetur. Et primo, habetur in c. 2. in fine, ſic: Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum. Ly-
450 ra. ideſt, legem nouam Domini enim Ieſu Chriſti. De differentia ho um nominum, ternum,

& ſempiternũ tradit multa Arnald. Albert. in Rubr. de Hæret. lib. 6. q. 12. §. quartus error, num. 34. Æternum (ait) eſt, quod non habuit principiũ, nec habebit finẽ, vt Deus. Sempiternum uero, quod habuit principium, & nõ habebit finẽ, ut Angelus, & anima. Gloſſa. in l. cum debere. ff. de ſeruit. vrban. præd. Sed non ſeruatur hæc differentia, quia ſæpe unum pro alio ponitur, uide Alex. de Aleſ. in Summa. 3. p. partic. 2.

¶ In c. 3. in fine, ſic habeť: Poſt hęc, in terra uiſus eſt, & cum hominibus cõuerſatꝰ eſt. Oẽs de Chriſto intelligũt.

¶ In c. 4. in fine: Aſpice Hieruſalẽ ad Orientem, & uide iucunditatem à Deo tibi uenientẽ, ideſt, Meſsiam.

¶ In c. 5. ibi: Nominabitur nomen tuum à Domino, ĩ ſempiternũ. Quã auctoritatem intelligunt expoſitores de Meſsia dictam.

b Filius Buzi Sacerdotis, & ipſe Sacerdos, ita altè, & profundè, alta & profunda myſteria prophetauit, ut nulli iudæorum liceret principium & finẽ huius prophetiæ, ſicut nec principium Geneſeos,

&



cap. 20. ſui libri docet, & demõſtrat, ꝙ lex Moyſi data iudæis nõ erat bona, qa ſi bona fuiſſet, dediſſet pfectionẽ boni, & vitæ æternæ. Et ideo dicit: Et ego dedi eis præcepta nõ bona, & iudicia in quibus nõ uiuent.[a] Quod nõ poteſt intelligi de uita huius ſęculi, quia cũ eis populus viuebat; ſed eſt intelligendum de vita æterna, quia præcepta legis Moyſi nõ dabant uitã æternã, ut declaramus, ſup. in 4. articulo.

¶ Demũ, in c. 34. poſt texturã ſuæ prophetiæ, interſerit aduentum Meſsiæ, ibi: Et ſeruus meus Dauid, Princeps in medio eorũ. Nõ. n. loquitur de Dauid, q erat iam mortuus, ſed de Meſsia. Et ita omnes iudęi fatentur.[b]

¶ Deinde in c. 37. redit Propheta ad iſtũ ſeruũ Dauid, ibi: Et ſeruus meus Dauid ſuper eos, & paſtor unus erit omnium eorũ. Et ibi: Et Dauid ſeruus meus

& librum Canticorum, ante Trigeſimũ ætatis annum legere, ut ex D. Hieron. & iudæorum traditione, tradit F. Ioan. Ludou. Viual. in lib. Opus Regale, in trac. de pugna part. ſenſitiuæ, uerbo: Ezechiel, & Sixtus Senen. in Bibliot. ſancta. lib. 1. §. Libri tres. Et Paul. Gryſal. in lib. deciſion. uerbo: Ezechiel. apud quos de eius genere, prædicatione, morte, & ſepultura.

Nota ergo primum, quòd quãuis Auctor noſter breuiter hanc prophetiam cõmẽtauerit, multa alia poſſunt ĩ ea de Chriſto notari. Ezechielis. n. c. 9 habetur ſic: Signa Tau, ſup frontes uirorũ gementium. Quam literã multi exponunt ꝑ Cruce Domini. Ita S. Iſid. Origenes, ĩ Hom. Epiphaniæ, & alij multi, quos refert, & ſequitur Sixtus in Biblioth. ſancta, lib. 2. litera T, & lib. 3. §. tertia. T.

¶ Ezechiel, etiã c. 11. habetur: Congregabo uos de Populis, & alienabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis: & dabo uobis humum Iſrael. Quæ prophetiæ, & alię multę, fuerũt impletæ ĩ reditu captiuitatis Babylonicæ per cõgregationem temporalem Iſraelitarum, quę fuit tunc facta, & ſic iam non eſt hoc amplius expectandum. Si uerò intelligatur de congregatione ſpirituali, ſ. animorum; hoc etiam impletum eſt per Chriſtum, ſub quo totus Iſrael. ſ. fideles Chriſti, qui verè Iſrael dicuntur, eſt congregatus, ſeu vnitus in fide Chriſti, ſecundum quam animæ fidelium uniũtur, ſed congregantur. Quòd autem congregatio ſpiritualis legatur in ſcripturis ſacris, patet, Pſ. 40. Cor eius congregauit iniquitatem ſibi. Ita exponit, & declarat Arnaldus Albert. in Rubr. de Hæret. in 6 q. 12. §. Tertius error, n. 5.

¶ Item eo. c. 11. Spiritum nouũ dabo in uiſceribus eorum. Quam auctoritatẽ, de lege noua, intelligunt Doctores, ibidem.

a Qualiter hoc intelligatur, & de ceſſatione, duratione, & diuiſione moralium, cæremonialium, & legalium, & de excellẽtia legis nouæ, uide multa curioſa & utilia, quæ tradit Arnald.
Albertinus, melius 451
omnibus. ſ. §. Quartus error, per totũ, & qualiter præcepta illa non dicantur mala, ſed nõ bona, uide Fabian. Fiog. in Dialogo. c. 38. ubi latè.

¶ Itẽ eod. c. 20. 452
habetur clarè Sabbati ceſſatio. ibi: Sabbata dedi eis, vt eſſent eis in ſignum. Quam auctoritatẽ explicat Arnal. Albert. in Rubr. de Hæret. lib. 6. §. Quintus error. q. 12. nu. 5. in fi. dicens: Memoria eſt pro præteritis, & ſignũ eſt pro futuris. Et adducit illud Exod. 31. vide ut Sabbatum meum cuſtodiatis; quia ſignum eſt inter me & uos, in generationibus ueſtris, ut ſciatis, quia Ego Dominus, qui ſanctifico uos.

b Item c. 36. habetur: Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris. Quã auctoritatem, Doctores cõiter de Baptiſmo interpretantur, ut ex multis tradit Hector Pintus. in Daniel. c. 11. verſ. Inſuper.

Princeps eorum in perpetuã & vſque ad finem capituli. Vides manifeſtè, ꝙ iſte aduẽtus eſt ſpiritualis, & cum fędere pacis ſempiterno. Et ſequitur, & ſcient gẽtes quòd Ego Dominus, ſanctificator Iſrael, cùm fuerit ſanctificatio mea in medio eorum, in perpetuum. Non poſſet clarius loqui propheta de aduentu Meſſiæ ſancto, & ſempiterno, & fędere nouo, quàm loquatur. [a]

Et demum proſequitur diſciplinã ſuam contra Populũ Iſrael, vſq; ad c.38. Et ibi, & in c.39. ponit bella, & diſſenſiones Gog, & Magog, [b] quæ fuerunt in fine domus ſecundæ Hieruſalem, ante aduentum Chriſti, vt patet in hiſtorijs Ioſephi hiſtoriographi.

¶ Et in 40. c. ibi incipit ponere ædificium Hieruſalẽ ſuperioris, & ait ibi: Et nomen Ciuitatis ex illa die, Dominus ibidẽ. Quod nõ poteſt intelligi, niſi de cęleſti Hieruſalem, vbi Dñs eſt ſemper, quia ibi eſt Hieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis. Quiſnã, niſi fuerit cęcus, aut amẽs, nõ videt ꝙ Meſsias, de quo oẽs iſti Prophetæ loquuntur, eſt Rex, & ex ſtirpe Dauid, homo, & ſpiritualis homo, quia Rex perpetuus, & æternus? Et, ſi dicis mihi tu iudæe: Non fuit ille Ieſus Chriſtus: Dico, & reſpondeo tibi, quòd tamen clarè eſt uana expectatio tua, qui expectas hominem purum, ſicut aliquem ex Prophetis, moriturum, & à vermibus in ſua ſepultura conſumandum, ſicut alium ex Prophetis. [c]

*Prophetia*

per. Et nos declarauimus in Candelabro noſtro Aureo. 1. par. tit. de Baptiſmo, in princip. & Fauſt. Taſſus ſer. 8. Et in eod. c. 36. ait: Et auferam cor lapideum de medio ueſtri, &c. Quã auctoritatem. S. Tho. in Exod. c. 32. lect. 2. & S. Anton. 1. p. tit. 4. c. 13. §. 2. poſt principium. Fabianus Fioghius. c. 39. & alij, pro lege E-
453 uangelica intelligunt.

a Item, eod. c. 37. legitur, ꝙ Propheta iuſſu Dei duo ligna accepit, quorũ unum ſcripſit Tribui Iudæ, & ſocijs eius; aliud Tribui Effraim & ſocijs eius. Quæ ligna, de mandato Dei, unũ ad alterum adiunxit. Per quã adiunctionem (vt ibi habetur) prima figurabatur à Deo vnio Iſraelis ad inuicẽ, & ſic quòd non ultra diuiderẽtur in duas gẽtes, vel Reges. ita Arnal. Albert. ſupra. §. Tertius error, nume. 5. Vel dic, per duo illa ligna Crucẽ Domini noſtri ſignificari. Vel, per illam ſtrictiſſimam duorum lignorum coniunctionem, utriuſque naturæ diuinæ, ſcilicet & humanæ uinculũ poſſe intelligi.

b Multa de his duo

b⁹ Principib. Gog, & Magog: & qualiter ex illis originẽ duxerunt Gotti illi magni, & bellicoſiſſimi uiri, uide apud Hector. Pint. in Daniel. c. 11. uerſiculo: Et Deũ Patrum ſuorum.

c Et c. 44. dicit: Vidi portam ĩ domo Domini clauſam, & dixit Dominus ad me: porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & uir nõ intrabit per eam, qm̃ dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam. Quam auctoritatem oẽs Sancti communiter & alij intelligunt de Beatiſs. Virgine, in qua Verbum caro factum eſt. uide Hect. Pint. in Daniel. c. 2.

¶ Item, Rabbi Abba, & Rabbi Leui, exponentes verbum ultimum Ezech. cap. fin. ſcilicet. Et nomen Ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem, dicunt: Dominus Tethagrammaton. Et nomen Regis ſui, ſicut nomen Dei ſui, ſicut dictũ eſt, & hoc eſt nomen quod uocabũt eũ, Deus noſter. De qua auctorit. uide Taſſum. ſerm. 8.

a Daniel



a Daniel Propheta, ut ex cõi Doct. ſententia patet, ex Tribu Iuda, ex Regis optimatibus in Bethebero ſuperiore, nõ procul ab Hieroſolimis fuit natus. Cuius captiuitatem, uitã, excellentias, & mortem uide p D. Hieron. in prologo, & in Præfatione explanationum Danielis. Sixtum, in Bibliot. lib. 1. § Daniel. Paulum Gryſ. in Deciſ. ver. Dan. Et melius apud Ioan. Ludouicum. Viual. in Opus Regale. tract. De pugna. verbo. Daniel, qui ſic ait: Danielis Prophetæ ſublimitas in principio uoluminis eiuſdẽ liquet ad purum. Fuit quippè nobilis origine, ut pote de ſemine Regio; ideo nomine Regio, à Rege Babyloniorum decoratus Baldaſar nuncupatus eſt, quod quidem nomẽ Regiũ (vt patet. Dan. c. 5.) eſt. Inſuper, erat Daniel vir per omnia glorioſus, purus, innocens, ſine macula, decorus forma, eruditus in omni ſapientia, ſplẽdidus ſcientia, doctus in omni diſciplina, mente præſtantiſſimus, ingenio acutiſſimus, lingua ad ſuadendum facilis, inter illuſtres electus, inſtructus, morigeratus, ac nutritus; in ieiunijs, uigilijs, ac oronib. feruẽtiſſimus, myſteriorũ ac ſecretorũ cœleſtiũ interpres digniſsimus, pudicitia florẽs, aſpectu Angelicus, pdigijs clarus, futurorũ præſcius, humilitate ac manſuetudine mirabilis, uirtutibus ſummus, ueritatis defenſor, uitiorũ obiurgator terribilis, in operibus iuſtitiæ totus magnificus. Hæc ille, & alia quæ adducit ex D. Hiero. ſup. quem uide.

## *Prophetia Danielis.* [a]

SEd quòd Chriſtus Ieſus filius Marię virginis fuerit ille Meſſias, quem expectare debuiſti, & debueras, ſi iã non veniſſet, nũc viuis auctoritatibus, & rõnibus aſtruã ex prophetia Danielis: ad quã, ordine Canonis ſacræ Bibliæ eſt veniendũ. [b] Et, anteq̃ ad eum, ueniam, tu debes ſcire, ꝙ hic Daniel prophetauit in captiuitate Babylonica, poſt Ezechielem, ut apparet ex principio libri ſui. Et debes ſcire, ꝙ ſcribitur in actibus Apoſtolorũ. c. 18. ad finem, ꝙ iudæus quidã Apollo nomine, Alexandrinus genere, uir eloquens, potenſq; in ſcripturis, vehementer. n. iudæos reuincebat, publicè, oſtẽdens per ſcripturas, eſſe Chriſtũ Ieſum. [c] Sæpe admiratus fui, quomodo hic Apollo, licet potuerit docere per ſcripturas, ꝙ Meſsias deberet eſſe ex Dauid, & de Virgine natus, & ꝙ deberet pati mortem, pro redimendis peccatis, & ꝙ eſſet Deus, & homo, hoc ſatis abunde per ſcripturas aſtrui poterat: [d] ſed ꝙ Ieſus filius Virginis Mariæ, qui fuit paſſus in

b Eſt enim Daniel Propheta ĩter quatuor maiores annumeratus. Sũt enim 454
quatuor Prophetæ maiores, ſ. Iſaias, Hieremias, Ezechiel, & Daniel: Cæteri autẽ 12. Prophetæ maiores dicuntur. Vltra quos omnes, Dauid dicitur Propheta Regius taliter ꝙ cum abſolute Prophetam nominamus; Dauidem, per anthonomaſiam, intelligimus; ſecundum omnes Doct. 455
quemadmodũ cũ Apoſtolus tantum, nominatur; ab omnibus. D. Paulus intelligitur.

c Sed nec huius iudæi, nec aliorũ ferè innumerabiliũ ad fidem conuerſio, quæ tunc facta fuit, potuit obſtinatos aliorum iudęorum animos inducere, ut fidem Dñi noſtri Ieſu Chriſti acciperẽt. Quapp Apollo ipſe, & alii iudęi ad fidem conuerſi, ſurgent in iudicio cum generatione iſta peſsima, quia illis credentibus, alii miſerrimi credere noluerunt, ut patet. Mat. c. 12.

d Vt, ſupra probauimus, & inf. per diſcurſum Prophetarum, in multis locis, declarabitur.



a Proprium

Hieruſalem, eſſet ille Meſsias, & ꝙ hoc de ipſo Ieſu, per ſcripturas probaretur, mirabar, donec conuerti me ad ſcripturam Danielis, quæ punctualiter hoc probat, ꝙ Ieſus fuit ille Chriſtus, q per ſcripturas expectādus erat. Et hæc eſt ſcriptura, per quam Apollo oſtendebat publicè, & reuincebat iudæos Chriſtum eſſe Ieſum. [a] Modò deſcendamus ad prophetiam Danielis, & per eam oſtendamus habentibus rectum ſenſum, quòd Ieſus filius Mariæ paſſus ſub Pontio Pilato, fuit uerus Meſsias, ſiue Chriſtus. Et primo, animaduertenda eſt illa prophetia, ſiue ſomnium Nabuchodonoſor Regis, [b] quod poſitum eſt Daniel, cap. 2. vbi per Deum reuelatus eſt eidem Regi ſtatus Regum futurorum, qui, ſecundum dimembrationem, & dimenſionem ſtatuæ, & interpretationem ipſius ſomnij, per Danielem factam, notoriè patet quòd ante aduentum Regni, quod debet ſuſcitare Rex Cœli, quod in æternum non diſſipabitur; quod deſignauit lapis ſine manibus abſciſſus; debent præcedere quatuor temporalia, & non in æternum duratura Regna; quorum primū fuit Nabuchodonoſoris aureum ſecundū caput ſtatuæ. Et poſt Nabuchodonoſorem fuit ſequens Regnum, poſt eum, quod iam nō fuit tanti ualoris, quod fuit Perſarū, ſeu Darij, & fuit Argenteum. Et tertiū Regnū fuit Alexandri, quod fuit ęreum, tam propter modicam durationem, quàm etiam, quia eius ſtatus nō fuit in magnis diuitijs, & ſic, nec erat Aureus, nec Argenteus, ſed æreus.

Verum, quia ut ait Titus Liuius, quòd vltra ſpem humanam ultima ora terræ peragrarat, quod in duodecim annorum ſpatio factum eſt, vt habetur primo Machab. cap. primo, dicit interpretatio Danielis, quòd imperabit vniuerſæ terræ, quod dictum eſt hyperbolicum, [c] quia nullus Rex, in tam modico tempore, tanta Re-
gionum

456 a Propriū eſt omnium illorū, quos Chriſtus illuminauit, illum annuntiare, & prædicare. Andreas prim⁹ Apoſtolus illuminatus, Simonem fratrem ad Dominum adduxit, ut patet. Ioan. cap. 1. Paulus conuerſus, Doctor euaſit gentium, Cæci illuminati Chriſtum prædicabant. Apollo hic conuerſus iudæos inducebat, & conuince-
457 bat; illi uerò obturantes aures ſuas, indurati ſunt.

b Quidam uoluerunt iſtum Nabuchodonoſorē fuiſſe ſecundum huius nominis: Alii primum eſſe affirmāt. Quorū opiniones concordat Hector Pintus, hic, concludens etiam omnes Babyloniorum Re-
458 ges, propter nomē natiuū, Nabuchodonoſores nuncupari. Quod etiam probat in c. 1. Cuius Regis hiſtoriā, (ultra. D. Hieron. & alios expoſitores Danielis) ponit late Fabian. Fiogh. c. 83. & Ioānes Ludouic. Viualdus, in
459 lib. opus Aureum, de ueritate contritionis, in princ. §. ſupereſt. folio 14. Paul. G. yſ. in Deciſion. uer. Nabuchodonoſor.

c Multa enim hiperbolicè dicta inueniūtur in Sacris literis, ut eſt illud Geneſ. 13. multiplicabo ſemen tuum ſuper numerū arenæ Maris, quæ præ multitudine numerari nō p̄t. Et c. 26. Sicut ſtellas cœli, & multis aliis locis, ut Dan. c. 9. ibi; Malum



Malū malū quale nunquam fuit. vbi dicit Hector Pintus: Hoc ait, ꝓpter Vrbis uaſtitatem, & Hebręorū cædem; & præcipuè propter Templi Dei euerſionē; Vel eſt hyperbole figura in Diuinis literis uſitata. Hęc ille.

gionum ſpatia occupauit. Demum poſt Alexandrum ſequitur Imperium Romanum, quod fuit ferreum, quia omnia ſub virga ferrea ditioni ſuæ ſubiugauit. Et iſtud Regnum fuit in ſuis pedibus admixtum teſtæ, quod eſt, quia fecit ſocietatem, ſiue ligam cum iudæis, qui erant gens debilis, & fragilis, vt teſta, [a] vt habetur in libris Machabæorum. lib. 1. c. 15. Demum poſt iſta Regna, venit lapidis abſciſsi ſine manibus Regnum, quod in æternum non diſsipabitur, quod fuit Regnum Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod comminuit dicta Regna præterita, vt patet ad oculum, & manifeſte poſt quatuor illa Regna Auri, Argenti, Aeris, & Ferri in pedibus admixti teſtæ; nullum aliud Regnum venit, niſi Ieſu Chriſti. [b]

Et, aduerte lector, quomodo validò argumēto in hac prophetia concluduntur miſeri iudæi; quia ipſi faciunt ſibi vnum magnum dubium. Dicunt ipſi; Si enim Meſsias nondum venit; & Imperium Sarracenorum ſub Machometo occupauit Mundi magnam partem; [c] quomodo eſt, quod Daniel non fecit mentionem de eo, ante aduentum Regni lapidis abſciſi, quod eſt, ſecundum omnes, tam iudæos, quàm nos, Regnum Regis Meſsiæ? quia Daniel non fecit mentionem, niſi de quatuor Regibus, incipiendo à Nabuchodonoſor, vſque ad Regnum lapidis abſciſi, qui fuerunt notoriè quatuor; Nabucodonoſor primus. Darius
ſecundus. Alexander, tertius. Roma, quartus. Et 463
poſt finem Romani Imperij debet venire Meſ-
ſias;

a Teſta dicitur, quodcunq; uas ex luto compoſitum, ideò dicitur fragile. De quo dicitur: Trenorum. 4. Filij Sion inclyti, & amicti Auro primo, quomodò reputati ſunt in uaſa teſtea opus manuū figuli.

b Qui (ſecundum S. Hieron. Theod. Diony. Lyram, & alios, quos refert & ſequitur Hector Pintus hic) eſt lapis ille Sacratiſſimus abſciſſus ſine manibus de monte illo ſanctiſſimo. id eſt, de puriſſima uirgine, & altiſſima propter eius imminētes virtutes ſic appellata. Et dicitur lapis abſciſſus ſine manibus, multis de cauſis, quos ponūt expoſitores, & refert Pintus. in Daniel. ca. 2. verſ. De monte: approbando, inter alias, illā ſ. ꝙ ſine ope humana, & uirili cōplexu fuerit Ieſus Xps Dominus noſter conceptus, ut dicit Eccleſia; Qui conceptus eſt de
Spiritu ſancto. &c. 460

c Nam uſque ad PP. Sixtum IIII. q fuit Anno Domini. 1471. à Chriſtianis abſtulerat duo Imperia, & quatuor Regna; viginti Prouincias; Ciuitates 200. ac vtriuſque ſexus turbas abſq; numero. ita, ex alijs, tradit F.
Ioan. Lud. Viual. 461
in lib. Opus Regale. in 6. perſecutione Eccleſiæ. ubi multa de Machometo, & quare De⁹ illius imperiū nō deſtruat. Quid ergo uſq; in hodiernum diem abſtulerit hiſtoriographis reliquo. uide. S. Anton. 2. par. hiſtorię, tit. 13. c. 5. in prin. & §. 7. Arnald. Al-
ber. in rub. de hæ- 462
ret. in 6. q. 8. nu. 8. Tarcagnotam, & alios modernos.
a Di-

ſias; & non venit: imò uenit Regnum Machome
ti. Ergo (dicunt iudæi) cùm Daniel omiſerit
quintum Regnum, videlicet, Machometi, quòd
non erat omittendum, quia fuit ita amplum, &
magnum, ſicnt Regnum Darij, aut Alexandri:
quia illi licèt fuerint Monarchæ: tamen nõ om-
nia Mundi Regna occuparunt: quia nec etiam
Romani peruenerunt ad indos. Vnde diceban-
tur Monarchæ, [a] non quia eorum tempore om-
nia penitus occupaſſent; ſed quia nemo, eorum
tempore tot Regna, ſicut ipſi, occupabat. & iõ
Daniel, ſi ante Machometum non venit Meſsias,
debuit, ut de alijs Regnis, mentionem facere de
Machometo. Et ſic non debebat de quatuor Re
gibus dicere, ſed de quinque. Cùm ergo omiſe-
rit quintum (dicũt ipſi) ergo ante Machometum
464 venit Meſsias, poſt quatuor illos Reges ſuperius
enumeratos? Sed hoc non eſt uerum ſecundum
eos, quia Meſsias (dicunt ipſi) nondum uenit.
Quid ergo dicendum? Dicit Rabbi Abrahã Be-
naſra: certè Regnum Sarracenorum nõ eſt omiſ-
ſum: imò Regnum Romanum, & Regnum Sarra
cenorum eſt unum, & idem: quia Sarracenorum
465 eſt ferreum, & Romanum eſt teſta. Vnde (dicit
ipſe) poſt Regnum Sarracenorum, debet uenire
Meſsias, qui eſt deſignatus per lapidem abſciſsũ
ſine manibus. [b] Vide deuote lector Chriſtiane,
quàm in circuitu iſti impij iudæi ambulant: qa
vidẽtes quòd poſt quartum Regnum à Nabucho
donoſore, in continenti debebat eſſe Regnũ Meſ
ſiæ æternum, quod eſt lapidis abſciſsi ſine mani
bus: illi uero, ut fugiant, & negent Ieſum Meſsiã
eſſe, dicunt, & iungunt Regnum Romanum cum
Sarracenorum Regno: quod magis inſulſum, &
466 inſipidum uerbum dici non poreſt. Quia ſi uelit dicere, quòd
nos Chriſtiani ſumus Romanum Regnum: quando (quæſo) con-
uenimus cum Sarracenis, qui dicuntur teſta admixta ferro: cùm
ſimus omnino moribus, & fide ſeiuncti, [c] diuiſi, & inimici? Si
enim Romanum Regnum eſt per ſe conſiderandum: & non ſumus
nos Romani: adhuc (quæſo) quis coniunxit Regnum Romanũ
cum Regno Sarracenorum, ut unum eſſet ferrum, & aliud teſta
adiuncta

a Dicebantur tũc Monarchæ per Anthonomaſia; quẽadmodum nunc, q dicit Apoſtolum abſolutè, itelligit D. Paulum: & qui abſolutè Prophetã vocat, de Rege Dauid dixiſſe cenſetur. ſecundum omnes Doctores communiter maximè S. Tho. 2.2.q. 141. ar.4. in corpore. & q.186. art.1. in cor. & in opuſc.73.c.1. & ad Roma. lect. 1. in fine, vbi dicit ꝙ Anthonomaſia eſt figura, qua nomina generalia reſtringuntur ad aliquid per excellentiam, ut Vrbs, pro Roma. &c.

b Iſte Rabbi, & omnes alij intelligunt per lapidem iſtum, Meſſiam. Quod probat etiã Fabianus Fiogh. cap. 83.

c Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras; Quæ autem conuẽtio Chriſti ad Belial. ut ait. D. Paulus. 2. Corin. c.6.

a Ita



adiuncta illi? Patet ergo, quod
inter Regnum Romanum, & Re
gnum Sarracenorũ eſt Regnum
Ieſu Chriſti, deſignatum per la-
pidem abſciſſum ſine manibus.
O Deus adiuua incredulitatem
infidelium iſtorum iudęorum, 467
qui uidere nolunt hodiè poſt
quatuor Reges ueniſſe Ieſum
Chriſtum lapidem abſciſſum ſi-
ne manibus: qui factus eſt mõs
magnus, & impleuit uniuerſam
terram. Et, ſi dicatur: Quare Da
niel non fecit mentionẽ de Ma-
chometo, computãdo eũ quin-
tum Regem? Reſpondeo, quia
Machometus, qui uenit poſt Ie
ſum Chriſtum, pertinet ad ea q̃
uentura erant poſt Meſsiam: de
quibus nihil dixit Daniel: ſed 468
de eo Machometo prophetauit
Beatus Ioannes Euangeliſta in
Apocalipſi. 13. c. uocans eum be
ſtiam, quæ ſe ſimilem faciat A-
gno. [a] Et, quòd hoc ſit uerum, 469
quòd non pertineret ad tempo-
ra ante aduentum Meſsiæ, appa
ret notoriè: quia idem Macho
metus dicit in ſuo Alcorano
Chriſtum fuiſſe Meſsiam, ut la-
tè demonſtraui in principio hu
ius operis: licèt in multis Arti-
culis fidei deuiet à ueritate Euã
gelica. Deinde, quomodo iu-
dæus poteſt notare mixturam
Machometi, & Chriſtianorum: cũ Machometus
uenerit per ſexcentos annos poſt aduentum do-
mini noſtri Ieſu Chriſti. [b] Erubeſcat igitur iu- 470
dęus miſer, & concedat, uelit nolit, quod ante
Machometum, poſt quartum Regnum Romano-
rum, uenit Regnum lapidis abſciſsi ſine manib.
qui

a Ita etiam declarat inſignis uir F. Ioannes Ludou. Viualdus in lib. dicto, opus Regale in tract. de perſecutionibus Eccleſię. pſecutione. S. Sed (ſub correctione dixerim.) Ego iudicarem Danielẽ de Machometo, mẽtionẽ nõ feciſſe, qa Machomet⁹ nõ eſt uerus Rex, vt erãt alij; ſed tyrannus, & latro, Paterq; latronum ac filius Diaboli indigniſſimus, ut inter ueros, ac legitimos Reges, cõnumeraretur, atq; computaretur.

b De quo anno Centenario. ſ. 600. poſt aduẽtum omnes hiſtoriæ tam Eccleſiaſticæ, quã prophanæ conueniunt. De numero autem Denario diuerſæ ſunt opiniones. Supplemẽtũ enim Chronicarũ ait; Machometi ſectam incepiſſe anno Mũdi. 5794. & Chriſti. 595. Vincentius in Speculo hiſtor. quem refert, & ſequitur. S. Anton. 2. p. hiſtoriali. ti. 13. ca. 5. ait ĩcepiſſe anno Xpi 640. Alij auctores, quos refert Petr⁹ Mexia ĩ Sylua Variæ lectionis. 1. p. c. 12. uariè ſentiũt. ipſe autem, cum alijs tenet incepiſſe anno Xpi circiter. 620. cum quo concordat Franciſcus Sanſouinus in Chronologia Mũdi dicẽs incepiſſe anno. 618. Paulus, deniq; ille Gryſaldus. in lib. Deciſiones fidei. in principio inter hæreticorum nomina. nu. 343. ſic ait: Mahometes Arabs, mercator viliſſimus, princeps latronũ, prænuntius Sathanę, præcurſor Antichriſti, complemẽtum falſitatis, iniquorum pater, ac ſceleſtiſſimorũ Dux, ortus eſt anno. 630. tempore Honorij primi, ac Heracliti Imper. Et vide Ioannem Ludouicũ Viualdum. ubi. ſupra, & Gloſſam. uer. Machometum. in Clemen. unica. de iudæis. quam omnino lege. Tarcagnota. in 2. p. ait ſectã Machometi ĩcepiſſe anno. 627. Marquardus de Suſſanis. in tract. de iudæis. 1. p. c. 3. nu. 7. ait fuiſſe Machometum anno. 612. in circa ab incarnatione Domini.

Si

Si plures auctores
citabimus multo
471 diſcóformiores ſẽ
tentias audiemus.
Nos autem in tan-
ta varietate quid
dicemus ? illud q-
dem ꝙ utinam na
tus non fuiſſet ho-
mo , vel Diabolus
ille . Dicebatur au
tem Pater Macho-
meti Abdala, filius
cuiuſdam Abdel
472 Mutalef . Mater
verò Emina , filia
Hayof iudæi . Lo-
cus ubi natus fuit
( qui utinam con-
ſumptus eſſet , ne
oculus eum vide-
ret) Itrarip , dice-
batur iuxta Mecã.
Quæ omnia colli
git Ludo. del Mar-
mol. li. 2. c. 1. deſcri
ptionis Afiicæ.
a Quæ minimè eſt
inuidenda , ut ait.
Pſ. 36. Noli æmula
473 ri in malignanti-
bus, &c. Imò gau-
dendum eſt in ad-
uerſitate , & tribu
latione noſtra Nã
ut ait. S. Iſidorus.
lib. 2. cap. 1. de Sũ-
mo bono , Deus
hic per afflictionẽ
iudicat bonos; & il
lic, i. in Cœlo per
miſericordiam re
munerat . Malos
autem hic remune
rat per temporalẽ
clementinam; & il
lic punit per æter
nam iuſtitiã. Pro-
pheta item, quidã
ait : Melius eſt mo
dicum iuſto; ſuper
diuitias peccatorũ
multas.

qui nemo alius potuit eſſe niſi Xp̃s Ieſus . imò mira prouidentia diuina hoc permiſſum eſt, ꝙ poſt quartum Regnũ Romanorũ, ueniret Machometus : ut nõ poſsit negari, ꝙ ante Machometum uenerit Meſsias, per Danielem prophetatus. Et ſic uides, ꝙ aduentus Machometi eſt cõfirmatio, ꝙ Meſsias, ſecundum ꝓphetiam Danielis, uenit ante Machometũ. Et ſic, tu chriſtiane, qui miraris, & aliquando hæretizas uidendo proſperitatem Machometi,[a] uides ꝙ proſperitas ipſius eſt confirmatio noſtræ fidei : & eius omiſsio facta per Danielem, miro conſilio diuino facta eſt : & demum dicta per Beatum Ioannem Euangeliſtam, ut dixi. Et ſic Ieſus fuit, & eſt uerus Meſsias, per Danielem dictus, & prophetatus: quod eſt quod aſtruere uolebam. Et licèt iſta ratio , ſeu argumentatio nõ eſſet ſic ualida tẽpore illiꝰ Apollinis , quia tunc adhuc uigebat Romanorum Imperium , [b] nec erat transfuſum in Imperium Ieſu Chriſti , ut modo eſt : nec aliquid erat in mundo tunc de Machometo : qui poſt , per longa tempora uenit . Tamen nobis hodie uidere Romanum Imperium delirum , & uictum per Imperium Ieſu Chriſti : & uidere Machometum, licet delirũ hominem , tamen confirmantem, & declarantem , quòd Ieſus filius Mariȩ uirginis, eſt Meſſias, [c] eſt demonſtratio clara , &

b Et, ut aliquam notitiam Imperij habeas, Nota , q̃d Imperium prius fuit apud Græcos; quia Conſtantinus Imperator. 39. in ordine , & eius nominis Sextus , dictus Magnus , ( ut patet in c. Conſtantinus. 1. & 2. diſtin. 96, ) qui fecit donationem totius Italiæ Eccleſiæ; tranſtulit Imperium ĩ Grȩcos : & ſic in Conſtãtinopolim. ut in d. ca. Conſtantinus . & tradit Io. Imol. in l. fin. ff. de hæred. inſtit. Verũ Stepha. Papa II. iuſtis de cauſis trãſtulit Imperiũ ad Carolum Magnũ Pepini filium. Anno . Domini 776. Gloſſa in ca. Venerabilem. de Elect. Quod Imperium durauit penes iſtũ Carolũ , & ſucceſſores annis 103. Poſtea uerò tempore Arnulphi Regis Francorum , tranſlatum fuit ad Germanos: apud quos nũc eſt uerum Imperium Romanũ, vt ait glo. in d. c. venerabilem . Hæc (quæ uera iudico) colligo ex Arnal. Albert. in rubr. de Hære. in 6. q. 2. nu. 16. omiſſis alijs opinion. ibid. relatis.

c Habemus ergo ſalutem ex inimicis noſtris , & de

ple- manu



manu vel ore illiꝰ qui odit nos. Lucȩ. c. 2. Nec mirum, ꝙ ipſe cõfiteatur hãc veritatem , & alias quas infra dicemꝰ; cùm non tantũ homines mali, ex Dei voluntate, loquant̃ vera, & hominibus bonis vtilia, & prophetizent, vt Caiphas . Matth. Sed etiam malorũ pater Diabolus dixerit Marci. 3. & Lucæ. 4. Tu es filius Dei . Et increpans non ſinebat Ieſus Dæmonia loqui , quia ſciebant ipsũ eſſe Chriſtum.

a Quia laus, & teſtimonium inimici plus fauet quàm Mille teſtes inducti ab ipſamet parte.

b Quam (vltra expoſitores) declarat optimè Fauſtinus Taſſus. Sermonem 17.

c Idolatria præſupponit infidelitatẽ; & addit exterius indebitum cultum mendacium pernitioſum , magnam Dei blaſphemiam & impugnationem fidei; ita S. Thom. 2. 2. quæſt 94. art. 3. ad primum, ſecundum. & tertium.

a Vel

plena prophetica probatio, quòd lapis abſciſus
ſine manibus , fuit per Danielem dictum , & pro-
phetizatum pro Ieſu Chriſto . [a] Apollo autem il 474
le probabat per hebdomadas , vt infra ſtatim
demonſtrabo . Et animaduerte, lector, quòd in
iſta prophetia ſtatuæ, ſtat totus effectus prophe-
tiæ Danielis . [b] Et primo nota, quod Nabucho-
donoſor videns , quòd ipſe eſſet caput Aureum
ſtatuæ , elatus in ſuperbiam , & perdita fide [c] in-
terpretationis ſomnij ſibi factæ per Danielem :
fecit ſibi fieri ſtatuam Auream , cùm ipſe eſſet ca
put aureum , quam iuſsit adorari . Et, omiſſa hi- 475
ſtoria illa , tranſeo ad viſiones Danielis , quæ
ſunt quatuor, omnes tractantes de aduentu Meſ
ſiæ . Et introducuntur per hunc modum . Da-
niel enim videns , quòd quatuor Regna tem-
poralia præcedere debebant Regnum Dei lapi-
dis abſciſsi ſine manibus ; & quòd ipſe Daniel e-
rat in vehementi , & proſpero ſtatu Regis primi
ſcilicet Nabuchodonoſor; videns Hieruſalem de- 477
ſtructam , quaſi doluit , & deſperauit de aduen-
tu Meſsiæ , & viſitationis Hieruſalem . Et iccir-
co ex nimio affectu , & deſiderio reparationis
Hieruſalem , incidit in primam viſionem , quæ
eſt in 7. capit. eius libri . Et ibidem eſt Angeli in
terpretatio viſionis ibi: Acceſsi ad vnum de aſsi-
ſtentibus. &c & non poteſt negari, quod iſta vi-
ſio non conformet cum ſomno Nabuchodonoſo
ris, primo ſupra Danielem virtute prophetiæ di-
uinæ interpretata . Et ſicut finis ſomnij fuit lapis 477
abſciſus ſine manibus , qui debebat venire poſt
quatuor Regna; ita eſt in hac viſione in fine, qua
ſi filius hominis, qui veniebat cum nubibus Cœ-
li , qui applicatus fuit ad antiquum dierum ; &
cui ſeruient omnes linguæ , populi , & Tribus, &
cuius erit poteſtas æterna, &c.

Et interpretatio Angeli in hoc finit, vt patet, ibi in fine ; Regnum autem , & poteſtas , & magnitudo Regni , &c. Et ſic, poſt quatuor Regna , incipiendo à Nabuchodonoſor, debet venire Regnum Dei, quod eſt quod quærimus.

Et non immoror in Decem cornibus , &cæt. quia fuerunt 478

T Reges

Reges [a] Græci, vt Antiochus, & alij. Tamen certum eſt, ꝙ iſta viſio ſequitur ordinẽ primi ſomnij, vt dixi. Et, ſic eſt hic fortificatio rationis, & probationis, ꝙ poſt quatuor Regna, incipiendo à Regno Nabucodonoſoris incluſiuè, debet venire Meſsiæ Regnum, quod eſt ſignificatum per quaſi filium hominis venientẽ
479 cum nubibus cœli. [b] Et non curo de Abraham Benafra iudæo, qui ſuo errore ſeductus dicit, & declarat quartam beſtiã Regnũ Sarracenorum, [c] quia manifeſtè delirat, & facit fundamentũ falſum, videlicet, ꝙ Alexander Macedo fuit Rex Romanorum, qđ in nulla hiſtoria inuenitur, nec eſt verum.

480 ¶ Sequitur ſecunda viſio in

a Vel decem cornua (ait Hector Pint. hic) ſunt Decem Reges, iuxta id quod ait. D. Ioannes Apocal. cap. 17. qui ſimul exiſtentes prope mundi finem Imperiũ diuident Romanum. Ita etiam ait D. Hieronymus. Dicamus quod omnes ſcriptores Eccleſiaſtici tradiderunt: in conſummatione ſeculi, qñ Regnum deſtruendum eſt Romanorum, decem futuros eſſe Reges, qui Vrbem Romanã inter ſe diuidant. Petrus Comeſtor in Eccleſiaſtica hiſtoria hæc Decem cornua ait ad mũdi finem reſpicere ad illoſq; decẽ Reges ſpectare, q per Decem Soles in vaticinio Sibyllæ ſignificarunt.

Multa ſignificat cornu, quæ tradũt Doctor. maximè. S. Tho. in Pſ. 17 in prin. & Pſal. 43. in princ. Hector Pin. in Lamentat. Hierem. c. 2. ver. confregit in ira furoris. &c.

De his decem cornibus ait multa Fabian. Fiogh. in Dialogo. c. 84. ex lib. Midraſtilim. ſuper Pſal. 75. (apud nos. 74.) in fine ibi: Et omnia cornua peccatorũ confringam; dicens: Non dixit textus, cornu, in ſingulari, ſed cornua in numero plurali, vt ſciamus Deum decem cornua dediſſe Iſraeli: quæ ſunt hæc: Cornu Abrahæ, vt habetur Iſaiæ 5. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei. Cornu Iſaac, vt habetur Gen. 22. de Ariete inter vepres hærenti cornibus. Cornu Ioſeph, de quo Deuter. 17. cornua vnicornij cornua eius. Cornu Moyſi, de quo Exod. 34. Quia cornuta erat facies, &c. Cornu prophetiæ. de quo. 1. Regu. 1. c. loquens Anna, ait. Et exaltatum eſt cornu meum. Cornu legis, de quo Abac. c. 3 Et cornua duo in manib. ſuis. Cornu ſacerdotij. de quo Pſal. 3. Cornu eius exaltabitur in gloria. Cornu Leuitarum. de quo. 1. Paral. c. 25. Omnes iſti filij Heman, videntis Regis in ſermonibus Dei, vt exaltaret cornu. Cornu Hieruſalẽ. de quo Pſal. 22. (apud nos 21.) & a cornibus vnicornium. &c. Cornu Meſſiæ. de quo. 1. Regum. ca. 2. Et exaltauit cornu Meſſiæ ſui, (in vulgata: Chriſti ſui) & Pſal. 131. Illuc producam cornu Dauid. &c. Et quando peccauit Iſrael, ab eis ablata fuerunt hæc cornua, dataq; Gentibus Hæc ibid.

b Non in primo aduentu, quẽ Daniel, per lapidem abſciſum ſine manibus indicauit.; ſed in ſecundo aduentu, quando venerit ad iudicium. De quo aduentu Angeli dixerunt. Actor. cap. 1. Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in Cœlum? Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in Cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in Cęlum. ſ. in nube, quemadmodũ nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. De hoc etiam, dicebat Dominus. Matt. 26. Videbitis filium hominis, &c. & Lucæ. 21. & Apocal. c. 1. & vide quæ tradit Hect. Pint. Dan. 8 verſicu. Ecce in nubibus.

c Sed falſo; quia per beſtiam quartam, quæ non nominatur, intelligitur, per Anthonomaſiam, Romanum Imperiũ, cui competunt omnes qualitates beſtię: quæ erat terribilis ob terrorem, quem Romani alijs nationibus iniecerunt. Erat mirabilis; ob eloquentiam, politiã, & alias particularitates, quæ minimè Sarracenis competunt, uide Hect. Pintum in Danie. ca. 7. uerſ. Poſt hæc aſpiciebam.



b Quamuis Propheta hic, inter minores computetur; magnas tamen habet prærogatiuas ex genealogia, & ex nominis ſignificatione. De quibus apud D. Hieron. in prolog. D. Aug. li. 18. de Ciuit. Dei. c. 33. Epiphan. et alios, quos refert Oeconomia Bibliorum. lib. 2. tit. de hoc Propheta. Sixtus Senen. in Bibliot. lib. 1. §. Sophonias.

¶ Nota. 1. quòd in c. 3. huius Prophetæ. (licet auctor nō adducat) ſunt uerba clara de Chriſto; Lętare, inquit, et exulta in omni corde, filia Hieruſalē, abſtulit Dominꝰ iudicium tuū, auertit inimicos tuos,
Rex Iſrael Domi 527
nus in medio tui. Vbi pro Domino, eſt in Hebręo, Iehouah, nomē Dei ineſtimabile. vbi iſte. S. Propheta uocat Meſſiam Regem, et Deum. Ita declarat Hector Pintus in Daniel. c. 2. uer. Et ipſum ſtabit.

¶ Item, ibidem habetur; Dominus iuſtus in medio eius, nō faciet iniquitatē. Quę uerba conueniunt cū illis; Qui iniquitatem non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Iſaię 53.

a Ex

rent nomen Ieſu; quod eſt nomen Tetragrammaton, quod eſt Adonay, in legendo apud iudæos: quod deſignat Diuinitatem ſolam: & nomen Ieſu, deſignat nomen Adonay Saluatoris.[a] Et illæ gentes quæ confuſæ fuerunt, ſiue commixtæ, tempore domini noſtri Ieſu Chriſti, cognouerunt Deum omnes Saluatorem Mundi, & reliquerunt idola ſua labio electo: Et ibi: vltra flumina Aethiopiæ, &c. dicit quomodo de longinquis partibus non ſolitis venire ad populum Iſraelis, venient ad Hieruſalem quærere Meſsiam, vt fuit impletum tempore Chriſti. Apparet in Eunuco ex Aethiopia,[b] & alijs. Et ibi: in die illa non conſummetur, &c & litera patet. Et ibi: Auferam magnilocos ſuperbiæ tuæ, &c. iſti ſunt Phariſæi, qui fuerunt deſtructi ad Hieruſalem, qui erant magniloqui ex ſuperbia.[c] Et ibi derelinquam in medio tui populū pauperē, & egenum, & ſperabunt in nōīe dñi. Audi iudæe, qa finis viſitationis, & redēptionis Hieruſalē eſt, ꝙ tūc ſit ibi populus pauper, & egenus, q ſperent in noīe dñi: Iſti fuerūt Apoſtoli, & diſcipuli Chriſti, q quaſi oēs fuerunt iudei, egeni, & pauperes ꝺ Hieruſalē. Apparet ergo, ꝙ ſtatus Hieruſalem, tēpore aduentus Meſsiæ, nó erit in multitudine populi, vt tu ſperas, ſed potius erit aduentus, cùm ibi remanſerit populus pauper, & egenus, qui ſperet in nomine domini. Et benè aptatur litera ſequens, ibi vſque: Hæc dicit Dominus. Et litera etiam patet, vſque ibi: Dominus in medio tui apparet; ꝙ ideo non timebunt ſuos inimicos, quia Dominus erit in medio. Ergo non in multitudine, nec in robore, ſed in ſpiritu Domini; quia fortis Dominus, ipſe ſaluabit. deinde concludit propheta, duplicato ſermone: dabo uos in nomen, & laudē omnibꝰ populis terræ, cùm conuertero captiuitatē ueſtram. &c. Claret intentus huius à pręcedentibus ad ſequentia.

a Ex multis nominibus, quę in
Sacris literis Domino noſtro Ieſu
Chriſto attribuūtur; viginti duo
colligit diligentes Fauſtinus Taſ
530 ſus. Sermo. 10.
quorum melius, ait, eſſe Ieſus. Omnibus enim alijs
nominibus Beati in Patria, & homines in terra reuerentiam præſtant: In nomine
autem Ieſu omne genu flectitur Cœleſtium, terreſtrium, & inferno
531 rum. Philip. 2.

b Vt patet Actuum; cap. 8. maximè experiētia probat, cùm his noſtris temporibus, poſtquàm Auctor noſter hunc tractatum ſcripſerit, infinitæ ferè, tam ex Orientali, quā Occidentali plaga, fuerint, ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum conuerſæ prouinciæ; maximè in Tapponorum Regnis miniſterio, prædicatione, ac ſanguinis effuſione Reuerendorū Patrum Societatis Ieſu; ut patet in literis, quæ impreſſæ circunferuntur.

c Quàmuis Sancti doctores, quos congerit optime Polyantea, uerbo: Superbia, & alij, multa de hoc uitio dixerint, placuit allegare Opus Aureum, de ueritate contritionis Ioannis Ludouici Viualdo, qui mira de hoc uitio adducit. quē omnino uideas, ſi habes: rarus enim liber eſt.

Si



Si enim tpe aduentus debēt iudæi eſſe pauperes & egeni, & iſti debēt eſſe in laudē oīb. populis terræ; ergo apparet, ꝙ gloria aduētus Meſſiæ, nō erit in multitudine populi iudaici: imo erit in paucis, & egenis illiꝰ populi. Qui pauci, & egeni erūt ī laudē dati oīb. populis terræ. Dic mihi an hæc cōtigerint ī Apoſtolis Chriſti pauperib. & egenis, q ꝑ totū mundū fuerūt in laudē populus terræ[a] ferè oīb. ut notoriè patet.

*Sequitur Aggeus Propheta.*[b]

HIc Aggeꝰ ꝓphetauit in domo ſecunda, vt apparet in principio ſui libri, & Eſdrę 1. c. 5. Et dicit ī c. 2. ꝙ veniet deſideratus cūctis gētib. Or, certè iudæꝰ nō cōuincitur ex hoc textu; qa, re vera, in Hebræo eſt: & veniet deſiderium[c] omnium gentiū, & implebo domum iſtam gloria. Et re uera, dicit iudæꝰ ſi de Meſſia, vt trāſlatio Hierony. ait, textus loquiꝰ; nō eſt verū ꝙ eſſet deſideratꝰ cūctis gētib. ſed ſoli populo Iſraeli; cui ſoli ꝓmiſſus erat Meſſias, erat deſideratꝰ. Et iō nō curo[d] de trāſlatiōe Hieronymi, q̄ re uera non ſonat ſecundū literam hebraicam; & illa trāſlatio, ſecundū literam hebraicam eſſet extorta. Sed audi iudæe verbū, quod immediate ſequitur: magna erit gloria domus iſtius nouiſ-

a Vt de eis hr̄ ī Pſ. 18. ī oēm terrā exiuit ſonꝰ eorū, &c. & declarauimꝰ latiꝰ ſup.

b Aggeꝰ feſtiuus & lętus interpretaꝰ. De cuius ortu, ꝓgreſſu, quā ætate prophetauit, de quibus, & qb. ꝓphetauit, ꝺ morte & ſepultura, vide S. Hier. in prologo, & in epiſt. ad Paulinū. Lyram hic, S. Epipha. de uita ꝓph. S. Aug. li. 18. de ciui. Dei. c. 35. quos refert, & ſequitur Oecon. Bibl. li. 2. tit. de Aggeo. Six. Senen. in Bibliot. li. 1. §. Aggeus refert aliqua de eo, Pau. Gryſal. uer. Aggeꝰ, ubi ait; Aggeū primo cātaſſe Allelluia. Qđ ēt ait Sixtus. ſup. Guillel. uerò Duran. in ration. diuin. lib. 4. c. 20. & Michael Timot. tra c. 3. q. 3. ubi de hoc agunt; nihil de hoc dicunt: ex opin. tamē Sixti, & Pau. Gryſal. in hoc uer. Allellu. magnum eſt myſterium cóforme dictis huius prophetę ꝺ Chriſto. Nam Allellu. ſecūdum D. Greg. quem refert Guilliel. ſup. ſic interpretatur: Alle, id eſt, Pater; lu, id eſt, Filiꝰ, ia; id eſt, Spiritus ſanctus. Vel, ſecundū Magiſt. Pet. Altiſiodor. ſic: Al, id eſt, Altiſſimus, le, id eſt, leuatus eſt in cruce, lu, id eſt, lugebant Apoſtoli, ia, id eſt, iam ſurrexit. Vide alia ibid.

c Id eſt (ſecundum eos) uenient cū deſiderio omnes gentes. Quamuis auctor noſter hic non ſoluerit difficultatem: & Fabian. Fiog. c. 87. nō integrè ſatiſfecerit; Fauſt. tamē Taſ. ſerm. 15. optimè eā diluit Talmudiſtarū, & antiquorum Rabbinorum auctoritatib. Talmudiſtæ enim in lib. Sanhedrin. c. Helec. & Rabbi Aquiba ſic exponunt: Adhuc modicū eſt,
& ego cōmouebo 534
cęlum, & terrā, & adducam deſideratum cūctarum gentiū, hoc totū ꝺ dieb. Meſſię, & de Rege Meſſia, & de tpe qđ fuit poſt deſtructionē
primę domꝰ, ītel 535
ligendū eſt. Hęc illi. Et multi alij Rabbini ſic intelligunt, ut tradit Fauſt. ſupra.

d Imo curandum eſt. Nam optima translatio erit, & rñſio dicere, ꝙ ēt ſi populo Iſrael fuerit particulariter Meſſias ꝓmiſſus, eſt uerū ī hoc ſenſu, ꝙ ꝺ illo populo debebat carnē ſumere, & iō ab illis particula
riter deſiderabaꝰ. 536
Ceterū quo ad redēptionē, ꝓ oīb. uenit, & a cūctis deſiderabaꝰ; nam ſicut oēs ī Adam peccauerunt (Maria excepta, quę fuit ab origina-

li

li reſeruata, ut tenet S. Th. in 1. ſen. d. 44. a. 3. ad. 3. & li. 3. contra Gent. c. 109.) ita poſt peccatū Adæ, ſtatim Deus promiſit remedium dicens Serpenti. Gen. 2. Ipſa conteret caput tuum. vt explicāt omnes Doctores ibidem.

nouiſsimæ,[a] pluſquam primę, dicit Dominus exercituū, & in loco iſto dabo pacem, dicit Dn̄s exercituū Duo habes in hoc textu, ꝙ Domus ſecunda habebit maiorē gloriā, quàm prima. Secundo, quòd in loco iſto dabit pacem. Peto à te, quæ fuit gloria iſtius Domus ſecūdæ, pluſq̄ primæ, cùm in domo ſecunda defecerint quinq;[b] ſigna glorioſa, quę fuerunt in prima, vt dicunt iudæi in libro roma, in c. 7. dierum, dicunt ibi: ꝙ in domo prima fuit archa, quę non fuit in ſecunda: Propitiatoriū, & Cherubin; ignis deſcēdens; Diuinitas in Sācta Sanctorum Spiritus ſanctus, & Vrim, quod eſt rationale Aaron, quæ nō fuerunt in ſecunda domo? Quomodo igitur fuit maior gloria huius domus ſecūdæ, pluſquàm primæ, niſi qa ibi venit, vt venire debebat[c] Meſſias, q fuit gloria & decor oīum gentium? Et iſta eſt vera tranſlatio illius verbi Hebraici: Hēdat; quod Hieronymus trāſtulit, deſideratus; & ego ſupra tranſtuli: deſideriū. Sed re vera, tranſlatio

a Nouiſſimę. i. ul
timæ. Quia nouiſ
ſimus, nouiſsima,
nouiſſimum capi-
537 tur pro vltimus. a.
um. Mat. 12. Fiunt
nouiſſima homi-
nis illius & cap.
20. & Marc. 12. &
Lucæ. 18. Quod e-
tiam patet in iu-
re. in l. per fundū.
ff. de ſer. ruſt. præd.
& in l. pacta nouiſ
ſima. C. de pactis.
probat Albericus
in Diction. uer. No
538 uiſsima. Vnde, no
uiſſima Domus ap
pellata fuit, a Pro-
pheta; quia in ęter
num nullum aliud
templum eſt expe
ctandum. uide He
ctorem Pint. in Da
niel. c. 9. uerſ. erit
in Templo. Arnal
dum Albertinum,
infra latè, quem
uide.
b Verum eſt, quia
in primo Templo
erat Arca teſtamē
ti cum Manna, vir
ga, & tabulis, quæ
in ſecundo nō fue
runt ſecūdum Ca-
tholicos & He-
539 brēos; quia fuerūt
cōbuſta ſimul cū
Templo per Chaldeos. Secundo In templo primo fuit pectorale cum nomine Semhaemphoras: in quo erant. 12. lapides precioſi. In quo pectorali iudicabāt quæ erant uentura, ut prelia, &c. Tertio. In primo deſcendebat ignis de cœlo ſuper ſacrificia; & in ſecundo non. Quar-

to; In primo apparebat gloria Domini ſuper Cherubin; in ſecundo non. Quinto; In primo fuit Spiritus Prophetarum datus multis, in ſecundo uerò, nulli fuit nouiter datus: quia, ſi fuerunt aliqui Prophetę, remanſerūt de primo templo; ut fuerūt Aggeus, Zacharias, & Malachias. Vide de hoc Lyram; & Epiſcop. Barcinon. & alios, quos refert, & ſequitur Arnal. Albertin. in rubr. de hęre. in 6. q. 12. §. Quo ad ſecundu. nu. 5. 6. 7. & 8. & Fabian. Fiog. c. 87. Hector. Pintū ſupra. Fauſt. Taſſum, qui latiùs declarat magnificentiam primi Tēpli. ſerm. 15. Et meli⁹, & copioſius omnibus tractat, librū integrum faciens F. Iu. Lud. Viual. in lib. Opus Regale. tract. penul. de magnificentia Regis Salomonis. Nota etiam, quòd præter quinque ſupra dicta, multa alia fuerunt in primo templo neceſſaria ad cultum diuinū, quæ nō fuerunt in ſecundo. Vide Iac. Valent. in prologo ſuper Pſal. tract. 5. ad finem

Et qualiter non fuit conueniens, ꝙ illa quinq; fuiſſent in Tēplo ſecūdo probat latè, multis auctoritatib. Arnal. ſup.

c Quod patet clarè in uerbis illis Prophetę hic. c. 2. Confortare Zorobabel, dicit Dominus, & confortare Ieſu fili Ioſedech Sacerdos magne, & confortare oīs populus terrę, dicit Dominus exer-

cituum,



propria eſt; Gloria,[a] & decor cunctarum gentiū; qui fuit Chriſtus Ieſus; qui in fine illius Domus venit, & apparuit. Habes ſecundo, ibi: quòd in loco iſto dabit Deus pacem. Dic mihi, iudæe; quando in loco iſto, ſ. in Hieruſalem Deus dedit pacem, durāte ſecunda domo; cùm ſemper in ea, ſignanter in fine, fuerint teterrimæ guerræ, & etiam poſt finem domus, quando Titus deſtruxit omnes iudæos? Quomodo, ſecundum te, mentitus eſſet Aggeus Propheta? Secundum enim Chriſtianum lectorem, verum dixit Propheta, quia in domo ſecunda, veniente Domino noſtro Ieſu Chriſto, fuit gloria in excelſis, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et ipſe Meſsias dedit nobis ſuam pacem, non quomodo hic mundus dat cum vitijs terrenis ſed pacem cęleſtē, ibi; & abundantia pacis, donec auferatur Luna.[b] Et hoc eſt, quod dixit
Zacharias: loquetur pacem Gentibus. c. 9. & Pſal.
71. Quia verbum pacis, quod hic Aggeus dicit, 541
non poteſt intelligi de pace mundana in Hieru-
ſalem: cuius contrarium vidimus, & videmus;
ſed de pace Cœleſti & ſpirituali, & ſic erit pax
æterna, donec auferat Luna, vt dixit Pſal. Scio be
nè, ꝙ iudæus videns hāc prophetiā, vt obſcurētur
oculi ei⁹ ne videat, dicit: ꝙ iſta maioritas gloriæ
domus ſecūdę fuit in lōgitudine tpis; qa domus
prima durauit 410. annis; & ſecūda durauit. 420 542
annis. Vide Chriſtianæ lector, q̄ contorta, & ex-
torta ſunt oīa, quæ iudęi cogitāt, ne videāt lumē
Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, ad eorū ipſorum damna-
tionē: quia, re uera, ſi hoc voluiſſet Propheta, nō
dixiſſet; maior, ſed longior.[c] Tum etiam, quia

cituum, & facite (quoniam ego uobiſcum ſum, dicit Dominus exercituum) uerbū quod pepigi uobiſcum, cùm egrederemini de terra Aegypti, & Spirit⁹ me⁹ erit in medio ueſtrum. Quod multis alijs auctoritatibus declarāt Doctores ſupra.

a Nec mirū, quia de eo habetur Pſ. 44. Spetioſus forma prę filijs hominum. Et Pſa. 92. Dominus regnauit decorem indutus eſt, &c. quem optimè declarant Incognitus, Titelman. & Iacobus Valentia ibidem.

b Duplex enim eſt pax Chriſtiana, ſ. & humana De pace mundana habetur Matt. 10. clarè ꝙ Chriſtus nō uenit dare eam, cùm dicit: Nolite arbitrari quia pacē ueni mittere in terris; non ueni pacē mittere ſed gladium. Et Lucę. 11. 12. 14. & 19. Et Actorum. 12. 16. & 24. De pace autem ſpirituali & Chriſtiana, quam Chriſtus attulit Mundo, habetur Mat. & Lucę 10. Primū dicite; pax huic domui &c. Et Marci 5. Vade in pace. & c. 9. Pacem habete inter uos. Et Lucæ. 2. 10. 19. & 24.

Et Ioan. 14. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Et c. 16. & 20. & multis alijs locis noui teſtamenti: ut quilibet poterit uidere.

c Imo Nicolaus
de Lyra hic, dicit
falſam eſſe hanc
oppoſitionē: quia
ſi computentur an
ni per tempora Re
gum ab anno, in
quo Salomon con
ſummauit Tēplū,
uſque ad deſtru-
ctionem eius per
Nabuzardam, in- 540
ueniuntur anni.
422. Et ſic prima
Dom⁹ durauit pl⁹
duobus annis quā
ſecunda. ut poteſt
faciliter ſciri di-
ſcurrendo per 3.
& 4. librum Re-
gum.

a Ad

maio-

maioritas, aut ꝓlixitas decem
annorũ, deficientibus tot ſignis
miraculoſis, & glorioſis, ut ſup.
retuli; nõ erat æſtimanda in lau
de, & gloria domus, niſi hoc re-
feras ad aduentum Meſsiæ, ut
543 ſupra dixi.[a] Notandum eſt etiã,
ex uerbis prophetæ huius Ag-
gei, ꝙ domus ſecunda debuit eſ
ſe ultima; & ſic non amplius de-
bet Hieruſalem, nec domus ſan-
cta reędificari. [b] Ex quo ſequi-
tur, ꝙ uana eſt expectatio iu-
dæorum expectantiũ Meſsiam,
reædificaturum Hieruſalem. [c]

*Sequitur Zacharias Propheta.* [d]

544 HIc propheta fuit adhibit⁹
teſtis per Iſaiã ſpiritu Dei,
ĩ ꝓphetia: ecce virgo cõcipiet;
Iſa. 7. c. & 8. ibi: & adhibuit mi-
hi teſtes fideles Vriã Sacerdo-
tẽ, [e] & Zachariã filiũ Barachiæ.
Et ut ſcias lector, ꝙ iſte idẽ eſt
ipſe Zacharias, de quo in ſpiritu
meminit Iſaias; licèt nõdũ eſſet
iſte Zacharias in Mundo; Audi
quod dicũt iudæi in Talmud in
lib. plagarũ, ĩ c. iſti ſunt q puniũ-
tur. Dr ibi; ꝙ ſemel Rabbi Aqui
ba, & alij Rabbini, tpe quo iam
Hieruſalẽ erat deſtructa p Titũ,
545 ibãt ad ciuitatẽ Hieruſalẽ; & cũ
applicuiſſent ad mõtẽ cuſtodũ,
ſciderũt ueſtes ſuas oẽs Rabbi-
ni; Rabbi Aqba excepto. Et cũ
applicuerunt ad montẽ domus
ſanctæ Hieruſalẽ, viderunt quã-
dã vulpẽ exeũtẽ de Sãcto Sãcto
rũ: & magis illi flebant; & Rab-
bi Aquiba ridebat. Dicunt illi: Aquiba, quare tu
rides?

a Ad has, & alias iudæorũ obiectiones, rñdẽt optimè Lyra hic, & ſuper Ezec. c. 40. & ſcrutinium ſcripturarum. diſ. 4. & Epiſ. Barchinonẽ. quos refert, & ſequitur Arnal. Albert. in rubr. de hær. in 6. q. 12. §. quo ad ſm, nu. 9. & Fab. Fiog. c. 87. Hect. Pint. in Dan. c. 9. Iac. Valent. in trac. cõtra iudęos. Taſ. fer. 15.

b Et ſic hr Hiere. c. 7. Nolite cõfidere in uerbis mendacij dicentes: Tẽplum dñi: Tẽplũ dñi, Templũ dñi eſt. Quaſi dicat: non eſt tertia dom⁹ edificãda poſt iſtam nouiſſimam deſtructã p Titũ, & Veſpaſianum..

c Imo, qualiter Deus miraculosè ſępe ĩpedierit reædificationẽ Hieruſalẽ: uide Euſebiũ Cæſariẽ. Theodoret. Chryſoſ. Nizepha. & alios, quos refert, & ſequit (narrãdo pulchram hiſtoriã) Hect. Pint. ĩ Dan. ca. 9. uerſ. Erit in templo.

d Multa de hoc S. propheta tradunt S. Hier. Aug. Epipha. Atha. & alij, quos refert Oeco. Bibl. li. 2. ti. de Zacha. Sixt. Senẽ. Bibliot. Sancta. lr. 1. Pau. Gryſ. uer. Zacharias. Ex qb. nota tres reperiri in ſacris literis Zacharias, ut ait D. Hiero. in Mat. lib. 4. c. 23. ad fi. Alius enim fuit filius Ioiadæ; alius Barachiæ, & alius pater S. Ioan. Baptiſtę. Magna eſt inter Doct. controuerſia, quis illorũ trium fuerit à iudæis, inter Templum & Altare occiſus, & quare, ut habetur Matt. 23. Quapp, cùm uariæ ſnt opiniões; uide quid de hoc dicant D. Hieron. Origenes, & S. Anſelmus, ſup Matt. c. 23. Chryſoſt. in Mat. 1. homil. 1. & in ſerm. Natiuit. S. Ioan. Baptiſtæ. ex Lucæ. c. 1.

e De intellectu hui⁹ hiſtorię duorum teſtium, & de diſcordia ĩter Lyram, & S. Tho. & Paul. Burgenſem ſuper Iſa. c. 8. uide Arnal. Alber. illos concordantẽ, in rubr. de hęr. in 6. q. 12. §. quo ad ſecundum. nu. 8. col. 155. vbi ait Vriam fuiſſe poſt Iſaiam 129. annis: & Zachariã 200. De qua hiſtoria, & teſtibus uide q tradit Sixtus Senen. in Bibliot. lr. 2. litera G. §. grandis liber.

a Im-



rides? Dicit eis: & quare vos fletis? Dicebant il-
li: & nonne flere debemus, quia de loco, de quo
eſt ſcriptum: & alienus, qui illuc applicuerit, mo-
riatur; modo impletur in eo quod ſcriptum eſt
Trenorum: Super monte Sion, qui eſt deſolatus, 546
vulpes ambulant in eo. Dixit eis Rabbi Aquiba.
Et ideo ego iuſtè gaudeo, & rideo; quia ſcriptũ
eſt: & adhibui mihi teſtes Vriam Sacerdotem; &
Zachariam filium Barachiæ. Dicite mihi; quis
coniunxit Vriam cum Zacharia? Vrias fuit in
Domo prima, & Zacharias fuit in Domo ſecun-
da. Sed quidem ſcriptura prophetiæ coniunxit prophetiam Za-
chariæ cum prophetia Vriæ. Vrias prophetauit: Propter Sion, vt 547
campus arabitur; & Hieruſalem, vt deſolatione deſtruetur. In
Zacharia ſcribitur: Adhuc habitabunt ſenes, & anus in plateis
Hieruſalem. Ego, quidem Aquiba, quandiu non complebatur
prophetia Vriæ, timebam ne compleretur prophetia Zachariæ.
Modò, quia video prophetiam Vriæ impletam, gaudeo, & rideo
confidens, quod prophetia Zachariæ implebitur. [a] Dixerunt il- 548
li: O Aquiba, conſolatus es nos in verbis tuis. Ecce manifeſtè
vides, quòd hic Zacharias Propheta eſt ille, qui per longa ante
tempora, [b] antequam eſſet in mundo, fuit in ſpiritu prophetiæ,
per Iſaiam adhibitus ad confirmationem prophetiæ: Ecce uirgo
concipiet. Apparet ergo, quod illa prophetia: ecce virgo conci-
piet, non erat completa tempore Iſaiæ; ſed in futurum; vt plenè
declaraui in illis capitu. 7. & 8. Iſaiæ, quod eſt pulchrum ad con-
uincendum iudæum, qui deridet nos dicens: quale erat illud ſi- 549
gnum tempore Iſaiæ, quod contigit poſt ſexcentos annos, & vl-
tra, de virgine concipiente? Quia reſpondeo, quòd manifeſtè
apparet, quòd erat ſignum Domui Dauid in futurum, vt eſſet cer
ta, & ſecura, quòd non periret, imò in æternum duraret; quia
virgo ex illa domo conciperet, & pareret filium, qui eſſet Deus, &
Rex Meſsias perpetuus, & æternus. Totum hoc volui ſcribere, 550
quia iudæi dicunt; quod iſte Zacharias non eſt ille, de quo dicit
Iſaias, ſed alius erat eiuſdem nominis. Vides, quomodo con-
uinco eos ſuis codicibus. Modò vadamus ad iſtum Zachariam,
qui plurima de Chriſto prophetat. Et quædam ſunt clara, quæ
non, niſi de Ieſu Chriſto, ſano intellectui adaptari, aut intelligi
poſſunt. Quædam in enigmate dicta ſunt, quæ conueniunt veri-
tati; licèt non conuincant iudæum.

¶ Et primo, in cap. 1. Zacharias videns finem Prophetarum di- 551

a Impleta fuit certe, & omnia alia quæ de Chriſto dicta erant. Nam ipſamet veritas Chriſtus dixit: Mat. ca. 5. Iota vnũ, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.

b Annorum. 200. vt ſupra diximus.

a Vi-

Y cit:

cit: Patres veſtri, ubi ſunt, & Prophetæ? nunquid in æternum uiuent? Quaſi uelit: Attendite uos iudæi, quia finis Prophetarum appropinquat, quia venit tempus quo deſinent Prophetæ in uobis, ſicut Patriarchę Patres ueſtri deſierunt. Quod impletum eſt in aduentu Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui fuit finis Prophetarum, [a] ut dixit Daniel: ut finem accipiat peccatum, & deſinat Prophetia, [b] & cætera, ut in Daniele declaratum eſt.

¶ Et in capitu. 2. ibi: Gaude, & lætare filia Sion. [c] &c. tota illa ſcriptura, vſque ad finem loquitur de aduentu Meſsiæ Dei, & hominis, cum dicit: & habitabo in medio tui. Si enim de habitatione, ſicut fecit tempore præterito per Prophetas, ſentiret Propheta; nõ eſſet nouum habitare in medio ipſius?

¶ Et in capit. 3. ibi: Ecce ego adducam ſeruum meum Orientem. Hic eſt Chriſtus Meſsias Ieſus, qui, ſecundum humanitatem, erat ſeruus Dei, & uocabatur Oriens, quaſi pars Orientalis, ſicut Sol Oriens ſupra terram. [d]

¶ Et in capitulo quarto ibi: Non in exercitu, nec in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit Dominus

a Vltimus enim Propheta veteris teſtamenti fuit. S. Ioannes Baptiſta. De quo ait Saluator noſter. Matth. 11. & Lucæ. ca. 7. Quid exiſtis in deſertum uidere? Prophetam. Etiam dico uobis, & pluſquam Prophetã. Et dicitur propheta, quia quemadmodum alij Prophetæ futura prædixit; & pluſquã Propheta quia pſentia agnouit p prophetiam. ſ. Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

b De fine, & morte vniuſcuiuſque Prophetæ, vide Oeconomiam Bibliorum lib. 2. S. Epiph. de uita Pro
552 phetarum. Ioannẽ Ludou. Viuald. in lib. Opus Regale. in prin. Sixtum Senenſ. in Bibliot. ſãcta. lib. 1.

c Mirabilia ſunt verba huius. ca. 2. Nam, non tantum Meſſiam annuntiant; ſed etiam Sanctiſſimam Tri
553 nitatem declarãt. Quia, primo, dicit Propheta, qđ Deus uenit; ibi: Quia ecce ego venio. i. Meſſias, qui eſt Filius. Secundo dicit: Scies, qa Dominus exercituum miſit me ad
554 te. Ecce Pater mittens: & Filius miſſus. Quod patet euidentius in trãſlatione Chaldaica, quę ſic habet: Gaude, & lætare Eccleſia Sion, quia reuelabor, & ponã diuinitatem meam in medio tui, ait Dominus Tetagrammaton, & applicabũt ſe populi multi ad populum Dei Tetagrammaton, in tẽpore illo; & erunt coram me in populum, & ponam diuinitatem meã in medio tui; & ſcies, quia Deus Tetagrammaton, miſit me, ad prophetandum tibi. Hanc auctoritatẽ declarat S. Th. ſuper Hierem. ca. 7. lect. 9. & ſup Iob. c. 9. lect. 2. Lyra. & alij hic Fabia. Fioghius. in ca. 10. ad fin. latius Fauſtin. Taſſus. Ser. 3. optimè Arnald. Alb. in rubr. de hæret. in 6. q. 12. § Quo ad ſecundum. nume. 15.

d Multa ſunt in hoc. 3. cap. teſtimonia, quorum aliqua omiſit auctor hic; & nos adducemus. Et primo Nota, quòd Chriſtus appellatͣ Oriens, etiam Hierem 23. ibi: Suſcitabo Dauid germen iuſtum; ubi Septuaginta uerterunt: Suſcitabo Dauidi Orientem iuſtum. Quia nomen Hebræum ſignificãs germen; ſignificat etiã Orientem, ita tradit Hect. Pint. Dan. c. 2. uerſiculo: Et ipſum ſtabit. Et nota mirabilem Prophetarum in ſpiritu Dei cõcordantiam. Nam quemadmodum Propheta Zacharias hic Meſſiam vocat Orientem; ſic alter Zacharias pater. S. Ioannis Baptiſtæ. Lucę 2. multa poſt tempora ait: Viſitauit nos Oriens ex alto. Nota, etiam quòd infra. capit. 6. ibi: Oriens nomen eius; tranſlatio Chaldaica habet: Vir Meſſias nomen eius. Ita Arnald. Albert. d. quæſt. 12. §. Quo ad tertium ad finem.



minus exercituum. [a] Quaſi uelit damnare opinionem fatuam iudæi, qui expectat Meſſiam, filium Dauid unum Regem temporalem cum magna poteſtate temporali uenientem.

Dicit Propheta; Abſit, non in exercitu, nec in robore, ſed in ſpiritu, ſicut uenit Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

¶ Et in capitulo 6. ibi: Ecce uir Oriens nomen eius, & cætera. Et licèt dicat de Ieſu filio Ioſedech, in figura de Meſſia, dicit quod notat uerbum: Et ſubtus eum orietur, quaſi dicat; hic Ieſus filius Ioſedech, eſt figura illius ueri Ieſu, qui poſt eum orietur. [b]

¶ In capitulo 8. in fine. Notanda ſunt illa uerba: in diebus illis, in quibus appræhendent Decem homines ex omnibus linguis gentium; & apprehendent fimbrias unius iudæi dicentes: ibimus uobiſcum: audiuimus enim quoniam Deus uobiſcum eſt.

Nota Decem homines ex omnibus linguis
apprehendere fimbriam unius iudæi. Ergo no-
torium eſt, quod omnes gentes uenient ad
Meſsiam, & ſic, ut ſequantur ueſtigia eius: &
hoc ſequentes unum iudæum. Dic mihi, iu- 557
dæe, ſi iſta Prophetia fuit impleta in illis A-
poſtolis iudæis Ieſu Chriſti, qui per uniuerſum
mundum prædicantes, gentes diuerſæ, & di-
uerſarum linguarum, ferè omnes, uſque ad ad-
uentum perfidi Machometi, ſecutę ſunt Chri-
ſtum Ieſum, apprehendentes fimbrias illorum
paucorum iudęorum, qui ab initio Ieſum Chri-

¶ Totum hoc caput. 3. tractat de ignominia, & gloria Chriſti. Nota, maxime uerba illa: Ecce lapis, quem dedi uobis, & ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſunt. Hoc eſt, ſeptem dona Spiritus Sancti, Vel, ut ait uenerabilis Beda, ſuper Chriſtum uniuerſitas ſcientiæ ſpiritualis inhabitat. Hector Pintus in Daniel. 2. verſ. Lapis, & alij multi.

¶ Item, ſuper illis verbis: Auferam iniquitatem terræ illius in die vna; dicit Rabbi Salomon, (volens ueritatem dicere,) Neſcio qualis erit hic dies. Erit tamen (ait Fabianus Fioghius. capitulo 31.) dies Veneris Sancti, quando Chriſtus ſua morte noſtra abſtulit crimina.

a Ita exponunt omnes Doctores, ut tradit Fabian. Fioghius. capitu.
69. Et Nota, quod
in hoc 4. capitulo 555
ſunt etiã illa uerba: uidelicet: Quis tu mons magne, coram Zorobabel. Qui magnus mons intelligitur Meſſias, ſecundum Rabbinos, quos refert, & ſequitur Fau-
ſtinus Taſſus, Ser- 556
mon. decimonono.

b Declaratum eſt iam. ſupra litera E.

a Vl-

 ſtum

ſtum prædicauerunt, & in toto orbe publicauerunt? [a]

Dicit iudęus: imò iſta prophetia probat, quòd nos iudæi ſumus lux Gentium, quia Gentes ibunt poſt nos, quod nondum factum eſt; ſed fiet tempore futuro, cùm uenerit Meſsias. Ad hoc reſpondeo: ſi iſta fuiſſet intentio Prophetę, uidelicet, quòd populus iudęorum erit lux Gentium, non dixiſſet Propheta fimbrias uiri iudęi: ſed dixiſſet; fimbrias iudęorum, aut populi iudaici, ſi uirtus, & ſanitas eſſet in populo iudęorum; ſed dixit: uiri iudęi, [b] quaſi uelet per expreſſum, quòd iſta uirtus eſſet in aliquibus iudęis electis, non in toto populo iudaico, quia accipere finem debebat ille populus, ueniente Meſsia, ut Iſaias dixit in capitulo ſecundo, quòd in nouiſsimis diebus erit prępararatus mons Domini.

Quod non poteſt intelligi ſano intellectui, niſi in fine populi iudaici: quia ſi intelligas de fine mundi, non eſſet uerum, quia Propheta dicit: quòd tunc incipiet ponere legem nouam, quando mundus erit in fine: hoc non congruit.

Quare uerus intellectus Verborum Prophetę iſtius eſt, quòd de iudæis aliqui erunt ſic apprehenſi per fiambrias, ut omnes gentes eos ſequantur, ut contigit de Apoſtolis Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Et, iudęe, iſta eſt ueritas ad uerba, & mentem prophetię, niſi clauſas aures uelis habere ueritati.

¶Sequitur capitu. 9. Et ibi: Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator, ipſe pauper, & aſcẽdens

a Vltra hæc uerba mirabilia poſita ab Auctore hic, ſunt alia idem probantia, in dicto capitulo octauo in medio. ibi: Semen pacis erit. Et ibi: Terra dabit germen ſuum. i. uirgo pariet Orientem. quia ſæpè accipitur terra pro Beata Maria.

Et ibi: Cœli dabũt rorem ſuum;
558 quem petebat Iſaias dicens: Rorate Cœli deſuper, & cætera, ut habetur. capitulo 45.

b Quod patet clarè Matth. 9. ubi, ad Chriſtum dicebat illa mulier; Si tetigero fimbriam ueſtimenti eius, ſalua ero. Et capitulo 14. in fine dicitur: Quicunque tetigerũt fimbriam eius, ſalui facti ſunt. Et Marc. 6. in fine. Quotquot tangebant ueſtimenti eius fimbriam, ſalui fiebant. Pro quo nota, quòd illa mulier, quæ fuit per fimbriæ Chriſti contactum à fluxu ſanguinis ſanata, Matth. nono, fecit quandã Chriſti naturalẽ imaginem: ad cu
559 ius imaginis pedes nata eſt quædam herba medicis omnibus incognita; quæ, cùm ad fimbriam ſtolæ imaginis excreſceret, & imaginem tangeret, efficiebatur ad pellendos morbos omnes ſalutaris. Quam herbam ſe uidiſſe teſtatur Euſebius, Cæſar. libro ſeptimo, capitulo 14. hiſtor. Eccleſ. & tradit S. Hierony. Nizephor. Sozomenus, Gregor. Turonen. Ludulphus Cartuſia. in Vita Chriſti, Guilielmus Spirenſ. in 1. Centenario, & fit mentio eius. in ſecunda Sancta Synodo Nicena. & tradit Hector Pintus, in Daniel. capitulo 3. uerſ. Rex promouit.

a To-



dens ſuper Aſinam, & ſuper pullum aſinæ. [a] Iſte textus frangit caput iudæorum, & eorum falſam, & friuolam ſpem, cum expectant Meſsiam Regem, diuitem, & potentem, redemptu rum eos, in manu potenti. Ecce textum contrarium, cui reſponderi non poteſt, nec ad literam, nec ad mentem Prophetæ. Et ibi; Et diſperdam quadrigam de Efraim, & cęte. quaſi uelit, ſine bello loquetur pacẽ gentibus, quod ſequitur, & quis loquetur pacẽ? dicit textus, cuius poteſtas à mari vſque ad Mare, vſque ad fines terræ. Quis poteſt eſſe talis Meſsias, niſi ſit Deus omnipotens? Sequitur ibi: Tu uerò in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti: In hebræo eſt; emiſi, quaſi velit Propheta, ꝙ Deus emiſit vinctos de lacu, in quo nõ eſt aqua, ſ. de Inferno. In ſanguine teſtamenti, ſcilicet noui ipſius Meſsiæ. Quia in ſacrificio cruoris, & ſanguinis ſui, facta eſt redemptio de Inferno. [a]

¶ Sequitur cap. 12. Ibi: & effundam ſuper domum, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritũ gratiæ, & precum, & aſpiciẽt ad me, quem confixerunt, [b] & plangent eum planctu, &c.

Aduerte, infelix iudæe, quæ poteſt eſſe clarior prophetia caſus futuri? Et, ſi de caſu Ieſu Chriſti non dicit, vt tu duræ ceruicis homo clamas, potes negare, quòd hæc ſcriptura non ſit diffi-

a Totum hoc caput. 9. Sacrariũ, ac repoſitoriũ eſt diuinorũ myſteriorum. De cuius explicatione (ultra D. Hiero. Lyram, Burgenſem, & maxime Abulenſ. & alios ibi) vide S. Thom. ſuper Mat. c. 21. lect. 26. & 3. p. q. 52. art. 4. ad 1. & ar. 5. 6. 7. & 8. & in 3. ſent. d. 22. q. 2. ar. 2. Abulenſ. & Diony. Carthuſ. & alios, ſuper Matt. 21. Arnal. Albert. in Rubr. de Hęret. in 6. q. 12. §. Quo ad ſecundum, nu. 11. Fabian. Fiogh. c. 46. vbi Rabbinorũ adducit auctoritates. Fauſt. Taſſ. ſerm. 13. Sixt. Senen. in Bibliotheca ſancta, libro. 5. Annotatione 261.

b Nota etiam verba illa finalia, huius. c. 9. Quid pulchrum eius eſt, niſi frumentum electorum, & uinum germinans virgines. Quę uerba, de Sacroſancto Euchariſtię Sacramẽto ſub panis & uini ſpeciebus inſtituto intelligi, dicunt Sancti, & Catholici Doctores, quos diligentiſſimè refert, & ſequitur Hector Pintus, in Dan. c. 12. verſ. A tempore, &c.

¶ In c. 11. huius Prophetæ (licèt auctor non ponat) mirabiliter ponitur præcium, quo Chriſtus fuit venditus, & qualiter fuit præciũ proiectum in Templũ. Quem locum declarat Hect. Pint. ĩ Dan. cap. 2. verſ. Sermo. Fabianus Fiog. c. 49.

b Hac diuina auctoritate, duo probantur in Meſſia. Primum, eſſe verũ Deum. Secũdum, eſſe uerum hominem paſſibilẽ: & ſic, duas eſſe in Chriſto naturas, diuinã ſcilicet & humanam. Deus primò eſt, & oſtenditur, quia ad nullũ pertinet infundere ſpiritum gratiæ, niſi ad ſolum Deum: ait enim Propheta. Pſalm. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Et ideo, quod dicitur: effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalẽ ſpiritum gratiæ: intelligendum eſt, eſſe dictum in perſona Dei. Quod 560
autem ſequitur. ſ. Aſpicient ad me, quem confixerũt; neceſſario eſt ĩtelligendum de Chriſto, inquantũ homo: quem iudæi 561
clauis, atque lancea confixerunt. Et ſic patet ꝙ illa uerba non poſsint ſimul ſaluari niſi de aliquo infundente

dente gratiã. ſ. de
Deo, qui etiã fue-
rit cõfoſſus Quod
de nullo alio po-
teſt ĩtelligi niſi de
Chriſto, qui inquã
tum Deus infun-
dit gratiam, & in-
quantum hõ con-
fixus eſt. De quo
562 ipſe, ꝑ Dauid. Pſ.
21. lamentabatur,
dicens: Foderunt
manus meas, &c.
& Mat. 27. & Ioã.
19. De huius ſentẽ
tię declaratione vi
de Scrutin. Script.
diſt. 10. c. 8 S. Hie-
ron. Lyrã, & alios.
Fabian. c. 54. Fau-
ſtin. Taſſum. Ser.
13. vbi reſpondent
iudęorum cauilla
tionibus. S. Tho.
S. Aug. Valẽtia &
alij. Pſ. 21.
a In c. 13. itacto ab
auctore, ſunt uer-
ba clara de Chri-
563 ſto; In principio
enim capituli, di-
citur: In illa die
erit fons patẽs do
mui Dauid, & ha-
bitatoribus Hieru
ſalem, in ablutio-
nem peccatoris.
Quæ uerba, de Ba
ptiſmo intelligun
tur ſecũdũ Docto-
res, quos nos cita-
uimus in Candela
bro Aureo. 1. par.
tit. De Baptiſmo,
in principio.
¶ Itẽ, ſunt uer-
ba illa dicta Chri
564 ſto. ſ. quid ſunt pla
gæ iſtæ in medio
manuum tuarum?
Et, dicet: His plagatus ſum in domo eo rum, qui diligebãt me. Quæ uerba (vl-

difficilis gloſſæ, & intellectus, quòd poſt effuſionem gratiæ in domo Dauid, dicat Propheta: quòd inſpicient ad Deum, quẽ confixerunt, quia uerbum: ad me, non poteſt refferri niſi ad Deum? Gloſſa, ſi vales, aut ſenſum habes.[a]

Vnum non omitto, quòd in cap. ultimo iſtius Zachariæ Prophetæ, multos iudæos auertit à via veritatis, quia ibi uidetur textus, quòd feſtum Tabernaculorum debet fieri in Hieruſalem annuatim, quod minimè factum fuit, nec eſt, tempore Ieſu Chriſti. Dicunt illi: ergo nondum uenit Meſsias? Et etiã quod ſupra in hoc cap. dicit: Et erit in die illa, exibunt aquæ viuæ de Hieruſalem:[b] dicunt ipſi: Aquæ viuæ nondum exiuerunt, ergo nondum uenit Meſsias?

Or, ut ſæpe dixi, iſti Prophetæ omnes, ex ſua prima intentione eſt corrigere temporis ſui malos mores, & interſerere aduentum Meſsiæ, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Quaſi túc temporis eſſet morum perfectorum plenitudo: ita quòd omnia quæ uidentur temporalia, neceſſe eſt, ſecundum rectum intellectũ, intelligi ſpiritualiter, quia nulla temporalia, reſpectu illius aduentus, pariunt felicitatem; etiamſi quilibet noſtrum eſſet Rex, aut Papa, centum annis uitæ ſuæ.[c] Sic, ꝙ iſtæ aquæ viuæ,

tra alios) explicat S. Tho. in Pſ. 21. in princ. & Fabianus Fiog c. 54. & alij.

¶ Item, ſunt etiã illa uerba: Percute paſtorem, &c. Quæ uerba de ſe dicta ait Chriſt°. Mat. 26. & ibidem declarat Abulenſis, & omnes communiter, & S. Th. in Iſai. c. 53. lect. 9. & Hector Pint. in Tren. c. 4. uerſ. Spiritus oris noſtri.

¶ Item, ex uerbis illis: In die illa diſperdam nomina idolorum de terra, & non memorabũtur ultra, probãt clariſsime Doctores Meſsiã iam uenisse, uide Simancam, de Catholicis Inſtitut. tit. 31. nu. 1. Fabia. cap. 94.

b Multa notabilia habẽtur in hoc. c. vlt. de Meſsia, ac de eius ſecũdo ad iudicandum aduẽtu. vide aliqua per S. Tho. ſuper Iob. c. 9. lect. 2. & ſuper Pſal. 49. lect. 1. ubi etiã Iacob. de Valentia. & uide Arnald. Alber. in Rubr. de Hæret. in 6. q. 12. §. quo ad ſecundum, nu. 18. ad finem.

c Pro quo, libuit in medium adducere uerſus illos aureos. D. Bernardi, quos Sereniſsima Princeps, ac Duciſſa Parmæ in Italia (*cuius uita & mors*, omnibus Chri-
ſtianis



ſtianis exemplar mirabile fuit perfectionis, ut in eius uita typis mandata Bononię, anno 1578. patet) ad ſui ædificationem ſæpè legebat; qui tales ſunt:

¶ *Si mihi ſint vires, & prædia magna,*
*Quid inde?*
*Auri ſi ſpecies, Argenti maſſa,*
*Quid inde?*
*Si mihi ſint nati de Regia ſtirpe,*
*Quid inde?*
*Longus ſeruorũ mihi ſeruiat ordo,*
*Quid inde?*
*Si doceam ſocios in qualibet arte,*
*Quid inde?*
*Et rota fortunæ me tollat ad aſtra,*
*Quid inde?*
*Si felix annis regna uero mille,*
*Quid inde?*
*Tam cito prætereũt hæc omnia,*
*Quod nihil inde.*

*Seruiat ergo Deo quiſque, quoniã ſatis inde.*

Quæ aurea uerba digna cuicunque, merito, uidebũtur ut eſſent literis aureis ſcribenda, ac perpetuò corã oculis habenda, inceſſanterq; meditanda ac ruminanda.

a Feſtum Tabernaculorum erat ſeptimum feſtum iudæorum: Et celebrabatˉ 15. die Lunæ mẽſis ſeptimi, ut habetur Leuit. 23. & dicebatur Scenophegia, quæ ſonat, fixio Tabernaculorum. Et celebrabatur in memoriam illius beneficij, quo Dominus filios Iſrael 40. annis ſuſtentauit in deſerto, in Tabernaculis habitando. De cuius celebrationis duratione, cæremonijs, &c. Vide Lyran. in Leuit. cap. 565
23. Ioſephum, & S. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 4. ad 10. quos refert, & ſequitur Arnal. Alber. in Rubr. de Hæret. in 6. q. 12. §. quintus error, nu. 51. colum. 309.

b Vt habetˉ Matt. 21. Lucæ 19. Mar. 11. & Ioan. 2. c.

c Hũc Prophetã, aliqui Angelum; alij Eſdrã eſſe putarunt. Quia ulti-
mus

ſunt aquæ Baptiſmi, quę dant vitam æternam, quæ exiuerunt de Hieruſalem, cum Ieſus Chriſtus dixit: Ite, Baptizantes, & cæt. Matth. vlt. Et illud, quod de Tabernaculis, in fine capituli dicitur, credo dictũ in fine prophetiæ, ſecundum ueritatem, quia feſtum Tabernaculorũ uidebatur fieri debere, per Prophetam in ſpiritu melius quàm unquam fuerat factũ; ut habetur Neęmiæ 8. c. vbi dicitur, quòd à tempore Ioſuæ nunquam fuerũt facta talia Tabernacula, ſicut fuerunt facta in reditu de captiuitate Babylonica.[a] Et eſt credendum, ꝙ ex quo ſemel illud feſtum fuit optimè celebratum, ꝙ durante domo ſecũda annuatim optimè celebrabatur, adeò ꝙ quia illud erat tempus pluuiarũ, vt ad oculum patet, quia eſt in menſe Septembris, quo tempore multum valent pluuiæ pro ſerẽdo pro anno futuro, ideò dicit Propheta, ꝙ illi qui non uenerint ad Templum, non habebunt pluuiam. Et, rogo te iudæe, leui argumento non recedas à uia ueritatis, quia certè iſte eſt intellectus clarus huius prophetię.

Et, aduerte finalia uerba illius Prophetiæ, quòd 566
non erit mercator in domo Domini, quæ fuit cõpleta in tempore Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eiecit ementes, & vendentes de Templo.[b] In quo breuior ſum, quia mihi, iudæe, non crederes, ſed ego ueritatem dico.

*Seq. Propheta Malachias.*[c]

IN hoc Propheta, in cap. 1. ſingulariter cõmen- 567
datur caſſatio, & remotio ſacrificiorum, car-
nium,

mus eſt Propheta-
rum, & ut Ange-
lus, Chriſti oſten-
debat aduẽtũ pro-
ximum. De cuius
origine, uita, mor-
te, ac prophetia, ui
de S.Hieron. Ori-
genem, D. Auguſt.
Epiphan. & alios,
quos refert, & ſe-
quit̃ Oeconomia
Bibliorum, lib.2.
tit. de hoc Prophe
ta. Sixtus Senenſ.
in Bibliot. ſancta,
li.1.§. Malachias.

a Quam auctori-
tatem intelligunt
de Sacroſancto Eu
chariſtię Sacramẽ
to, Theodor. hic,
Irænæus lib.4.con
tra Valentinũ. Iu-
ſtinus Martyr, in
Dialogo cum Tri
phone. Cyprianus
contra iudæos, Eu
ſebius Cæſarien.
lib.1.Euangel.de-
monſtrat. S. Hier.
hic, S.Ioan.Dama
ſc.lib.4.de fide Or
thodoxa, quos re-
fert, & ſequit̃ He-
ctor Pint. in c.12.
Daniel.uerſ. A tẽ-
pore, & Fauſt.Taſ
ſus Serm.12.Fabia
nus Fiogh.c.67.

b Vt habetur Ge-
neſ.c.14. his uer-
bis: Melchiſedech
Rex Salem, protu
lit panẽ, & uinũ,
568 erat enim ſacer-
dos Dei altiſsimi.
Quibus uerbis ſi-
gnificat, eum Deo
immolaſſe panem
& uinum. Patet
etiam, eos in erro-
re uerſari, qui aiũt

nium, & animalium; & exalta-
tio Sacrificij noſtri mundi, vide
licet, panis & uini; ibi: cum di-
cit: Non eſt mihi voluntas in
vobis, &c. Et ibi: Munus non
ſuſcipiam de manu veſtra: ab or
tu enim Solis, vſque ad occa-
ſum, magnum eſt nomen meum
in gentibus; & in omni loco ſan
ctificatur, & offertur mihi obla-
tio munda. [a] Non potuit noſtrũ
Sacrificium decorari pulchriori
nomine, quàm oblatio munda,
quæ eſt panis & uini, quæ fuit
pręnuntiata in Melchiſedech,
qui fuit Sacerdos Dei Altiſsi-
mi, [b] & eduxit panem, & vinũ,
& poſtea cõfirmata in Pſalmo:
Dixit Dominus Domino meo,
cum ibi dicitur, loquendo Meſ-
ſiæ: Tu es ſacerdos in æternum,
ſecundum ordinem Melchiſe-
dech. [c]

Et hoc eſt, quòd hic Prophe-
ta repetit deſignando hoc Sacri
ficium, in c.3. ibi: Et placebit Domino Sacrifi-
cium Iuda, & Hieruſalem, ſicut dies ſęculi, & ſicut
anni antiqui. Si enim Propheta de Sacrificijs ani
malium ſenſiſſet, dixiſſet: ſicut his Sacrificijs præ
ſentibus, quibus modò vtimur: quia certum eſt
quòd tempore Malachiæ, in domo ſecunda, fie-
bant Sacrificia animalium; ſed dixit; ſicut dies
ſæculi, & ſicut anni antiqui, ut ſe referret ad anti-
qua tempora Melchiſedech.

¶ Sequitur c.3. vbi manifeſtè Propheta (quia
568 erat ultimus Prophetarum, & nullus expectabatur
Propheta poſt eum, ante aduentum Meſsiæ) dicit
Ecce mitto Angelum meum, quod eſt intelligen-
dum de B. Ioanne Baptiſta, [d] qui fuit præcurſor,
& prænuntiator ante aduentum Meſsiæ, & præpa
rauit uiam ante Meſsiæ aduentum. Et ſubiungit:
ſtatim

Melchiſedech pa-
nem tũc nõ Deo,
ſed Abrahamo ob
tuliſſe. Ita Hector
Pintus in Danielẽ
1.uerſ. Hieruſalẽ,
& Fabianus Fiog.
c.67.& 81.

c Pſalmo 109. De
cuius uerſus expli
catione, & multi-
plici myſterio, ui-
de S.Auguſt. Ray-
ner. Titelman. &
alios, maximè in-
cognitum, & Iaco
bum Valentia ibi
dem.

d Qui Ioan. c.1.
declarauit myſte-
rium quod prædi-
xit Propheta hic
dicens: Præpara-
bit uiam ante fa-
ciem meam. Et ibi
reſpõdit: Ego uox
clamãtis in deſer-
to, dirigite uiam
Domini. Et Matt.
3. habẽtur eadem
uerba.

a Mira-



a Mirabilia cer-
tè uerba, quib. mi
rabilia tria myſte
ria probantur. Pri
mum, quòd Meſ-
ſias debebat veni-
re cito. Secũdum,
quôd Meſsias eſt
Deus. Tertium, ꝙ
iã Meſsias uenit,
Primum patet il-
lis uerbis, tergemi
natis: Ecce ego
mitto, quod ſigni-
ficat actionem prę
ſentem: Et ſtatim
ueniet, quod uide
tur illam actionẽ
accelerare. Et il-
lud, Ecce uenit,
quod iam in prõ-
ptu eſſe ſignificat:
quaſi dicat: iam fa
cit iter, uel iã pro-
pè eſt in ianuis. Se
cundum, quòd ſit
Deus, patet per il-
la uerba: Veniet
ad templum ſuũ.
Quia ſi Meſsias
nõ eſſet Deus, mi-
nimè dixiſſet Pro-
pheta: Ad templũ
ſuum, cum uerè,
& realiter templũ
ſit Dei, & non ho-
minum. Tertium
oſtendit clarè, ſci
licet Meſsiã iã ve-
niſſe, cum dicat, ꝙ
erat uẽturus in Tẽ
plum, ante quam
deſtrueretur, & cũ
eſſet in ſuo eſſe.
Sed templum iam
non eſt, cum fluxe
rint 1540. à ſui de
ſtructione, anni, &
ultra. Ergo ſequi-
tur quòd iam præ-
terijt illud; ſtatim
veniet, & quòd iã
uenit uerus Meſ-

ſtatim ueniet, [a] ad Templũ ſuũ
dominator, quem uos quæritis,
& Angelus teſtamẽti, quem vos
vultis.

Nota iudæe perfide, qui ha- 569
bens oculos non vides verbum;
ſtatim, & verbum, ad Templum
ſuum. Primo, dic mihi, ſi erat ſta
tim, ſi modò poſt 1464. annos,
veniat Meſsias, quem tu expe-
ctas? Deinde, ſecundo, dic mi-
hi: Quomodo ueniet ad Tem-
plum ſuum, quod iam non eſt?
Pro certo, iſta eſt grauis cęcitas,
ꝙ Malachias vltimus Propheta-
rum dixerit, ſtatim veniet, pro
tam longo, & protracto tempo-
re; Et dixerit; Templum ſuum,
pro tẽplo nouo ædificando poſt
Templi deſtructionem, in quo
Malachias prophetauit. Quod, quàm uanum, &
inſipidum ſit, iudicet qui ſenſum habet.

¶ Sequitur cap.4. Et quod ibi dicitur: Memen 570
tote legis Moyſi ſerui mei, &c. Et quod ſequitur:
Ecce ego mittam uobis Eliam, &c. Iſta duo tur-
bant iudæos. Dicunt ipſi: Ecce confirmatam le-
gem Moyſi per vltimum Prophetam. Ecce ſecun-
do, quòd nõ venit Elias; ergo nec uenit Meſsias?
Or, audi iudæe, ad hoc ultimum de Elia, & dein-
de reſpondebo ad aliud. Et debes ſcire quòd iu-
dæi hanc quæſtionem, ſiue dubium mouerũt Do-
mino noſtro Ieſu Chriſto, videlicet, quòd Elias
debebat prius uenire quàm Meſsias. Et ipſe dixit
eis Matt. 11. & Marci 9. & Lucæ 1. quòd Beatus 571
Ioannes Baptiſta venerat in ſpiritu Eliæ, quia ſi-
cut Elias debebat in fine mundi conuertere cor-
da patrum ſuper filios: ita fecit Beatus Ioannes.
Vnde dicebat illis: ſi vultis, iſte eſt Elias. Ex qui-
bus uerbis Ieſu Chriſti potes notare, ꝙ ipſe non
uolebat eos ſcandalizare in opinione ſua, ꝙ Elias
deberet uenire ante aduentum Meſsiæ, ſed dice-
Z bat

ſias Dominus no-
ſter, quem illi ex-
pectabant, & iure
optimo quęrebãt,
& quem nunc illi
falsô expectant, &
nos uerum Deũ,
& hominem præ-
dicamus, adora-
mus, & cõfitemur.
Vide S.Hiero. Ly-
ran. & alios hic.
Fabian. Fioghium
latè, cap. 89. He-
ctor. Pint. in Dan.
c.14. uerſiculo. Di-
xitque Angelus S.
Tho. ſuper Hiere.
c.7. lect. 9. & in 3.
p.q.38 ar.1. & 2. ad
2. & in Iob cap.9.
lectu.2. Fauſtinus
Taſſ. Serm.15.

a Quæ

bat illis, ꝙ caperent Beatũ Ioan
nem pro Elia, licèt re vera, nõ eſt
de neceſsitate nec dictũ nec pro
phetatum, ꝙ Elias ante aduen-
tum deberet venire Meſsiæ: ſed
bene dẽt venire Elias ante diem
iudicij. Et ſic intelligit̃ iſta pro-
572 phetia. [a] Et reſponſum tibi iu-
dæe, quia Elias debet venire an-
te diem iudicij, non ante aduen
tum Meſsię. Et quòd hoc ſit ve-
rum, audi quid dicunt tui Rab-
bini in libro Erubin, in cap. Si
quem extraxerint gentes, in fol.
2. vbi clarè patet, quòd Rabbini
dicunt hæc verba; Et nunquid
credis tu, quòd ſi Elias non ue-
nit, quòd non ueniet Meſsias?
Hæc illi. quaſi dicat: quia etiam
ſi formaliter non veniat Elias, ta
men ueniet Meſsias. Tum etiã,
quia ibi fatentur Rabbini quòd
Elias uenerat iam ad magnum
Prętorium domus iudicij. Et ſic
573 iudæi cõfitentur ueniſſe Eliam,
in ſpiritu ante aduentum Meſ-
ſiæ, quod eſt qđ Chriſtus dixit.
Ad primum, vbi videtur tibi lex
Moyſi confirmata; Reſpondeo,
quòd illud eſt quo ad memoriã;
non quo ad obſeruantiam, vt pa
tet in uerbo: Mementote. [b] Et ſic, finis iſtius
Prophetæ, magnis facit pro fide Chriſti, quàm
contra.

¶ Diſcurriſſe ſatis mihi uideor illas prophe-
tias, quæ obtrudere poſſunt dentes iudæi proter-
ui, & iuuare mentem cuiuſlibet rectè credentis, &
diſputantis contra iudæum, & ſic iudęum uiciſſe,
ſi oculos mentis aperire velit. [c]

574 ¶ Nemo autem opinetur me in hoc opuſculo
auctoritates Hebræorum, aut Sarracenorum, aut
(vt

a Quæ uerè, & rea liter clariſſimè loquitur de die vltimi iudicij vniuerſalis, ut patet in multis uerbis, quę ad nullum alium diem poſſunt applicari, vt in principio ibi: Dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, & erũt omnes ſuperbi, & omnes faciẽtes impietatem ſtipula, &cæt. Quæ uerba dicta ſunt de peccatoribus dãnatis. De iuſtis autem dicitur inferius: Et oriet̃ uobis timentibus nomen meũ Sol iuſtitiæ, &c. Et quòd miſſio Eliæ intelligatur ante aduẽtum iudicij, patet ibi: Ecce ego mittã uobis Eliã Prophetam, anteq̃ ueniat dies Domini magnus, & horribilis. Nam dies primi aduentus iucundus, dulcis, deſideratus, & cũctis amabilis dicitur à Prophetis, & Sanctis. Dies autem iudicij amara ualdè, dies tenebrarũ & turbinis, dies calamitatis & miſeriæ, ac deniq; dies horribilis appellatur. Vnde patet Eliam ante talẽ diẽ eſſe venturum, ut patet clarè. Et ita declarant Doctores. Et uide Oeconomiã Bibliorũ, lib. 2. in fine Malachiæ. Sixtum Senenſ. in Biblio. Sãcta. lib. 7. in Hæreſi. 3. obiectione. 1.

b Vel ꝙ intelligatur de lege Decalogi à Chriſto cõfirmata, uel, de pceptis moralibus, quæ adhuc durãt, ut ſupra diximus, & dicetur infra.

c Et quamuis liber 4. Eſdræ inter Canonicos nõ cõputetur à Cõc. Trident. in principio Seſs. 4. Tamẽ, quia ab Eccleſia inter Sacros tolleratur, & legitur; ponam uerba illa clariſſima, quæ de Chriſto habentur, c. 7. eiuſdem libri, quę ſic ſe habent: Reuelabitur. n. (ait Deus) Filius meus Ieſus, cum his, qui cum eo ſunt, & iocundabuntur, qui relicti ſunt, &c. Et paulo poſt: Et erit poſt annos hos, & moriet̃ filius meus Chriſtus. Et multa alia uerba de iudicio habẽtur ibi. Quæ uide.

a Imò



(vt uerius dixerim) eorum dogmata, aut ſcriptu
ras, quæ ſunt extra Sacrum Canonem Bibliæ, in
medium deduxiſſe, vt adiumenta, aut probatio-
nes ſint noſtræ fidei Catholicæ: abſit à me hoc,
quoniam nec Sibyllinas uaticinationes de Chri- 575
ſto, quæ luce clarius de paſsione prædixerunt, per
anteriora ſæcula ducerem ad probandum noſtrã
fidem, etiamſi ab aduerſarijs concederentur;
quia cum non ſint dicta ab authenticis, nec ap-
probatis auctoritatibus; non ualent facere fi-
dem, licèt ueritatem dicant. [a] Sed valent mul-
tum ad conuincendum [b] aduerſarios, eoſque lu-
crandos; qui, quamdiu noſtri non ſunt, dabunt 576
eis fidem tanquam ſuis proprijs auctoribus, teſte
Auguſtino, in cap. Si quid veri. 37. diſtin. vbi ſic
inquit: Si quid veri de Deo, Sibylla, vel Orpheus,
alijve gentium uates, aut Philoſophi, dixiſſe
perhibentur; valet quidem aliquid, ad Pagano-
rum vanitatem reuincendam; non tamen ad iſto
rum auctoritatem complectendam. Quantum
enim diſtat de Chriſti aduentu, inter prædicatio-
nem Angelorum, & confeſsionem dæmonum,
tantum inter auctoritatem Prophetarum, & cu-
rioſitatem ſacrilegorum. Hæc Auguſtinus con-
tra Manicheos, vt patet in ſupra ſcriptis dicti De
creti. Quod decretum plenè examinat Inno-
cent. Papa in ſuo Commentario capituli. Cum
venerabilis, de exceptio. docens prædictam do-
ctrinam.

¶ Et quia iudæi, ex quibus ſalus eſt, [c] multa 577
habent ſcripta quæ ueritatem noſtræ fidei faten-
tur, & dicunt ab aperto; multa inſerui, & inſe-
ram, vt ſint eis renitentibus in opprobrium, &
nobis ad gloriam, vt dicamus: Et inimici noſtri
ſunt iudices. [d] Ipſi quidem iudæi, vltra libros
Talmud, habent libros vocatos ſermone Hebrai-
co; Cabala, [e] quod eſt dicere: Traditiones an-
tiquæ, ſiue ſcriptura, quę poſtea in ſcriptis, per
illos, quibus tradita ſunt, redacta reperiuntur, &
ad manus meas deuenerunt duo libri, unus uoca
tur: Portæ iuſtitiæ, alius portæ lucis. In quibus,

a Imò ueritas à quocunque dicatur audienda eſt; quia omnis ueritas à Deo eſt, vt ait S. Tho. 1. par. q 16. ar. 5. ad 3. & in lib. 1. ſentent. diſt. 19. q. 5. ar. fin. Secundo, quia ueritas amatur per ſe ipſam. S. Tho. 1. 21. q. 29. ar. 5. & 2 2. q. 15. ar. 1. ad 3. Tertio, quia ueritas ſæpius recenſita, magis ſplendeſcit in lucem, tex. in cap. graue. 35. queſt. 8. quarto, quia ueritas modis omnib. eſt quærẽda, ut in l. 1. C. de edendo.

b Quia loquens ueritatem, non poteſt uinci; quia veritas non uariatur ex differentia perſonarum, ut ait S. Tho. in Iob c. 31. lect. 2. in medio, litera C. Et libro 1. Eſdræ, c. 4. habentur mirabilia, inter quæ, hæc: Veritas magna eſt, & fortior præ omnibus.

c Vt habetur Ioãnis. c. 4.

d Deuteronomij. cap. 32.

e Rectius ſcribitur: Kabala, hoc eſt; Receptio. Eſt autem Kabala ſecretior diuinæ legis expoſitio, ex ore Dei à Moyſe recepta, & ex ore Moyſis à patribus, per continuas ſucceſſiones, nõ quidem

dem ſcripto, ſed uiua uoce ſuſcepta.

Nota pro horum intelligẽtia,
578 duplicem eſſe Kabalam, alteram ueram, alteram falſam. Vera, & pia eſt, quæ arcana ſacræ legis myſteria, iuxta anagogem elucidat. In cuius Kabalæ libris multa, ac ferè omnia conſona ſunt fidei noſtræ. Cuius auctoritas apud iudæos maxima eſt. Et hæc eſt Kabala, quam nunquam damnauit Eccleſia; imò multi Sancti eam allegarunt, & ci-
579 tarunt in ſuis libris, ut dicemus infra.

Falſa, atque impia Kabala, eſt ementitum quoddam iudaicæ traditionis genus, quod improbi quidam iudæi à Moy-
580 ſe & patribus, vſque ad ipſos emanaſſe dicunt, innumeris uanitatibus, ac falſitatibus refertum, nihil, aut parum à Necromantiæ arte diſtans. Et hanc damnat decretum Sanctæ Inquiſitionis Romanæ. Hæc collegi ex Sixto Senenſ. in Bibliotheca ſancta, lib. 2. litera E. uerſi. Eſdras, ubi ponit auctores, qui uera Kabala uſi ſunt.

apud iudæos, tractantur ſecreta Cœleſtia nominum Dei diuinorum, & proprietatum.

¶ Et, primo, inuenitur in dicto libro portæ iuſtitiæ, quædam traditio in hæc verba: Quod eſt quædam proprietas Dei, quæ vocatur finis. Et hoc eſt quod dicitur Iſaiæ: Et erit in fine dierum depoſitus mons Domini in capite montium, quod intellige cum ſuprema intelligentia, & in fine totius illius prophetiæ ſcribitur, quia de Sion exibit lex, & hoc eſt finale fundamentum redemptionis, & ſpei iſraelis, quia Diuinitas eſt ſemper cum Populo Iſrael, ſiue intra terram Sanctam, ſiue extra. Hæc ibi ad literam.[a]

Habes ex hac traditione, quòd finis, qui eſt Deus, eſt fundamentum noſtræ redemptionis, qui dabit legem, quæ erit fundamentum noſtræ redemptionis, & ſpei Iſraelis, ſiue in terra ſancta, ſiue extra, quaſi uelit, quòd non erit ſpes in terra ſancta, nec in lege antiqua; imò tempore redemptionis dabitur lex noua, per vniuerſum orbem.

¶ Item, in dicto libro, in uerbo: Arca fœderis,[b] dicit, quòd Regnum Ieroboam non reuertetur ad Populum Iſraelis, nec Regnum Samariæ, ſed tribus Iuda eſt ſecretum Sinagogæ Iſraelis, & Deus manebit in Hieruſalem, & tribu Iuda per manus Dauid. Hæc illi.

Vide quomodo iudæi expectantes redemptionem aliarum Tribuum, præter Iudam in aduentu Meſsiæ, etiam temporaliter falluntur, quia nunquam reuertentur ad regnandum, temporaliter cum Iuda, ſed in Tribu Iuda virtute Regis Dauid, erit totum regnum Iſrael, ſicut, re vera fuit, in aduentu Chriſti, & iudæ ſpiritualiter, Regnum dilatatum eſt ad totum mundum,

a Quæ omnia fuerunt ſupra in diuerſis Prophetis, tacta, & explicata.

b Qualiter Chriſtus ſit Arca fœderis, in quo decies, & ultra inuenitur Manna, Virga, & Tabulæ, uide in libro de Genealogia Ieſu Chriſti, c. 15.



dum,[a] qui ſub dicto Rege intrare,[b] & eſſe voluerit.

¶ Ibidem, ſub dicto verbo, dicit; ꝙ ſpiritus ſuperiores, & cœleſtes coniunguntur inferioribus,[c] & inuicem vniuntur, & tunc eſt Deus vnus, in ſæculo ſuo. Hæc ibi. Vide, quomodo antiqui iudæi tendebant ad incarnationem Verbi, licèt indiſciplinatè.

¶ Ibidẽ ſub dicto verbo, qđ ſcribitur, quia Deus Zelotes in medio tui; ideſt, propriè in medio tui, ſeu intra te. Hæc ibi. Ecce quomodo ſentiunt incarnationem; licèt indiſciplinatis verbis loquantur.[d]

¶ In dicto libro, in verbo: vocatur bonum; dicitur ibi; quòd quando virtutes ſuperiores coniunguntur inferioribus, omnia ſunt bona. Et qui intelligit illud ſecretum, intelligit id, quod ſcribitur, non eſt bonum, quòd homo ſit ſolus. Hæc ibi: Ecce quomodo ſentit Diuinam incarnationem in homine, quia non eſt bonum, quòd homo ſit ſolus abſque diuina coniunctione.

¶ Item, in dicto libro, ſuper uerbo: ſuper manu tua; niſi fuiſſet oblatio Iſaac, nemo uiuentium poſſet obtinere petitionem ſuam à Deo, tantus eſſet in Deo rigor iuſtitiæ contra proprietatem miſericordiæ.[e] Hæc illi. Audi iudæe, quomodo tui credidere in ſpiritu reuelationis, ꝙ propter oblationem ſacrificij Iſaac, quod non fuit conſummatum, miſericordia Dei inclinatur contra rigorem iuſti-

a Iam declarauimus. ſup. cùm egimus de Apoſtolorum per totum orbem prædicatione.

b Id eſt, ſub Chriſti, ac Catholicæ vexillo militiæ voluerit militare.

c Quod poteſt verificari de vnione illa excellentiſſima, qua Verbum caro factum eſt. Ioan. cap. 1. De qua ineffabili vnione, ac hipoſtaſi tractant latiſſimè Doctores, maxime. S. Thom. 3. par. Et, vt multa digniſſima poſſis de hac materia uidere, vide tabulam generalem operum. S. Tho. verbo; vnio, & uerbo: Chriſtus. & Magiſt. ſenten. & ibid. Doctores. in 3. libro per totum.

d Optimè dicit Auctor hic, quòd ſentiunt, & quòd indiſciplinatè loquuntur: quia Iudæi, non omnia quæ de Verbi Incarnatione intelligunt, modo aliquo manifeſtant: vt clarè ait Scrutinium ſcripturarum libro ſecundo diſtinct. prima, capit. ſecundo in hæc uerba: Antiqui Magiſtri Hebræorum, hac ratione prohibebant

ne certos paſſus, ſeu capitula Sa-
cræ Scripturæ ab 581
eis deſignatos, in quibus magna myſteria fidei, etiam ſecundum eos, cõtinentur, pluribus exponere, nec publicè prædicare. Vnde in propoſito, quia argumentationes tuæ (loquitur Magi-
ſter cùm diſcipu- 582
lo) propriè reſpiciunt ad modum benedictæ unionis Verbi Diuini cum natura humana in Chriſto, quæ ſumma, & ineffabilis eſt, idcir-
co, &c. 583
Hæc ille. Hac forſitã de cauſa hic, & inf. nu. 583. iſti Rabbini ſic obſcurè loquebãtur de Domini Noſtri Ieſu Chriſti Incarnatione.

e Nota, quàm ꝑpriè prædixere illud, quod de Deo, Catholica cantat Eccleſia. ſ. Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper,
& parere. &c. qđ 584
etiam in multis alijs reperitur orationibus.

a Chri-

iuſtitiæ, vt exaudiantur petitio
nes ſupplicantium Deo: Quid
dẽt fieri de vero Sacrificio Meſ-
ſiæ, quando illa, quę fiebant in fi
gura ſacrificij, & nõ in veritate,
inclinant diuinã miſericordiã?
Et vide, ꝙ Deus ex tali oblatio-
ne ſacrificij, propter obedientiã
ſacrificij placat̃, vt ſit nobis mi-
ſericors. Iſtud, tui deuoti iudęi,
ab antiquo crediderunt in obla
tione Iſaac.[a]

585 ¶ Item, in dicto libro, in uer-
bo: vocatur initium. Ex te enim
exiet Dux, q̃ regat populũ meũ
Iſrael, & egreſſus eius ab initio
à diebus æternitatis. initiũ eſt
Deus, qui eſt initium mundi.
Hæc ibi. Audi iudæe, quomodo
illa auctoritate, quæ de Meſſia
loquitur, quæ fuit Micheæ Pro-
phetæ, c. 5. & per oẽs iudæos, &
Doctores chriſtianos loquitur,
& declaratur de Meſſia, qũo de-
clarant, ꝙ egreſſus Meſſiæ eſt ab
initio, i. à Deo,[b] quia verbum;
initium quod in Hebræo eſt; q̃-
dem, dicit, ꝙ eſt Deus æternus.
Et ſic uanè tui moderni iudæi p̃
ſertim Rabbi Abraham Abena-
zara dicit, ꝙ illa prophetia Mi-
cheæ refertur ad tempus Regis
Dauid, vnde ortum habuit Meſſias, quia de tali
tempore nõ diceret; à diebus æternitatis: ſed ha
bet referri ad Deum, ut tui Doctores antiqui tra
diderunt.[c]

586 ¶ Item, in libro portæ lucis, inuenitur clarè, ꝙ
ex quo peccauit Adam, fuit illata ſpurcities ĩ eo,
quæ fuit fermentum[d] cæteris iuſtis, & bonis, qui
ex Adam[e] proceſſerunt. & dicunt, ꝙ illa ſpurci-
ties venit in omnes vſque ad Abraham incluſiuè.

Et

a Chriſtus, quẽ-admodum ĩ Abel fuit occiſus, in Abraham perſequutus; In Ioſeph uenditus; & in Moyſe exul factus; ita in Iſaac fuit immolatus. Ita oẽs Catholici declarant. Et nota, ꝙ filij, & filiæ noui teſtamenti, dicũtur liberi pertinentes ad Iſaac. ad Gala. 4. & Geneſ. 31. & tex. in c. Recurrat. 23. q. 6. Et vniuerſam hiſtoriã Iſaac vide apud Paul. Gryſal. uer. Iſaac.

b Et ita põt etiam dici: à Principio. ideſt à Patre, vt intelligitur etiam illud Io. 1. In principio erat Verbum. Quod principiũ. ſ. Pater dicit. Pſ. 44. Eructauit cor meũ verbum bonum. i. Filium.

c Quia, quamuis Deus ſit æternus à parte ante, & a parte poſt. i. ꝙ nõ habuit principiũ, nec habebit finẽ: Dauid tamen, & omnes Adæ filij principiũ habuerunt in creatione, & ideo non fuerũt æterni à parte ante, licèt animę omnes ſemp̃, & poſt diem Iudicij corpora ſemper, & in æternum viuent. Et ſic omnes ſumus, & erimus æterni à parte poſt. Concluſio eſt Catholica apud Catholicos.

d Optimè originale peccatum fermentum appellat. Quia, quemadmodum, vt 1. Cor. c. 5. habetur, modicum fermenti totam maſſam corrumpit, ſic corrupto primo noſtro parente Adamo, p̃ peccatum; tota generis humani maſſa corrupta remãſit. Nam ſicut ex lutulento, turbido, & perturbato puteo quicquid exit, turbulentum & impurum eſt; ſic ex deprauato, & corrupto noſtro primo parẽte, q̃d poteſt exire niſi impurum, & ſordidum? Filij de immundo concepti ſemine, quomodo mundi erunt?

e Chriſto Saluatore noſtro excepto, qui nõ ex uirili ſemine, ſed Spiritus Sancti uirtute fuit conceptus, vt Catholica ĩ omnib, Symbolis ca

nit



Et quod dicta ſpurcities ceſſauit in Iacob.
Or, attende lector, quomodo apud antiquos
iudæos fundamentum noſtræ fidei, quod eſt, in
Adam omnes moriuntur, ut ait Apoſtolus. 2. ad 587
Corin. 15. iudæi antiqui id ex fide credebant, &
traditionibus ſecretis inuicem ſibi communica-
bant. Hoc idem inuenies in libro portæ iuſtitiæ
ad finem libri, licèt non ita clarè: ſed tamen loq̃-
tur de illa ſpurcitia Adæ, quæ fuit contracta ratio
ne peccati, licèt non dicat ita clarè, quia eſſet trã
ſitoria ad hæredes, ſicut eſt in dicto libro portæ
lucis. Quod tamen dicitur, quod ſpurcities in 588
Iacob ceſſauit; nulla auctoritate neceſſaria pro-
bant; nec eſt eis credendum, nec ex teſtimonio
Sacræ Scripturæ probatur, quod præualuerit Ia-
cob Abrahæ; imò è contra multis probari poteſt
auctoritatibus, quod Abrahã fuit dilectus Dei,
& excellentior ipſo Iacob.[a] Et, ſi Abraham com-
prehendit dicta ſpurcitia; multò magis Iacob, &
alios poſteros; præſertim cùm Iacob diligatur à 589
Deo propter Abraham, dilectum Dei, vt ſcribitur
Iſaiæ. 41. ibi: & tu Iſrael ſeruus meus Iacob, quem
elegi ſemen Abrahæ amici mei. Confundantur
iudæi, & conuincantur, igitur ſuis codicibus, &
traditionibus antiquis, quod peccatum Adæ trã-
ſiuit ad poſteros, quantumlibet iuſtos; quod eſt
dequo mirantur iudæi, & eſt noſtræ fidei funda-
mentum.

¶ Item, inueni, in quibuſdam recollectis Ma- 590
giſtri Moyſi Gerundenſis, qui fuit iudæus multũ
inuolutus in his traditionibus, & ſecretis nomi-
num diuinorum, hæc uerba: quod Deus ſanctus, & benedictus,
vnitur ſuis uirtutibus ab eo creatis, & ab eo deriuatis, & ſepa-
ratis.

¶ Item ibidem dicit, quòd Deus benedictus unitur quatuor uir 591
tutibus, quæ ſunt in cœlo ſupra elementa, ſicut anima unitur cor-
pori humano, & excellit cum eis in infinitum, ita quòd non eſt
terminus excellentiæ Dei. Hæc ibi. Modò, attende lector, quia
quamplures fatui iudæi retrocedunt, nequeuntes credere unionẽ,
& hypoſtaſim diuinæ Maieſtatis in homine Chriſto; quæ non po-
teſt dici melius, humanitus loquendo, niſi, quod ſicut anima ra-

tio-

nit Eccleſia; & ſacratiſſima ei⁹ matre, virgineq; puriſſima, quæ quãuis ex uirili fuit concepta ſemine, à ſeminis cõtagio. i. a peccati originalis labe fuit mirabiliter præſeruata, & immunis, ut ſup. dictum eſt, in diuerſis locis huius noſtræ additionis.

a De excellentia, præeminentia ac laude Abrahæ ſuper omnes alios sãctos Patriarchas atque de eius infinitis ferè laudibus ac uirtutibus: uide librũ. de Genealogia Ieſu Xp̃i decade. 1. c. 7. 8. 9. & alijs ſequentib. & S. Th. 2. 2. q. 152 ar. 4 & q. 186. a. 4. & in lib. 3. cont. Gent. ca. 137. & in 3. p. q. 31. ar. 2. & vide Pau. Gryſal. in lib. Deciſ. Catholicæ. uerbo, Abrahã. & multa apud Doctores.

a Et

tionalis,& corpus humanum,faciunt unum corpus,i.vnum hominem rationalem ; ita Deus,& homo faciunt vnum Chriſtum, ſiue hominem, & Deum, per veram vnionem ; non per conuerſionem unius naturæ in alterã, ſicut dicimus in Symbolo;Quicunque vult, [a] quod hic iudęus credit de illis quatuor virtutib. creatis, quas dicit eſſe in cœlo, quæ ſunt illa quatuor animalia, de quibus Ezechiel.1. [b] quod, licèt non ſit verum id,quod dicit de tali unione, quia nullibi in Sacra Scriptura de tali vnione legitur, imò ſunt miniſtratorij ſpiritus, vt dicit Apoſt. ad Hebr, 1, c. Tamen confunditur ſuo ore, vt credat, aut credere poſsit, & debeat unionẽ Meſsiæ ad Deũ ; & Dei ad ipſum Meſsiã ; de qua in ſcriptura varijs in locis ſcribitur, & affirmatur, Scribitur enim in Pſal. ſecundo. Ego hodie genui te. Qui Pſalmus loquitur de Meſsia, qui erat futurus homo; & Deus dicit de ipſo : ego hodie genui te. Ergo neceſſe habet eſſe in eo unio diuina ad humanam naturam. Dicitur Micheæ: & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis, & loquitur de homine Meſsia; ergo neceſſario eſt intelligenda dicta unio.

Scribitur Hieremię. 33. Et hoc eſt nomen, quod vocabunt eum: Dominus iuſtus noſter : & ly Dominus, ſcribitur in Hebræo in literis : Tetagrammaton; quæ non conueniunt niſi ſoli Deo creatori, Sic, quod neceſſariò Meſsias homo, debebat eſſe Deus; quod non poteſt fieri, niſi per vnionem hypoſtaticam, ideſt, vnum ſuppoſitum facientem, [c]

Item,

a Et vniuerſa ſacra tenent Concilia, & Communis Catholicorũ omnium Schola.
b Quam viſionẽ ſic ponit. D. Hier. in Procœmio Com
592 mentariorum . in Matth. Prima viſio habetur in Ezechiele in hæc verba. Et ĩ medio ſicut ſimilitudo quatuor animalium, & vultus eorum, facies hominis, & facies leonis,& facies uituli,& facies Aquilæ,&c.Quæ facies hominis Matth.
593 facies Leonis Marcum ; facies uituli Lucam ; facies Aquilæ Ioannem Euangeliſtam ſignificat, Mattheo facies hominis datur, quia quaſi de homine exorſus ẽ ſcribere dicens: liber generationis Ieſu Chriſti. &c.
Marco, Leonis facies tribuitur, qa in eo uox Leonis in eremo rugientis audit: Vox clamantis in deſetto; parate viam Domini. &c.
Lucæ uituli facies accommodatur, quia à Sacerdote Zacharia sũ
594 pſit initium.
Ioanni,merito, Aquilæ facies datur, quia quemadmodum Aquila alijs omnibus uolatilibus altius eleuatur,& uolat; ita Ioannes in principio ſui Euangelij, de Verbo Dei cæpit loqui. Hæc ex D.Hierony. ſup.

Appellantur ẽt quatuor Domini Noſtri Euangeliſtæ:Quadriga Domini. Ita ait D, Hiero, ad Paul.de Sac. libr.

Et figurantur ꝑ illos in lege celebres Moyſen, Aaronem,Nadab, & Abiud:D. Auguſt. Quæſt. ſuꝑ Exod. li.2.c. 102. Oeco. Biblior.li.3.tab.8. De hoc numero quaterno, qualiter quatuor etiã ſint Concilia generalia, & quatuor fidei ſymbola; quatuor Eccleſiæ Doctores: uide glo.in rubrica. de Sum. Trin. & fid.Cath.

c Et qualiter intelligenda ſit propoſitio illa, videlicet,Deum incarnari fuit neceſſariũ ; tradit S. Thom.in varijs locis,maximè in 3. par. queſ. 1.art.2.ubi late Caiet.& Barth. Medina, magiſter meus olim non pęnitendus. idem S. Tho. in 3.ſenten. diſtin. 4.quæſt.3. art.2.ad 2.& in 4.diſt.10.q. 1.art.3. & vide mirabilem diſcurſũ, quem facit Fabia. Fioghius.c.30.

Et, quia auctor hic tangit vnionis materiam ; Aduertas, quæſo, Incarnationem,animationem,& humanationem, in hoc cœleſti miſterio differre, ſecundum Guilliel.Scoti imitatorem. li.3. ſent. diſtin. 2. Incarnatio enim dicĩ reſpectu carnis aſsũptæ. Sic loquitur. D. Grego. carnem Deitas mediante animo ſuſcepit. Animatio uerò dicitur reſpectu animæ unitæ, ſicut ad Voluſianum dicit S. Auguſt. Animã rationalem, & ꝑ ipſam corpus humanum optauit ſibi. Humanatio verò eſt reſpectu aſſumpti hominis, vel uerius reſpectu aſſumptæ humanitatis. Vnde inquit Magiſt. in litera: Me ſuſcepit, ut totum me liberaret. Hæc tamen tria quandoque capiuntur pro ſola incarnatione, ſicut dicit Gloſſa ſuper illud Ioan. 1 Verbum caro factum eſt : per carnem totus homo intelligitur. Hæc in Lexicon. Theolog. uerbo: Incarnatio.



¶ Item, quod ſcribitur Daniel 7. Aſpiciebam ego in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli, quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum; & dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum. Et omnes populi, Tribus, & linguæ ipſi ſeruient: in Hebræo eſt; illum adorabũt. [a] Et ſequitur: poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur. Et regnum eius, quod non corrumpetur. Iſta prophetia, per omnes declaratur de Meſsia.

Quis ergo poterit eam intelligere, qui rectè ſentiat, ſine admixtione, ſiue vnione Diuinæ Maieſtatis, & humanæ naturæ? Ergo neceſſario habet credi vnio Diuinitatis in Meſsia.

¶ Item, Hieremiæ. capitulo 30. in fine, dici- 595
tur: &: erit dux eius ex eo; & Princeps de medio eius producetur; & applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim iſte eſt, qui applicet cor ſuum, uel appropinquet mihi, ait Dominus?

Et aduerte lector, quòd totum illud capitul. à principio vſque ad finem, loquitur de Meſsia filio Dauid. Quod apparet in illis uerbis poſitis in principio ibi: Et non dominabuntur ei amplius alieni; ſed ſeruient Domino Deo ſuo; & Dauid Regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. Ecce quàm manifeſtè loquitur de Meſsia. Et idem capitulum ſequens. 31. vbi loquitur de filijs Iſrael.

Et ibi: Fœmina circundabit virum. Et demum loquitur circa finem eiuſdem capituli de lege noua danda in aduentu Meſsiæ. ibi: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam, & cætera. Omnes iſti textus docent, quòd dicta duo capitula. triginta, & 31. loquuntur de

Meſsia filio Dauid.[a]

¶ Modò, reuertor ad finem.
30.c. ibi: & erit dux eius ex eo,
& cæt. quia iſtam auctoritatem
intellexerunt Talmudiſtę iudęi,
loqui de Rege Meſsia, vt in li-
bro Canhedrin. in c. vltimo, qđ
vocatur: Pereh helech, vbi alle-
gant eam intelligentes dictam
fuiſſe de Meſsia. Et ſemper ego
magnifici, & ſummè exiſtimo
in auctoritatibus veteris Teſta-
menti ad probandum Meſsiam
fore Deum incarnatum in car-
ne humana. Quod ſic apparet,
ꝙ Deus dicit: ꝙ dux, & prĩceps
populi Iſraelis erit ex eo, & de
medio, quaſi dicat; non erit de
alijs nationib. vel alienigena;
nec erit de tribubus externis, aut infimis populi
ipſius; ſed erit de medio populi, quia de tribu iu-
da, quæ erat in medio, ſeu de intimis populi Iſrae
lis. Et dicit Deus, ꝙ hunc principem applicabit
ſibi: & ille princeps accedet ad Deum. Demum
ſubdit: Quis enim iſte eſt, q applicet cor ſuũ, &c.
Et in Hebręo eſt: Quis enim iſte eſt tam audax in
corde ſuo, ut applicet mihi?[b] Quaſi uelit Deus,
ꝙ iſta unio hominis, & Dei, & applicationis ho-
minis ad Deum, eſt magnæ admirationis,[c] & au
daciæ reſpectu hominis, conſiderata dignitate
diuina. Quod eſt ſic dictum à Propheta, vt ma-
gnificetur, & extollatur beneficium, & gratia in-
carnationis Verbi diuini, erga homines. Quia
ſi de ſola ꝓphetia, quæ eſſet in Meſsia ad Deum,
dicta auctoritas loqueretur; non eſſet ita admira
bilis, nec noua iſta applicatio ad Deum, cùm mul
ti Prophetæ illam habuerint.

Pro certo lector, ſi animaduertis, pulchra & ma
gna auctoritas eſt habentibus intellectum in ſcri
pturis diuinis. Fige mentem ſuper hac applica-
tione Meſsiæ ad Deum, de qua Hieremias loqui
tur:

a Vt ſupra, ſuis lo
cis latè dictũ eſt,
596 in textu, & in no-
ſtris additionibus.
Et myſterium In-
carnationis figura
tur in multis Sa-
cræ ſcripturæ lo-
cis. maxime Gene.
2. ibi ipſa conte-
ret caput tuum. &
cap 28. in viſione
ſcalæ Iacob. & in
vellere Iedeonis,
& in Rubo Moy-
ſis, & multis alijs.
vide Iacobum de
Valentia in Can-
597 ticũ. Iſa. 12. ſ. Cõfi
tebor tibi Domi-
ne, quoniam ira-
tus es.
b De hac diuini
Verbi ieffabili v-
nione multæ ſunt
etiã (omiſſis Ca-
tholicorum) Rab-
binorum auctori-
tates, quas addu-
cit, & optimè de-
clarat Fauſtinus
Taſſus. Serm. 7. ma
ximè in lib. Sam-
hedrin. in ca. He-
lec, ſuper illud I-
ſaiæ. 23. & erit in
598 die illa, in obli-
uione eris ô Ty-
re, ſeptuaginta an
ni, ſicut dies Re-
gis vnius: litera
Hebræa ait: Et e-
rit in die illa, &
oblita erit Czor
ſeptuaginta annis
ſicut dies, uel die-
bus Regis vniti.
vbi ait Rabbi ille:
599 Hic eſt Rex Meſ-
ſias. vide alia mul
ta curioſa ex Rab
binis, ibidem.
c Eſt enim tã inef
fabile myſterium
vt omni etiam An
gelico intellectui
omnino fit abſcon
ditũ, & inſcrupta-
bile; in tantum ꝙ
in eius myſterij
conſideratione ip
ſa ſacratiſſima vir
go, quæ purior eſt
omni pura creatu
ra, dixerit; non du
bitatiuè, ſed admi
ratiuè: Quomodo
fiet iſtud, &c. ut
patet Lucæ. 1. O-
mitto infinita, &
mirabilia tradita
per Doctores, &
vide hodie, de
hoc myſterio Di-
dacũ Stellam. ſuꝑ
Lucam.

a Pa-



tur: & ſignanter attende ad fi-
nem capituli, ubi dicitur: in
nouiſsimo dierum intelliges
ea. Dic mihi, quæſo, de quo
fine dierum Propheta velit? Nõ
enim intelligendum eſt de fine
mundi,[a] quia tunc, cùm debeant homines ceſ-
ſare, non eſt expectandus Meſsias ad hominum
redemptionem temporalem, ſecundum mentẽ
iudæi: nec ſpiritualem, ſecundum veritatem fi-
dei Chriſtianę.

Quis ergo erit iſte finis dierum, in quo prędi 600
cta intelligantur? Non poteſt intelligi, niſi de
fine populi iudaici, cui Propheta Hieremias lo-
quebatur: quaſi uelit: in fine dierum populi He
breorum, quando non erit ille ſolus populus pe
culiaris Deo, ſed finem habebit ſua peculiaritas,
tunc intelligetis dictam incarnationem, & ap-
plicationem illius ducis, & principis ad Deum.
In quo fine omnes gentes congregabuntur ad
eum: & tunc erit finis populi iudęorum: & e-
rit principium populi Chriſtiani.[b] De quo di-
cit Pſalm. Scribantur hęc in generatione altera:
& populus qui creabitur laudabit Dominum,
Pſal. 101.

*Intentio Iudæorum de Meſſia per eos expe-
ctato, quæ validis rationibus
confutatur.*

ET quia poſt uictoriam iudęi, non ſolum ſuf- 601
ficit eum viciſſe, & ueritatem oſtendiſſe:
ſed etiam eius errorem, & fatuam expectatio-
nem detegere conuenit, & confutare, ut ip-
ſe, ex toto deriſus, & confuſus remaneat.[c]

Modò, ut melius intelligas iudęorum men-
tem, & finem diutius per eum expectatum de
Meſsia: & eius confutationem melius compre-
hendas: Attende lector, ad uerba, quę transfe-
ram tibi de Verbo ad Verbum, ex dictis Rabbi

a Patet clarè per auctoritates. ſup. allegatas, & declaratas, quibus habetur legem nouã eſſe dandam per Meſſiam. Ad qd ergo eſſet lex noua in die Iudicij? Et clarius patet in illa auctoritate Cantici Abacuch. cap. 3. uidelicet, in medio annorum notum facies, i. nõ ad principiũ, uel ad finem mundi, ſed in medio. Vbi Nota, ſecundum Iacob. de Valẽtia ibidem, ꝙ ibi medium, nõ ſumitur pro medio Geometrico; nec Arithmetico, ſed ſumitur pro medio excludente principium, & finem: ſicut dicimus, ꝙ quicquid eſt inter Bononiam, & Romam eſt in medio earum.

b In quo fuit adimpletum, quod ipſe Dominus dixerat Ioan. 12. cũ exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſũ.

c Exultat, & lætatur Auctor noſter hic, quemadmodum lætantur victores capta præda; quorum, non tantum eſt inimicos ſuperaſſe, atque uiciſſe, eorumq; urbes deuaſtaſſe; ſed poſt victoriam, ac deuaſtationem, inimicorum iniuſtitiam demonſtrare, ut glorioſior omnib. appareat, de inimicis triumphus.

a Re-



Moyſi

Moyſi Cordubenſis, & AEgy-
602 ptij, [a] qui fecit librum Hebraica lingua vocatum: Moræ; quẽ vidit Sanctus Thomas de Aquino, & Nicolaus de Lyra; quem ipſi vocant: directorium perplexorum. Qui Rabbi Moyſes eſt ductor iudæorum cęcorum; in quo omnes, vt plurimum, confidunt; tanquàm, quaſi in lege Moyſi. [b] Et anguſtiatus de fine aduentus Meſsiæ, ad quid eſſet eius expectatio, & ad quem finem, latè mentem ſuam iudęis declarauit; quam viua ra-
603 tione confutabo. Et dictus Rabbi Moyſes in quodam tractatu, vbi poſuit articulos fidei Moyſi iuxta mentem ſuã, per arbitriũ ſuum, inter dictos articulos, declarando quoddam capitulum, vocatũ Hebræa lingua; Perech helech, quod in primis in ſuo principio dicit: Omnis Iſraelita habet partem in gloria Paradiſi, vt infra videbis: quod eſt vltimum capitulum in Guemara, ſiue libro: Canhedrin; dixit dictus Rabbi: quòd unus de articulis dictæ fidei, eſt aduentus Meſsiæ: Et dicit in hęc verba.

604 Et dies Meſsiæ erit tempus, in quo reſtituetur Regnum populo Iſraelitico. Et congregabitur ipſe populus in terra Iſraelis.

Et inſurget eis Rex. Et erit Sion Domus Regni ſui. Et exaltabitur nomen eius. Et implebit extrema mundi pluſquam Rex Salomon. Et obedient ei omnes gentes: & ſeruient ei omnes ciuitates, & Prouintiæ, propter multitudinem iuſtitiæ ipſius, & multiplicationem miraculorum, quę fient per manus eius. Et omnes aduerſantes ei, tradet Deus in manu ſua, & dele-

bit

a Repugnare omnino videtur, ꝙ hic Rabbi Moyſes fuerit Cordubenſis, & AEgyptius. cùm Corduba inſignis ſit atque antiquiſſima Vrbs prouinciæ Bethicæ (Hiſpanè: Andalucia) in Hiſpania; & AEgypti regio multum ab Hiſpania diſtet. Niſi dicamus aliã Cordubam eſſe in AEgypto, quemadmodum Placentia, & Valentia, reperiuntur in Hiſpania, & etiam in Italia. Vel dicamus maiores ſuos originem ex AEgypto traxiſſe.

Dicitur Moyſes AEgyptius, ut diſtinguatur à Rabbi Moyſe Gerundenſi. Dicitur etiã Bethica, ab alijs Vandalia. Inde Vãdali.

b Prophetæ Dei, qui fuit Dux filiorum Iſrael, & docebat eos legem Dei ſeruare, eiuſque præcepta cuſtodire. Hic autẽ Moyſes Cordubẽſis filiorum Diaboli magiſter, & Capitaneus poteſt merito appellari in hac ſua doctrina; quamuis in multis alijs eius ſcriptis, ad aſtra vſque eum extollat (quod mihi nõ placet) Sixtus Senenſ. in Bibliothęca Sancta lib 4. in Cathalogo expoſitorum Hebræorum, nullam faciens mentionem huius ſuæ declarationis, quam Auctor noſter, merito quidem, reprehendit.

† Verba hui⁹ Rabbi Moyſis incipiũt ab hoc nu. 604. vſque ad nu. 615. excluſiuè, ut ibi patet: Et poſtea uſq; ad nu. 618.

Et Nota diligentiſſimè lector, quot mendacia, nugas, ac diabolica deliramenta dixerit ĩfelix hic Rabbi in quolibet uerbo huius ſuæ ſententię, quibuſdam ueritatibus exceptis, quę verè Chriſto poſſunt applicari.

a Al-



bit eos. Et omnes auctoritates Sacrę ſcripturę 605
ſunt teſtes ſtatus ipſius, & ſuę proſperitatis; & non alterabitur, nec mutabitur natura alicuius rei, de eo, quod modò eſt in nobis; excepto, quod Regnum reſtituetur Populo Iſraelis. Et hoc eſt, quod dicunt noſtri Sapientes: non eſt inter hunc mundum, ſiue ſęculum, & dies Meſſiæ differentia, niſi ſubiectio Regnorum dumtaxat. Et in diebus Meſsiæ erunt pauperes, & diuites per reſpectum eorum, qui erunt ditiores, ad illos, qui minus habebunt.

Et in illo tempore, prouiſio eſus, & potus e-
rit facilis hominibus multum, quia non erit la- 606
borandum, ſicut modò; imò abſque labore venient ad utilitates infinitas, ſicut dicunt noſtri Sapientes; quia futurum eſt, vt terra promiſsionis Iſraelis producat panes coctos, & ueſtes ſericas; & utilitas grandis, quæ erit in diebus Meſsię, erit in libertate, & quiete ſu-
biectionis Regni Romani peſsimi, & tyranni, 607
quæ iudęos turbat, in obſeruatione legis Moyſi, & perfectionis uirtutis dictę legis, & tunc multiplicabitur in Populo Iſraelis ſapientia, ſicut eſt ſcriptum Iſaię 11.c. Implebitur terra ſcientia Domini, ſicut Maris aquę operientis. Et ceſſabunt bella, ſicut ſcriptum eſt, & non leuabit gens cõtra gentem enſem, nec ultra docebuntur ad bellum. Et deueniet ille, qui per gratiã Dei uidebit illud tempus Meſsię, ad tantam perfectionem, ꝙ mere-
bitur coronam glorię Regni Cœlorũ. Et ille Meſ- 608
ſias, qui ueniet, morietur, & regnabit filius eius poſt eum, & filius filij ſui. Et, iam Propheta prophetizauit de morte Meſsię 42. Non erit triſtis, neq; turbulẽtus, donec ponat ĩ terra iudiciũ, &c. Et dictus Meſsias erit lõgęuus dierum, in Regno ſuo, & in tempore aduentus ſui homines erunt longę uitę multum, quia auferrentur triſtitia & langores uitę, & per rationem naturalem tunc ui-
ta eſt longior. Et non erit mirandum, ſi eius Re- 609
gnum duret duobus Millibus [a] annorum, quia ſapientes noſtri dixerunt, quòd ſocietas iuſtorum, debet multum durare. Et nõ ſunt

optati

a Alludit ad quãdam auctoritatẽ, quæ habetur in libro Sanhedrin, in cap. Helec, vbi ſic habetur: Sentẽtia ex domo Heliæ. Sex millia annorum mũdus; Duo millia inanitatis; Duo millia legis; Duomillia dierũ Meſſię. Multi Rabbini, quos refert, & ſequitur Fauſt. Taſſus, Serm. 17. dicunt; Duo millia annorũ tranſiſſe à creatione mundi, uſq; ad Abraham, quod tempus uocãt inanitatis. Itẽ, Duo millia annorum trãſiſſe ab Abraham vſque ad Meſſiã, quod tempus dicũt legis, & in fine horum quatuor millia annorum dicunt Meſſiam eſſe uenturũ: quod ita factũ eſt, ſecundum mirabilem annorũ computationem, quã facit Taſſus ſupra. Et, cũ ultima duo millia annorũ aſſignentur pro diebus Meſsiæ: patet Meſsiam iam ueniſſe: ac per conſequens falſam, & inanem eſſe iudęorum expectationẽ. Quod etiam probat multis auctoritatibus Fabianus Ficghius. c. 85.

a At-

optati dies Meſsię propter opulentiam victus, &
bonorum externorũ, nec vt equitemus in equis,
nec vt bibamus in Crateris Aureis, ſecundũ quod
putant fatui; ſed Prophetę, & iuſti homines deſi-
derarunt, & optarunt videre illos dies, propterea
quia erit ibi congregatio grãdis, & honorabilis,
& regimen bonũ, & ſcientia pulcherrima; & Rex
610 bonus, & iuſtus, & intelligẽs, & dilectus Deo ſuo,
ſecundum quod ſcriptum eſt; Dominus dixit ad
me: Filius meus es tu, &c. [a] Et erit in illo tempo-
re confirmatio legis Moyſi abſq; ſegnicie, & vio-
lentia, ſed ex puro amore, & bona & libera volun
tate, ſecundum quod nobis promiſſum eſt: Et nõ
docebit ultra vir proximum ſuum, & vir fratrem
ſuum, dicens: cognoſcite Dominum. Omnes .n.
cognoſcent me à minimo eorum, vſque ad maxi
mum. Hieremiæ, c. 31. Et ibi dicitur, & dabo legẽ
meam in viſceribus eorum. Et eſt ſcriptum Eze-
chielis 36. c. Et tollam cor lapideum de carne eo-
611 rum. Et multæ auctoritates ſimiles. [b] Et cum his
proſperitatibus conſequentur, qui erunt digni il-
lud tempus, videre gloriam Regni Cœlorum ex
vehementi gratia; quoniam finis aduentus Meſ-
ſiæ eſt Regnum Cœlorũ, & propter ipſum Regnũ
conſequendum eſt ſpes aduentus Meſsiæ. [c] Et pro
pterea iſte fidelis conſiderauit in virtute, quia vl-
timus, & verus finis finalis aduentus Meſsiæ eſt
iſte, & reliquit, & abiecit omnem alium finem, &
ideo dixit, quòd omnis Iſraelita habet partem
in Paradiſo, [d] ſiue in ſeculo futuro. Iſaiæ 60. in fi-
612 ne, ibi: Populus autem tuus iuſti in perpetuũ hæ-
reditabunt terram, &c. Et quamquã ille ſit finis,
non tamen debet ille, qui ſeruit ex caſto amore,
ſeruire propter Regnum Cœlorum conſequen-
dum, [e] ſicut iam alias declaraui, ſed debet omnis
fidelis ſeruire propter finem, quem tibi modo di
cam, & hoc eſt, quia debet conſiderare, quòd eſt
doctrina diuina, quę mittitur à Deo Prophetis,
videlicet, quòd uia bona, eſt talis, & mala, talis,
613 & poſtquam eſt homo iuſtus, & rectus debet eli-
gere bonam viam, & relinquere malam, & cum
hoc

a Attende, & conſidera Chriſtiane lector, quã clarè, ſecundum Catholicorum ſentẽtiã, iſte Rabbi intelligit Pſalmum hũc 2. loq. de Meſsia: Cui Pater omnipotens dixit: Filius meus es tu; Ego hodie genui te.

b Quas, ſupra, ſuis locis declarabimus.

c Nulli enim patebat aditus ad Regnum Cœlorum, quo ad vſque ſua morte Chriſt[us] portas reſerauit. Vide quam apertè iſte Rabbi fundamentum noſtræ confirmat fidei: dicens, inter tot falſa, veritates aliquas Catholicas.

d Dicit uerum, ſi cõuertantur, & legem accipiãt Meſſiæ, & in eius gratia, ex hoc mũdo, diſcendant; quia non eſt diſtinctio iudæi, & Græci. vt Apoſtolus ait, ad Roma. c. 3. alias. n. falſiſſimum, iniquum, & uniuerſę ſcripturæ Sacrę cõtrarium, dicit: ut omnes Catholici fatentur cũ D. Paulo dicente ad Hebr. cap. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.

e Tangit Chriſtianam perfectionẽ, quæ magis manifeſtatur, & oſtenditur, quando aliq[ui]s purè,



hoc fecerit, perſoluit ſibi ipſi de
bitum humanũ, & differt à bru-
tis, & cum homo duxerit uiam
perfectam, abſq; obice impediẽ
te eũ, ita quòd anima eius con-
firmetur in certa, & bona, ac ſci
ta & nota confirmatione; tunc
hic homo eſt aptus, ut ſit in glo
ria ęterna. Et hoc eſt quod dixit 614
Propheta: Nolite fieri ſicut e-
quus & mulus, quibus nõ eſt in
tellectus, &c. [a] vult dicere quia
illud quod reffręnat eos, ne ſint
rebelles, & inſoleſcant, eſt res ſe
parata ab eis, ſicut eſt fręnum:
quod non debet ſic eſſe in ho-
mine, quòd res aliqua externa
ſit, quæ eũ impediat, ne ſit Deo
obediens, quod eſt dicere, quòd
forma eius humana, cũ erit per
fecta illa, remouebit eum ab obi
cibus deuiantibus eum à perfe-
ctione, quæ uocantur talia impedimenta, opinio
nes ne deueniat ad felicitatem: & hoc eſt quod
mihi uiſum eſt, & in quo quieuit cor meum de
omni eo, quod alij loquuti ſunt in hoc negotio
tam magnifico, & tam excellentí de aduẽtu Meſ
ſiæ, & eius utilitate. Hæc ille Rabbi Moyſes in
dicto tractatu.

¶ Demum idem Rabbi Moyſes, numerando 615
articulos fidei Moyſi tredecim, iuxta arbitrium
mentis ſuæ, vt ſupra dixi, ponit duodecimum ar-
ticulum in hæc uerba: & articulus, ſiue fundamẽ
tum duodecimum eſt, dies Meſsiæ, & hoc eſt, q[uod]
neceſſe eſt credere, [b] & confidere, quòd Meſsias
ueniet, & non tardabit, & ſi tardat, expectandus:
nec conuenit eidem tachare, aut præfinire tẽpus:
nec debet quis ex auctoritatibus Sacræ ſcripturæ
arguere, aut inquirere diem aduentum eius, ut di
xerunt noſtri Sapientes, quòd crepare merentur
cogitationes opinantium finem, aut horam ad-
uentus

purè, propter amorem Dei benè operatur: omnino cuiuſcunq; præmij, vel retributionis oblitus. Nam uno ex quatuor modis maximè, poteſt q[ui]s ad bene operandũ moueri. Primo, propter pœnitentiam ſuorum peccatorum agẽdam. Qui finis bon[us] eſt. Secũdo, poteſt moueri ob Chriſti, uel Sanctorũ imitationem, vt. f. uolo ieiunare, quia Chriſtus ieiunauit; flagellis cædi, quia Chriſtus flagellat[us] fuit, &c. Qui finis primo eſt perfectior, Tertio. Quando quis operat principaliter, & primario, propter retributionẽ. Quarto, Quando purè, ut dictũ eſt, mouetur ob amorem Dei, qui finis omnibus eſt excellentior, ac perfectior. Et hũc finẽ, credo habuiſſe Dauid, primarium; quando Pſal. 118. in illa parte, quæ incipit: Quomodo dilexi, &c. dicebat: Inclinaui cor meum ad faciẽdas iuſtificatiões tuas, propter retributionem. id eſt, ſecundario, propter retributionem.

a Pſalmi 31. Quẽ uerſum, licèt ex Sanctorũ ſentẽtia exponat ſic Rayn. ſcilicet. Nolite fieri irrationales, ſicut equus indomitus & effrenis, & mulus piger & ſtolidus, in quibus nõ eſt ratio, aut intellectus, ad refrenãdum appetitus ſenſuales: Iacobus tamen de Valentia per equum mundum, per mulũ carnem uult intelligi, & in his duab. beſtijs, ĩquit, ſedere diabolum. Vbi numerat quæ mala homini ueniant ex his beſtijs.

b Verus & Catholicus eſt hic articulus, dictus ante aduentũ Domini noſtri Ieſu Chriſti: quia tunc ab omnibus

uentus Meſsiæ; ſed cōuenit expectare in eo magnitudinē ſtatus eius, & dilectionē Dei, & orare pro eo, ſecūdum quod dr̄ per omnes Prophetas, à Moyſe vſq; ad Malachiam Prophetam. Et, qui dubitat ī hoc, aut apud eū, reputatur hæreticus ī lege Moyſi, quæ ſpem de eo nobis dedit clarè in prophetia Balaam, & alibi in lege. Et de radice huius articuli eſt, ꝙ Populus Iſrael non habet Regē, niſi de ſemine Dauid, & de Salamone dumtaxat. Et qui denegat huiuſmodi genealogiam in Meſsia, reputatur hæreticus in lege, & in dictis Prophetarunt. Hæc ille Rabbi Moyſes in dicto tractatu.

Et in tractatu, quem idē Rabbi Moyſes facit de pœnitentia, in c. 9. & 10. addidit confirmando prædicta, textum Deuteronomij. c. 6. in fine ibi: Eritq; noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus omnia præcepta eius. In quibus verbis dicit promiſſam per legem Moyſi gloriam Cœleſtem. Et hoc idem ibi voluit Rabbi Abrahā Benazara dicens, quòd in illis uerbis tacitè, & quaſi per ſignum, Deus uoluit eis demonſtrare Cœleſtem gloriam.

Vide, q̄ debiliter gloriā Paradiſi iſti miſeri iudæi uenantur in lege Moyſi; licèt ipſe Rabbi Moyſes in libro ſuo Directorij perplexorum, in p. 3. c. 27. ad finem, ad probandum gloriam æternā promiſſam in lege Moyſi nitatur ex illis verbis, ibi: ut benè ſit nobis cunctis diebus uitæ noſtrę, ſicut eſt hodie. Vide, quàm miſere, ſibi ſpem falſam ponunt tanti pręcij, vt eſt vita æterna, & in uerbis aridis, quod infra, clarius deſtruam.

Or, [a] animaduerte lector, huius hominis verba, & mentē, quam recognoſcamus minutatim.

Vt

616 nibus Patribus in
ſinu Abrahæ ab
omnique humano
genere expectaba
tur, & deſiderabatur.
Sed dictus tēpore,
quò hic Rabbi claruit,
videlicet circa annū Do
mini Milleſimum
(ut dicit Sixtus Se
nenſ. in Bibliothe
ca ſancta, lib. 4. in
617 Catalago expoſitorum
Hebraicorum) falſus eſt, q̄a
iam uenit, & ſui
eum non receperunt,
ut ait Ioan. c.
1. Et, quòd iam ve
nerit, & per conſe
quens, Iudæorum
ſit falſa expectatio,
ultra ſupra dicta,
habetur in li-
618 bro Sanhedrin in
c. Chelech, quòd
Rabbi Elia dixerit
Rabbi Iudæ:
Mundus non dura
bit minus q̄ 85. Iubilæis.
Et in ultimo
iſtorum ueniet
Meſſias. Qui 85. Iubilæi
faciunt annos
4250. q̄a vniuſ
cuiuſq; Iubilæi tē
pus eſt annorum
619 quinquaginta. Et
cum iam tranſierint
dicti 4250. an
ni, & amplius 1590.
quos numeramus,
& cōputamus nūc
poſt Chriſti Domi
ni noſtri natiuitatem:
patet manife
ſte Iudæos infelices,
ac cęcos, in ua
nū expectare nunc
620 Meſſiam, quem in
finiti ferè ſuorum
maiorū, qui Apo-
ſtolorum, & ipſius
Meſſiæ prædicatione
conuerſi ſunt,
adorauerūt, & crediderunt,
ut patet
in Euangelijs, &
Apoſtolorum actibus.
Vide de hoc
expoſitores ſuper
Rabbinos, maxime
Fabianum Fioghium
(quem interpretem,
uel Petri Galatini cōpillatorem
eſſe dicūt
multi) cap. 86. ubi,
cōcludendo dicit;
omnes terminos ꝑ
Rabbinos aſſignatos
de Meſsiæ aduentu,
iam prætei
rijſſe, & eſſe adimpletos.

a Suprà, in principio huius tractatus dixi, me in admirationem uenisſe, quare, uel quomodo



Vt primū ſcias, quòd multi moderniores iudæorū generaliter adhærēt iſti, [a] ut expectatio meſſiæ ſit ex lege, & prophetis. Et dicunt, ꝙ finis eius eſt, vt populus reducatur ad Templum Hieruſalem, vt ibi fiant ſacrificia animaliū, & ſeruetur per oīa, & in omnib. lex Moyſi. Alij dicunt, ꝙ nō eſt articulus legis, & ꝙ ſiue ueniat, ſiue nō; non eſt curandū de Meſsia, niſi de lege Moyſi. Sed priores opiniones ſunt ueriores apud iudæos: & hæc vltima eſt hæretica, & cōtra mentē Talmudiſtarum, & ſequentiū eos, ꝑ auctoritates, & rōnes quas infra dicā. Sed reuertor ad Rabbi Moyſen. Et ſi bene relegis dicta ſua, hic homo, cum eſſet excellentis īgenij, ex vno falſo fundamēto, quod fecit in illis articulis fidei Moyſi, deuenit ad oīa falſa, quæ dixit; & eſt iſtud: ipſe enim credit, & ponit pro fundamento, ꝙ lex Moyſi eſt perpetuo duratura, [b] & ꝙ non poterat mutari in aliquo, imo in eius obſeruatione putat haberi vitā æternā. [c] Si hoc enim eſſet verum, tunc meſſias fruſtra expectaretur. Sed certum eſt, ꝙ debet expectari ſecūdum eum, ergo eius aduētus nō eſt, ut per eum habeatur vita æterna; quia ꝑ legem Moyſi, vt putat, habetur: ergo eſt neceſſe dicere, putat ipſe, ꝙ Meſsias veniat, ut facilius per legem Moyſi vita æterna habeatur, abſq; temporalibus impedimentis, propter potētiam ipſius regis Meſsiæ, & ſucceſſorē eius, qui, vt dicit, dabunt pacem, & quietem populo Iſraeli. Or, vide lector, quantum iſte Rabbi Moyſes dedixit

modo iſte noſter auctor Hiſpanus vſus ſit hac dictione Italica; Or, & ibi poſuimus declarationem; & omittimus ſic ſcriptum, ut fidelitatē ei, in omnibus ſeruemus, nec unum iota mutantes.

a Scilicet Moyſi, qui in hoc quòd dicit Meſſiam eſſe promiſſum in prophetis, & eſſe expectandum, Catholicè loquitur, & qui illi adhærent, ſi intelligant antequā uenerit, ut ſupr. dictum eſt. Si autem loquātur pro nūc, falſum dicunt, & contra noſtrā Catholicam fidem. cuius articulus primus, eorū, qui ad Chriſti humanitatē pertinent, eſt; ꝙ incarnatus eſt de Spiritu ſancto. Et ſecundus: ꝙ natus eſt ex Maria Virgine. Non indigent probatione.

b Quod eſt uerū quo ad moralia, & quo ad ueritatem, quam figurabant cæremonialia; nō autem aliter, ut ait S. Tho. 1. 2. q. 103. a. 3. ad 1. & lib. 4. contra Gent. cap. 57. Et quia iam alias de hoc diximus; uide multa curioſa, quæ tradit Arnald. Albertin. in rubr. de heret. lib. 6. q. 12. §. quartus error per totum. & Scrutiniū ſcripturarum. in diſtinctione. 8. per totam.

c Quòd lex Moſaica uitam æternam non promittebat,
nec præſtabat; patet Ezech.
20. Ego dedi eis
præcepta non bo-
na, & iudicia in 621
quibus non uiuēt.
Quæ uerba expo-
nens S. Thom. 1. 2.
q. 98. a. 1. ad 1. ait
quòd Dominus ibi
loquitur de præce
ptis cęremonialibus,
quæ dicuntur
non bona, quia
gratiam non conferebāt,
per quam
homines à pecca- 622
to mundarentur.
Vnde ſignanter dicit:
Et iudicia, in
quibus non uiuēt,
ideſt, per quæ uitam
gratiæ obtinere
non poſſunt. Et
ideo S. Pau. dicit
ad Galat. 2. Si enim
per legem iuſtitia;
ergo Chriſtus
gratis mortuus
eſt. De hoc diximus
aliqua. uide
S. Thom. ad Hebr.
c. 7. lectione. 3. & 623
Arnaldum Albertinum,
ſupra.

a Et



xit

xit iudæos in errorem. Et iſti impij iudæi ĩ circuitu ambulãt, nolentes uidere ueritatem.[a]

Primum quidem, quòd lex Moyſi non eſſet duratura, in aduentu Meſsiæ, probat textus prophetię Hieremię, quam ipſe ſupra allegat ad aſtruendum, quòd tempore Meſsiæ erit obſeruatio legis Moyſi ex puro amore, & bona, ac libera uoluntate, &c.[b]

Et hoc eſt, (dicit ipſe) quòd dicitur in dicta prophetia: Et non docebunt ultra uir proximum, & uir fratrem ſuum, &c. Et non aduertit hic iudæus, ad uerba anteriora ipſius prophetię, ubi dicitur; Ecce dies ueniunt dicit Dominus, & feriam Domui Iſrael, & Domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus ueſtris in die, qua appræhendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti; pactum, quod irritum fecerunt. Et ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus. Et hoc erit pactum, quod feriam cum Domo Iſrael, poſt dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in uiſcerib. eorum; & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Dominum, & ipſi erunt mihi in Populum, &c.

a Et ideo clariſſimum, & à nemine dubitatum eſt, quòd ſequentes ducem falſum & cęcum omnes in foueam cadent, ſecum ueriſſimam Domini ſententiam. Matth. 15.

b Has omnes auctoritates declarauimus iam ſupra in ſuis proprijs locis: ideo nunc nil addendum erit. Et pro maiori declaratiõe. uide S. Th. ſupra. & in illã auctoritatem Hiere. & Lyran. ibid. Sed nota, ꝙ contra dictas auctoritates, & alias, quę allegantur infra, uſq; ad nu. 634. poſſunt iudæi duo obijcere.
625 Primum, eſt; Si lex uetus fuit data per diuinam prouidentiam; cum illa ſit immutabilis, per conſequens nõ debuit mutari. Cũ ergo mutata ſit, nõ eſt data per diuinam prouidentiã. Et hoc eſt argumẽtum Manichei. Secundum eſt; Si lex Moyſi fuit reprobata, non eſt ex alio, niſi quia mala. Nam non reprobatur niſi malũ. Eſaiæ. 11. Vt ſciat reprobare malum. Illud autem mandatum non eſt malum. Roma. 7. Lex quidem ſancta, & mãdatum ſanctũ, & iuſtum, & bonum. Ad utrunque obiectum reſpondet S. Tho. ad Hebræ. 7. lect. 3. dicẽs quo ad primum, ſecundum Augu. contra Fauſt. ꝙ ſicut ſapiens diſpenſator una, & eadem diſpoſitione, & prouidentia, ſecundum diuerſitatem temporum & perſonarum dat alia, & alia pcepta, ſicut alia in hyeme, alia ęſtate: alia pueris, alia ſenib. alia pfectis, alia imperfectis: & tñ eſt eadẽ ꝓuidentia; Ita, diuina ꝓuidentia ĩmobili pmanẽre, mutata eſt lex pp mutationẽ temporum. Quia ante aduentum debuerũt dari præcepta; quę ſignificarent uenturum: ſed poſt aduentum, quæ ſignificent ueniſſe. Itẽ, data fuit illis lex, & data pręcepta ſicut pueris, ĩ nouo uerò, ſicut pfectis. Vñ, lex dr̃ pedagogus (Hiſpanicè honorificè, Ayo, Italicè p̃ op. pbriũ, pedante.) Vñ, ſi in lege dr̃ aliq.d, qđ ſonet in ppetuitatẽ, hoc eſt rõne figurati. ad id in c. nõ debet, de cõſ. & af. Ad 2. dicit, ꝙ dictũ mandatũ, nõ erat mãdatũ ẽm ſe, ſed ut incõueniẽs t pi. Nõ.n. ſeruãda sũt in nouo Sacerdotio, q̃ fuerant ĩ antiquo, Pſ. 29. Holocauſtũ & ꝓ peccato non poſtulaſti; tũc dixi: Ecce uenio. Quę oĩa adducit latè Arnal. Alb. in rub. de hær. 16. q. 12. §. quartus error. uerſ. quo ad ſecundum ad finem. nu. 16. col. 226.





626 Ecce, non habentibus ex affectata militia oculos obcęcatos, quomodo in diebus meſſiæ erit fœdus nouum, & non erit ſecundum quòd lex Moyſi, quæ data fuit in exitu Iſrael de Aegypto. Et Iſaias. 51. in principio ibi: Quia lex à me exiet, &c. Et dicunt Doctores tui, & Gloſſa Leuitici magna: Lex à me exiet, lex noua, & nouiter renouata. Quid plura? Lex Moyſi nullibi promittit in præmium obſeruationis eius vitam æternam, ſed bona temporalia. Et licèt impoſuerit pœnam mortis animę non ſeruantibus eam; tamen nullibi in præmium obſeruantiæ eius promiſit Gloriam ęternam.

627 Et eſt ſic in veritate, quòd non circuncidentibus præputium ſuum, & non ſeruantibus feſtum Paſchale, & ſimilia præcepta, erat in dicta pœna mortis animæ, quia propter tranſgreſsionem legis damnabantur, ſed non habebãt Gloriam propter obſeruantiam dictæ legis: ſicut contingit in præceptis Regum; ut puta, Si fiat pręceptum à Rege, quòd quicunque furtum fecerit, puniatur in tantum; non tamen, qui non facit furtum habet præmium; & etiam, in negatiua, ut qui non venerit ad concomitandum Regem puniatur; non tamen, qui uenerit præmiatur.

628 Et hoc optima ratione fulcitur; quia valde iniurioſum fuiſſet obſeruatoribus legis Moyſi, ut propter eius tranſgreſsionem eſſet clarè in dicta pœna mortis animæ per expreſſa uerba; & propter eius obſeruationem, non eſſent promiſſa, niſi bona temporalia per expreſſum. ut in pluribus locis illius legis apparet; & bona ſpiritualia, & gloria Paradiſi contingeret eius obſeruatoribus per conſequentiam, & per ſubintellectum, aut tacitè ut multi fatui iudęi ſibi falſa ſpe blandiuntur.
629 Sed verum eſt quod dicit Apoſto. quòd nihil ad perfectum adduxit lex. ad Hebręos. capitulo ſeptimo.[a]

Et hoc probat prophetia Iſaię. capitu. ſecundo.

a Vbi S. Thom. lectio. 3. dicit: Nihil enim ad perfectionem, nec ſcilicet iuſtitię, nec patriæ adduxit; unde erat imperfecta: ſed pfecta fuit per Chriſtum. Et ideo ibi. S. Paulus dicit, translato Sacerdotio: neceſſe eſt, ut legis trãslatio fiat. ut habetur in cap. translato. de conſtitut. Et ſic Sacerdotium Chriſti euacuauit Sacerdotium Leuiticum. 1. Corinth. cap. 13. ait Paulus: cùm venerit quod perfectum eſt; euacuabitur quod ex parte eſt. Nam proprius effectus legis, & Sacerdotij eſt, iuſtificare. Hoc autem lex nõ potuit facere. Roman. 8. Nam erat impoſſibile legi in quo infirmabatur ſecundum carnem. ad Galat. 4. Quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa; quibus denuò multis ſeruire? Itẽ, inutile dicit quod non ualet ad finẽ conſequendũ; hoc autem, non poteſt lex, quia non adducebat ad beatitudinem, quæ finis eſt hominis. Sed tamen ſuo tempore fuit utilis, inquantum diſponebat ad fidem. ad Hebræos vndecimo. iuxta fidem omnes defuncti ſunt, non acceptis repromiſſionibus.

Nota

in principio vbi dicit; quòd in nouiſsimis diebus
omnes gentes confluent ad Hieruſalem, & ad mõ
tem Sion, ut diſcant ire in vijs Dei Iacob. Et ſub-
iungit: quia de Sion exibit lex, & verbum domi-
ni de Hieruſalem. Quod factũ, & ſequutum fuit,
quando Chriſtus in Euangelio dixit Diſcipulis
ſuis: Et exeuntibus ab Hieroſolyma dixit eis: ite,
Baptizate omnes [a] gentes, &c.
630 Pur, [b] Tu iudæe, negare non potes, ꝙ de Siõ exi
bit lex; ergo de Sinai minimè: nec erit lex Moyſi,
quam ipſe tradidit populo Iſraeli, ſed lex Dei Ia-
cob. Lex enim Moyſi, licèt ſit diuina, uocatur ta-
men frequenter in ſacra Scriptura lex Moyſi, vt le
gitur Deuteron. 33. c. ibi: Legem præcepit nobis
Moyſes hæreditatem multitudinis Iacob. Et Neę
miæ. 8. c. ibi: Vt afferrent librum legis Moyſi, &c.
Quæ indubie ceſſabit aduenıente Meſsia: vt ha-
betur Hieremiæ. c. 3. ad finem: ibi: Non dicent vl-
tra: Arca teſtamenti Domini, nec aſcendet ſuper
cor; nec recordabuntur illius, nec viſitabitur, nec
fiet ultra, in tempore illo vocabũt Hieruſalem So
liũ domini, &c. Illa enim prophetia tota aſtruit,
& probat ceſſationem legis Moyſi.
631 Nec obſtat, ꝙ ipſe allegat textum Deuterono-
mij. 6. c. in fine: ibi: eritq; noſtri miſericors; quo-
niam cùm manifeſtè lex Moyſi dicat ibi: ꝙ ideo
facta eſt, & eius cæremoniæ, quia Deus eduxit po
pulum Iſrael de terra Aegypti, ut ibi clarè dicitur
ſi de iſta eductione non fiet mentio veniente Meſ
ſia, ſed de redemptione vniuerſaliori diuerſarum
Prouinciatum; ut dicit Hieremiæ. 16. & 23. c. Ergo neceſſario infer
tur, ꝙ illa miſericordia, ſi de vita æterna eſt, non erit propter edu-
ctionem ceſſaturam, aut quæ non erit in memoria, ut eſt eductio,
& redemptio Aegypti. Et ut ſcias, iſta dubitatio quomodo in lege
Moyſi, non eſt promiſsio vitæ æternæ, ſic pulſauit animos iudæo-
rum, ꝙ eos deduxit ad anguſtiam, & contriſtationem; adeo ꝙ an-
tiqui, de plano confeſsi ſunt, quòd in lege Moyſi non eſt talis pro
miſsio; ſed eam iuerunt venatum in Iſaia; vt patet in illo princi-
pio capituli: Helech, vbi ille Rabbi Talmudiſta, non inueniens au
ctoritatem in lege Moyſi, dixit: Omnis Iſraelita habet partem in
vita æterna; vt habetur Iſaiæ. 60.

a Nota ex hoc loco Matth. 28. quòd quamuis Sacramẽtum Baptiſmi fuit inſtitutum quando Chriſtus in Iordane fuit baptizatus, vt nos probauimus latè in Candelabro Aureo. 1. p. tit. de Baptiſmo. nu. 8. publicatum tamen fuit poſt Chriſti reſurrectionem, & data Diſcipulis hæc baptizandi forma. Mat. 28. ut notauimus. in dicto Cand. ſupra. nu. 9.

b Vtitur hic auctor noſter (ut ſolet) altera dictione Italica. ſ. Pur; quam, ratione ſupradicta immutatam relinquimus; addẽtes lingua Latina multipliciter interpretari. Aliquãdo enim, Pur, ſignificat; Nunc, Aliquando; Quomodocunque ſit. & alias cõplures habet, quas omittimus.

a Et

Ecce



Ecce qũo antiqui iudæi nõ inue
nerunt auctoritatẽ in lege Moy
ſi, aliàs allegaſſent eã; cũ eſſent
peritiores antiqui moderniori-
bus eorum. Moderniores aũt ſti
mulati verbis Apoſtoli, q̃ dicit:
Nihil ad ꝑfectũ adduxit lex: ad
Hebr. 7. & continuo opprobrio
diſputationũ fideliũ, quidã eo-
rũ dixerunt: veniet Meſsias, &
manifeſtabit. Iſti duo modernio
res, quos memini, q̃ſierunt illud
uerbũ: Eritq; noſtri miſericors,
ſup. allegatũ: qđ nullã ꝓbationẽ,
nec ẽt adminiculũ facit; vt dixi.
Or, Deſtructo validè hoc funda-
mẽto ꝑpetuitatis legis Moyſi, &
p̃mij ipſius in gloria ęterna, qđ decepit dictũ Rab
bi Moyſen; Redeamꝰ ad eũ, & aucupemꝰ ſyllabas
& verba eius, vt magis veritas eluceſcat; & ipſe
cõfundat cũ ſequacib. ſuis. Dicit Rabbi Moyſes,
ꝙ nõ erit differentia de ijs diebus, q̃bus ipſe expe
ctat Meſsiã ad dies aduentus eius, niſi liberatio
Populi Iſraelis à ſeruitute Regnorũ, qua reperien-
tur detẽti iudęi, tꝑe aduẽtus Meſsiæ, &c. [a] Dic mi 635
hi iudæe, q̃ſo; Si iſta erat expectatio ꝓphetarũ, &
iuſtorũ hoĩum, vt tu ducis: cur Dauid, Salomõ, &
cæteri Reges iudæorũ, cũ tã vehemẽti deſiderio,
ꝓ remedio tꝑali, vt magis q̃ete, & ſine turbatiõe
poſsẽt ſeruare legẽ Moyſi, ex qua putabãt, vt dicis
vitã ęternã hr̃e, ipſi optabãt videre Meſsiã? [b] Nõ-
ne illi reges poterãt legẽ Moyſi ĩ q̃ete ſeruare? Et 636
vt q̃d optabãt uidere Regẽ, eis tꝑaliter in Hieru-
ſalẽ ſuꝑiorẽ ſui ipſius Dauid, [c] & aliorũ Regũ ex-
pulſorẽ, & exiliatorẽ, q̃a regnũ nõ capit duos? Fa-
tua certè erat iſta p̃ſtolatio, & tã feruida deuotio
ipſius Dauid. ĩ ſuis Pſal. vt đſideraret videre regẽ
tꝑalẽ maiorẽ ſe, & ſui ipſiꝰ deiectorẽ, quantũcũq;
Rex Meſsias expectaret Sãctus, & bene inſtructus
ĩ lege Moyſi. [d] Deinde Patriarcha Iacob, & alij Pa 637
triarchæ, q̃ non ſaluabant ex lege Moyſi, q̃ nondũ
erat;

a Et ut uideas horum iudęorum falſitatem nota, quòd cauſa quare fuit antiquis Patribus tanta cupiditas, ac pium deſiderium ſepeliendi in terra promiſſionis; fuit hęc; quia reuelatũ fuit Abrahę, Iſaac, & Iacob, qualiter Chriſtus ibidẽ erat moriturus, & ſepeliendus, & reſurrecturus; ideò deſiderantes cum eo reſurgere, uoluerunt, cum uxorib. & filijs, ibidem ſepeliri. Ideo Ioſeph impoſuit filijs Iſrael, ut ſecum deferrent oſſa ſua in receſſu ſuo de Aegypto, & ſepellirẽt cum Patribus ſuis in terra promiſſa. ut patet Geneſ. ca. ſi. & probat Iacob. Valentia. in Pſ. 77.

b Imò contrarium debebant iudicare eſſe melius eis, & per conſequens deſiderare, vt nũquã ueniret; quia quando aliquis Rex, putat ab alio in Regno inquietari; ꝓcurat omnibus modis illum interficere, ac de medio tollere: queinadmodum procurauit facere Saul cũ Dauide. 1. Regum. 18 & Herodes cũ Domino noſtro Ieſu Chriſto. Mat. c. 2. & in profanis hiſtorijs plura ſimilia ſunt teſtimõia.

c Vt ipſe ait Pſal. 109. nominando Meſſiam Dominũ ſuum, dicẽs: Dixit Dominus Domino meo. i. Dixit dominus Pater Domino meo. i. Filio ſuo: ſede a dextris meis. ſecũdum omnes expoſitores cõmuniter. Et de quo dictum erat Pſ. 71. Et adorabunt eum omnes Reges terrę; omnes gentes ſeruient ei.

d Certè, quia ſalus & liberatio, quæ per Meſſiam expe-

erat,cur de Meſsia loquebantur,
& indubie auebant, & deſidera
bant eum videre? Sed quid deſi-
derabant? Certè rem miram, &
incredibilem, & humanæ natu-
tæ reformationem; videlicet, vi-
dere Deum, & hominem, Deum
æternum, & hominem perfe-
ctum ĩ vno ſuppoſito paſſurum,
& moriturum; vt ſacrificium a-
gni Paſchalis pro redemptione,
& expiatione peccatorum. [a] Et
iſta fuit deuota expectatio, &
ſpes omnium prophetarum. Et
vt adhoc credendum deuota cõ
templatio te moueat, imò indu
cat: contemplare, obſecro, quòd
de nullo vnquàm propheta, an-
te eius aduentum, nunquàm pro
phetę loquuti ſunt auentes, aut
deſiderantes eius aduentum, ni
ſi de ſolo Meſsia, de quo, ante e-
ius aduentum omnes loquuti
ſunt; adeò vt tui Doctores di-
cant: omnes prophetæ, non pro-
phetarunt, niſi pro diebus Meſ-
ſiæ. Et tu, paulo ante dixiſti:
quòd de Moyſe, vſque ad Mala-
chiam, omnes prophetæ de eius
aduentu, non ſolùm loquuti ſunt, ſed imò vehe-
menter cupiebant eius aduentum videre. [b] Si e-
nim purum hominem expectaſſent, aut deſideraſ
ſent prophetæ; quæ eſſe potuiſſet differentia de
alijs prophetis non deſideratis ante eorum ad-
uentum, ad eum tam deuotè, & cum tanta affe-
ctione crebrò, per omnes deſideratum, ſi ipſe Meſ
ſias, purus homo futurus erat? Sed certè deſide-
rabant rem nouam & miram, [c] ſcilicet, Deum, &
hominem, mundi redemptorem, propitiatorem,
& expiatorem peccatorum.

Deinde, contemplare, obſecro, quem prophe-
tarum,

expectabatur; eſſe
debebat ſpiritua-
lis, & non tempo-
ralis: & qua mediã
te nos liberaret à
peccato origina-
li, & alijs, & à dia-
bolica ſeruitute,
in qua propter pec
catum primorum
parentum genus
humanum incur-
rerat, & nos pre-
tioſiſſimo ſangui
ne ſuo redemptu-
rus erat, & ad cœ-
leſtem beatitudi-
ne amiſſam perdu
638 cturus, ut habetur.
Pſal. 71. Qui ab an
tiquis iudęorum,
& à D. Auguſtino.
S. Thom. Rayne-
rio, Iacobo de Va-
lentia, & alijs, to-
tus de Meſſia ex-
ponitur, ubi dicit:
Parcet pauperi, &
inopi, & animas
pauperum ſaluas
faciet. Ex uſuris &
antiquitate redĩmet
animas eorũ. Et in
Pſal. 129. (quem,
639 ultra alios opti-
mè declarat Va-
lentia, ibidem) ha
betur: Quia apud
Dominum miſe-
ricordia; & copio-
ſa apud eum re-
demptio. Et ipſe
redimet Iſrael, et-
cæt. Et Iſaiæ 45.
Iſrael ſaluatus eſt
in Domino ſalute
ęterna, non con-
fundemini. etcæt.
640 Quę quidem æter
nitas contrariatur
temporali. Et idẽ
Iſa. cap. 55. Et Ioel
2. Quia in monte

Sion erit ſaluatio,
& erit Sanctus ſci
licet, Meſſias. Et
Daniel. 7. Poteſtas
eius poteſtas ęter-
na, & alias aucto-
ritates, atque Rab
binorum dicta, ui
de apud Marquar
dum de Suſſanis.
in tractat. de iu-
deis. 3. p. cap. 1. nu.
63. per totum.

a Vt latê patet per
totum Iſaię diſcur
ſum, maximè in
capit. 53. & 54. ubi
Chriſti Domini
noſtri paſſio, &
mors ita ponitur,
quaſi ſi eſſet Euan
gelica hiſtoria iã
præterita. ut ibid.
notauimus.

b Quia (ut ait Io
an. 1.) erat Lux
uera, quæ illumi-
nat omnem homi
nem. Et cùm om-
nes eſſent umbris,
ac figurarum tene
bris inuoluti; Chri
ſti aduentum ſum
mopere deſidera-
bant.

c Vt eam tanquã
inau-



tarum, aut ſanctorum Regum
inſignitum, aut decoratum per
ſacras ſcripturas videris, aut vi-
dere, vel notare poſsis, ꝙ eſſet
futurus ferre ſup ſe hominũ pec
cata, & illa delere, ſicut de ſolo
Meſsia ſcriptũ eſt, in illa prophe
tia Iſa. 53. & Hier. 31. quod ſoli
Deo conuenit, & eſt propriũ mi
ſereri, & parcere?

Quare neceſſe eſt dicere, ꝙ 641
Meſsias eſſet Deꝰ, ſi peccata ha-
bebat delere, propitiari, & por-
tare, vt vtar verbis prophetę. Et
omnes conuenimus, ꝙ eſſet ho-
mo, quia filius Dauid. Ergo ne-
ceſſario eſt verum concludere,
ꝙ ſecundum mentem, & verba
prophetarũ debebat eſſe Deus,
& homo, qui deleret poteſtate
ſua diuina, peccata; & eſſet ho-
mo, qui ex ſacrificio corporis ſui, & morte ſua ip
ſa peccata deleret; & ſuper ſe portaret, ut verum
& ęternum ſacrificium prefiguratum in vnigeni-
to Iſaac filio Abrahę, [a] vt omnes prophetę, & ſi- 642
gnanter Iſaias, vbi ſupra, ſatis apertè propheta-
uit. Hieremias enim dicebat: ꝙ vocaretur, Ado-
nay, nomine Thetagrammaton, quod ſoli Deo
conuenit. Iſaias eum vocauit, patrem futuri ſęcu-
li. Dauid dixit: Ante Solem ynon, eſt nomẽ eius,
quod eſt dicere, ſecundum hebraicam, & veram
tranſlationem; ante Solem genitus, eſt nomen e-
ius. Daniel dixit: Et ecce cum nubibus cœli quaſi
filius hominis veniebat. Micheas verò: & egreſ-
ſus eius ab initio, à diebus æternitatis. Et loqui-
tur de Meſsia. Ezechiel ait: & ſeruus meus Dauid
Princeps eorum in ęternum. [b]

Omnes prophetæ ſciebãt eius humanitatẽ, qa 643
filius Dauid; videbãt eius diuinitatẽ in ſpeculo,
ſeu enigmate ꝓphetię: deſiderabãt & ꝑſtolabant
eius aduentũ; & ad qdꝫ vt ſaluaret animas, [c] ut tu
dicis:

inauditam a ſæcu-
lo omnes prophe-
tæ prędixerant. ut
ſuis locis dixi-
mus. Verè res mi
rabilis eſt, de qua
melius poteſt di-
ci illud quod de
Sanctis. ſcilicet,
quòd ſi Deus mi-
rabilis eſt in San-
ctis ſuis, mirabi-
lior in Sancto San
ctorum eius Filio.
Conſiderans Re-
gius Vates. Pſalm.
144. hanc mirabi-
lem uerbi incarna
tionem, eiuſque ę-
ternum Regnum;
dicebat: Regnum
tuũ, Regnum om-
nium ſęculorum,
&c. Et Pſalm. 88.
inducit Deum Pa
trem ita loquen-
tem; Aedificabo
in generatione &
generationem ſe-
dem tuam. Et quia
hæc erant admi-
randa, alloquitur
ſtatim ipſe Dauid
Chriſtum uentu-
rum, cuius regnũ
æternum fore præ
uidebat: Confite-
buntur cœli mira-
bilia tua Domine,
etcęt.

a Vt habetur Ge-
neſ. 22. figuratur
etiam in arcu il-
lo fœderis: in co-
lumna ignis: in
petra angulari: in
Serpente æneo: In
petra quam ſuppo
ſuit Iacob capiti
ſuo: In petra, qua
Dauid percuſſit
gigantem: in Iona
propheta, & mille

alijs, quibus ple-
næ ſunt ſacrę li-
terę.

b Quas omnes
prophetarum au-
ctoritate ſupra, in
ſuis proprijs locis
declarauimus.

c Quia Meſſias
debuit eſſe etiam
uerus homo, qui
genus humanum
redimeret aſſum-
pta natura huma-
na, ut animas ſal-
uaret; quia, cùm
in primo homine
totum genus hu-
manum pręuari-
catum ſit; par erat,
ut ſatisfactio fie-
ret per hominem
ſtante lege Dei,
quòd quiſque pu-
niri debet per quæ
peccauerit; & ſatiſ
factio

dicis; ſed non quomodo tu dicis. Tu enim, & ego in Meſsia conuenimus, in duobus: ſed in quolibet aliter, & aliter. Conuenimus enim primo: quia Meſsias debebat uenire ad dandam uitam ęternam. Sed tu dicis: ꝙ hoc contingere debebat per obſeruantiam legis Moyſi in quiete, & abſque turbulenta reuolutione Regnorum; Ego quidem, dico eum debuiſſe uenire ad dādum vitam æternam, per legem ſuam nouam inſerendam in uiſceribus noſtris: non per legem datā in exitu Iſrael de Aegypto, ut hæc probat prophetia Hieremiæ. 31. c. per te allegata, [a] quæ dat rationem diuerſitatis dictarum legum; quia illa Aegypti erat lex Domini ad ſeruos data; ut apparet in pœnis ſeruilib. ibi comminatis. Et hoc eſt quod ibi dicit: Et ego dominatus ſum eorum; quaſi uelit; illa lex tractabat eos ut ſeruos, ferula eos caſtigando: lex uerò noua, erit lex data amicabiliter, & cum gratia; ut dixit Saluator. Ioannis decimoquinto. Iam non dicam uos ſeruos, ſed amicos; & erat lex ad tollendum peccatum: ut ibi per expreſſum dicitur; Et peccati eorum non recordabor amplius. [b] Dic mihi, iudæe, ſi iſtæ leges Moyſi, notoriè non eſt lex temporalis; & lex Chriſti noſtri Meſsiæ ſpiritualis, & tota deletiua peccati? [c] Conuenimus, ſecundo in temporalitate Meſsię. Tu dicis, quòd debebat eſſe Potens Rex, &cęt. Et ego dico, quòd erat homo paſsibilis, Deo ſanctificandus pro peccatis expiandis, [d] ut dixit Iſaias in illa propheta:

factio ꝑ ęquiualés
644 faciéda eſt, ut in lege ueteri, animā ꝓ aīa, oculū ꝓ oculo: iō homo pro homine exponi debuit. Sed homo quidem cœleſtis, & innocens, innoxius à peccato, pro homine terreno, tranſgreſſore, & flagitioſo; ut non tantū ſumeretur debita pęna, ſed legitima redemptio fieret, à non obligato pro ſe. Item, cū purus homo hoc non poſſet, ex quo, Deo debebat per totū, quod in eo erat; & ſolꝰ Deus nihil debeat alteri, nec ſibi ipſi; ideò conue
645 niens fuit, Deū incarnari, ut Deus factus homo, pro homine ſatisfaceret. Vide de hoc, Marquar. de Suſſan. in trac. de iudęis. 3. p. c. 1. nu. 65. & meliꝰ Fab. Fioghiū. c. 30. quem omnino uide, ſi habes.

a Quam (ultra ea quæ in eius declaratiōe ſuo loco diximus) inuenies optime declaratā
646 apud Fauſtin. Taſ. ſerm. 4.

b Quę auctoritas, in eo quod dicit: Et peccati eorum; intelligitur princi
647 paliter, de originali peccato: ut latè ſupra in ſuo loco explicauimus.

c Clariſſimè patet per multa, quæ ſupra diximus in prophetarum additionibus.

d Nam, cùm eſſet Deus, cuius eſt terra, & plenitudo eius, Orbis terrarū, & uniuerſæ creaturæ; ut ſæpe dicitur in Pſalmis, & alijs Sacrę Scripturæ libris; exinaniuit ſe metipſum, formā ſerui accipiés, &c. Philippen. 2. ut ad impleretur, quod dixerant de eo ꝓphetæ. ſ. Ecce Rex tuus uenit &c. vt ſupra diximꝰ. Et tāta fuit eius uoluntaria humilitas, & abiectio: ut uoluerit in ſe impleri illud Sapientię. 2. Morte turpiſſima condemnemus eū: Quæ mors, turpior, & abiectior eſſe non poterat, quàm Crucis: cū ſcriptum ſit: Deut. 21. Maledictus, q pependit in ligno, quod gloſſans Apoſto. Galat. 3. ait: Factus eſt ꝓ nobis maledictū: ut nos de maledicto legis redimeret. Sed propter hoc Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, & cæt. ut habetur ad Phil. 2. De quo nomine: Ieſus (ultra mirabilia quæ dicunt Sancti antiqui, & alij Doctores) vide S. Thom. 3. par. quæſt. 37. & in 3. ſent. diſt. 18. & Marquard. de iudæis 3. par. cap. 1. nume. 52. & latius Fauſtinus Taſſus ſerm. 10. & hodie melius omnib. tractat quidam liber, qui, de nomine Ieſu, intitulatur, cópoſitus à quodam R.P. Societatis Ieſu, cuius nominis non recordor.



prophetia: Quis credidit auditui noſtro?

Scio, quòd ingenium tuum te coegit, ut crede 648
res Meſsiam ſpiritualem, quia ſi in ſola profana diſpoſitione potentiæ temporalis conſiſteret Barcozena, aut vnus Imperator Cyrus, aut Octauianus, vel Cæſar ſufficiebat ad redimendum Iſrael temporaliter, ſed quia errasti, credens quòd fides Moyſi ſufficiebat ad gloriam ęternam conſequen
dam; coactus es etiam errare, [a] quòd ille Meſ- 649
ſias eſſet potens Rex ad faciendum ſeruari legem Moyſi. Deinde, quale, & quod deſiderium fuit omnium Regum, Patriarcharum, & Prophetarum, uidere eius aduentum: ſi non habet prodeſſe, niſi uidentibus illum, ad effectum obſeruationis legis Moyſi, cum & ipſi deſiderantes bene poterant eam legem Moyſi ſeruare ſub Regibus potentibus, ſub quibus erant? Non ergo, ſecundum te, niſi inuoluas, cadebat deſiderium, aut affectio in bono prorſus alieno, & non ſuo; nec ad vtilitatem animæ deſiderantis ipſum Meſsiam videre. Quare, indubiè uanum, & mancum uidetur tale deſiderium fuiſſe Regum, Patriarcharum & Pro
phetarum. ¶ Dicis, deinde, quòd hic Meſsias, 650
quem tu expectas, habebit filium, & nepotem, & quòd uiuet diuturnis, & longæuis diebus in Regno ſuo, & quòd potus, veſtitus, & cibi prouiſio, & opulentia, erit in ſuis diebus magna, fertilis, & abundans, ac parta ſine labore: imò habebitur fertiliter, & leniter in magna quiete, & pace, & quòd ceſſabunt bella, &c.

Ad hæc tria aduerte, quantum erras; quia, ſi ve 651
rum eſſet, quod dicis de filio, & nepote Meſsiæ; Dic mihi, quomodo Prophetæ, de hac tam profana ſucceſsione, per te opinata tacuerūt; & omnes de ſola felicitate Meſsiæ, & eius ſanctitate loquuti ſunt, & nuſquam de filio, & minus de nepote alicubi ſcriptum eſt? Imò omnes in ſolo eo totam felicitatem ſui ad
uentus prænuntiarunt, & non in ſuo filio, aut nepote. Quod ſi in 652
eis eadem felicitas erat expectanda; non debuit ſilentio commendari, aut totaliter præteriri, ſecundum quod Moyſes de Rege Iſraelitico profano ſcribit 17. cap. Deuteronomij, in fine. ubi dicit, loquens de Rege fideli, ut longo tempore regnet ipſe, & filij eius

a Quia, qui ī vno deliquit, factus eſt omnium reus; Iacobi 2. Et, quia deſtructo quocunq; fundamēto, neceſſum eſt, ut uniuerſa fabrica ruat.

a Sci-

eius ſuper Iſrael, de Meſsia nec vbi ſit mentio de eius filijs.[a] Et eſt ratio rationis, quia Rex, de quo ſcribit Moyſes in lege, erat aſſumendus per Populum, & ideo, ut de Rege profano fit mentio, fit mentio de filijs ſuis poſt eum. Rex uero Meſsias eſt mittendus per Deum,[b] & non per Populum aſſumendus.

Præſertim, cum hoc ſit mirum, quòd humanitus virtus Patris continetur æqualiter aut perfectius in poſteritatem futuram, perpetuo, & ſine intermiſsione, quod non contigit alijs Regibus Iſrael; imò regulariter ſucceſſores bonorum Regũ fuerunt mali, ut patet in diſcurſu hiſtoriæ libri Regum, & Paralipomenon. Et, ſi tu dicis, licèt non allegas, quòd Iſaias in illa prophetia: Quis credidit auditui noſtro, prophetauit de filio Meſsiæ in illis uerbis, vbi dicit: Videbit ſemen longęuũ; Or, attende, vt uideas quia illam prophetiam libenter, pro tua fatua opinione allego; vt ex eius reſponſione uideatur error tuæ opinionis. Et reſpondeo, quia primum valde profanum, & turpe eſſet dicere, quòd Rex Meſsias ita Sanctus, & iuſtus, ut tu ſperas, &, qui ueniebat ad tollendũ Populi peccata, vt dicit ille Propheta, haberet uxorem, qñ dicis, & fuit dictum gloſſæ Chaldeæ Ancheloc, ꝙ Moyſes, ex quo uidit gloriã Dei, abſtinuit ab uxore, & tu hoc commendas in eodem Moyſe, in tuo Deuteronomio, quem ſcripſiſti iudęis.[c] Quomodo

a Scilicet, carnalibus, quos nunquã habuit (ut Iudæi miſeri delirantes dicunt) habuit tamen, & habet innumerabiles ſpirituales, quos ſibi peperit, & parit quotidie Sacroſancta mater Eccleſia baptiſmatis unda regeneratos. De quibus loquit̃ Pſ.
653 127. In cuius explicatione Iacob. Valen. ſic ait: O Chriſte, ideo benedictus es, quia Patrẽ ſic timuiſti, & in vijs eius ambulaſti; ideo bene tibi erit, & primus habebis præmium in Cœlo, & ĩ hac tua Eccleſia militãti. Nam pręmiũ conſiſtit in tribus. Primo; in copia bonorum, & ciborum. Secũdo, in pulchritudine, & bonitate uxoris. Tertio, in fœcunditate pro-
654 lis, & filiorum. Et hoc eſt bonum qđ tibi erit, ex p̃mio; Primo, quia labores manuum tuarum manducabis, &cæt. loquitur de Euchariſtia. Secũdo, præmiaberis ò Chriſte, ĩ pulchritudine, & fœcunditate uxoris. Nam uxor tua Eccleſia, erit ſicut uitis abũ-
655 dans palmitibus, & thyrſis in lateribus dom⁹ tuæ, &c. Et ſequitur, quòd filij huius ſponſæ regenerati per baptiſmum, erunt ſicut nouellæ oliuarum, i. infiniti ferè. Et in fine concludit dicens: Et per hoc patet, deceptio, & cæcitas Iudæorũ, qui omnia iſta intelligũt materialiter, & tẽporaliter ad literã. Hæc ille. Quã (forſitã) ratione, cum Domino nr̃o fuit dictum Matt. 12. Ecce mr̃ tua, & fratres tui, &c. reſpondit: Qui fecerit uoluntatem Patris mei, ipſe mater, frater, & ſoror mea eſt, & non dixit; filius meus eſt, ſciens miſeros Iudæos illud intellecturos carnaliter, & non ſpiritualiter. Quod ẽt optime declarat idem Iacob. Valent. in Pſ. 131. & alij ibidem.

b Vt omnes Prophetæ clamabant dicẽtes: Mitte quẽ miſſurus es. Alius: Emitte lucẽ tuã, &c. & alibi: Emitte manum tuã de alto. Cum alijs infinitis locis.

c Patet etiam, coniugium alienũ eſſe



do ergo ſãctus Rex Meſsias vteret uxore, ut haberet filios? Et, ad uerbum; Videbit ſemen longæuum; dicendum eſt neceſſario, quòd non loquitur de filio, aut filijs Meſsiæ, ſed de poſteritate ſequellæ ſuæ doctrinæ, & fidei.

Quod luculentius apparet, qa ſi ille Meſsias erat homo inglorius, nouiſsimus uirorum, & nõ erat ei aſpectus, neque decor, & erat anguſtiatus, qa ipſe voluit, & dicit Propheta, quòd ſi poſuerit pro peccato animã ſuam, videbit ſemẽ longæuum, apparet, quòd felicitas Meſsiæ uidẽdi ſemen, erat poſt eius mortem, aut etiam ipſo exiſtente in iniuria, & vituperio, & reputatione leproſi. Talis homo, ſic tortus & flagellatus, & ſicut ouis ad occiſionem ductus, non gaudet in uiſione filiorum; imò magis filij ſunt ei ad torturam, & uituperium.[a] Ergo uerbum, uidebit ſemen longæuũ, poſt talem proceſſum uitæ Meſsiæ, ut dicit Propheta, qui proceſſus totus eſt plenus angoribus, iniurijs, & crudeli paſsione, nõ poteſt apta

ſe à Meſsia, uel ſine coniugio carnales filios habere (quod deterius eſſet) quia iam non eſſet perfectus; imò imperfectus, & multis alijs imperfectior diceretur, qui caſtitatem ſeruarunt. Ex tribus enim hominũ ſtatibus, omnium eſt inferior coniugatorum ſtatus. Nã coniugatorum ſtatus ferro; cõtinentium, poſt amiſsã quomodolibet virginitatẽ, Argento; virginũ aũt vtriuſque ſexus ſtatus p̃fectiſsim⁹ auro cõparatur. Qui triplex hominum ſtatus, optime fuit à Saluatore nr̃o declaratus. Matt. 13. in fructu illo Trigeſimo, Sexageſimo, & Cẽteſimo, ut ibidem omnes notant. Accedit, ꝙ ſi naturaliter, & non miraculosè filios generaret, amitteret virginitatem, atque conſequenter eius laureolam, & ſic inferior eſſet alijs eã habentibus infinitis. Item, Meſsias debebat eſſe Sacerdos in æternũ, ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Pſ. 109. Cum autem Chriſtus, nec alij omnes eius vicarij Sũmi Pont. permiſerint Sacerdotẽ uxorẽ ducere, quãuis Matrimonio copulatos ordinari olim eſſet permiſſum, patet Chriſtum, facere nõ debere, quod alijs prohibere debebat. De quorũ Sacerdotũ nouæ legis cõtinẽtia. uide Cõcil. Carthag. 2. c. 2. cum multis alijs, & latè Michaelẽ Medina. in lib. de Sacrorum hom. cõtinen. & Marquardum, de Suſſanis, in tract. de Cœlibatu. Item, q̃ periculoſum periculiſq; plenum negotiũ ſit unicuiq; uxorem ducere, tradit Tiraquel. in legibus cõnubial. & Syluã nuptialẽ, p̃ totam & Marquar. s̃. 1. p. c. 6. Et q̃ alienũ debeat eſſe à Sacerdotibus Matrimonium, & quare, uide eundẽ. 2. p. c. 4. Albertũ Trocium de uero & p̃fecto Clerico. Medinã. ſup. Beatum Ioan.
à Capiſtrano. in Speculo Clericorum. 656

Itẽ, quia ſi Meſſias habuiſſet filios, non eos haberet niſi per Matrimoniũ. Cũ ergo, ex ſcriptura Sacra habeamus ſanctitatẽ, innocentiã, Sacerdotium, diuitias (ut Iudęi putãt tẽporales) Regnum, & alia mul-
ta Meſsiæ: iuſtũ, & 657
neceſſarium erat, ut quemadmodũ Deus primo homini prouidit de cõſimili uxore; ita in ſcripturis fuiſſet prouiſſum, & prænuntiatum de uxore Meſsiæ, quomõ etiam fuit prænuntiatum, de eius fœlicíſsima matre: quod uerbum de tali uxore, minime reperitur. Aliàs ſequeretur magnũ incõueniẽs aliã ducere, q̃ æqualem, ne diceretur illud, uidelicet: Vt malè inæquales ueniunt ad aratra iuuẽci, ſic premitur magno coniuge nupta uiro.

a Vt factum legimus in Sancto ac patien-

ri,nec conuenire ad eius filios. Deinde, ſi de filijs ſentiret Propheta,cũ dicit:videbit ſemẽ longęuũ, & voluntas Dñi in manu eius dirigẽt, deberet dicere, in manu eorũ, ſi eius filij (vt tu dicis) deberẽt habere ſuã ſanctitatẽ,& ſuũ officiũ,vt ſemper Iſrael in eorũ umbra quieſceret,& ſeruaret legẽ Moyſi in quiete & ſine impedimẽto temporali,vt tu dicis:Rogo te,igĩt,nõ delires,vt ponas expectationẽ Meſsiæ in filijs eius,qđ nullus iudęorum auſus eſt ita clarè attẽtare, ſed ſolũ in Meſsia,& aduẽtu ſuę perſonæ ſolius ſpẽ. Aſtruit, & probat hoc prophetia Danielis, q̃ ſolũ Meſsiam in nubibus cęli uenientem commendat,& dicit, quòd omnes linguę,& gentes eũ adorabunt, & illi ſeruient, & quòd regnum eius durabit in æternũ, [a] de eius filijs nihil dicit.

Dicis ſecundo,ꝙ de opulẽtia potus & cibi ac veſtib. erit magna fertilitas, & tu paulo ante dixiſti,ꝙ nulla erit mutatio cõſuetæ naturę in nobis.Quomodo tibi ipſi contradicis?Poteſt ne eſſe ſecundum naturam, ꝙ non ſint careſtiæ, & fames? Deinde hoc non probas aliqua ratione,aut auctoritate ſacræ ſcripturæ,quæ de fertilitate aliquid illo tempore affirmet. [b]

Dicis tertio,ꝙ ceſſabũt bella,&c.Si hoc literaliter recipis,tu tibi ꝑcutis pedẽ cũ ligone, ĩ eo qđ paulo ante dixiſti,ꝙ natura nõ mutabĩt in nobis. Et qũo fieri põt,ſecũdũ naturã, ꝙ in æternũ inter homines non ſint ſecundum uarietatem temporũ bella,& contentiones,poſt aduentum Meſsiæ;niſi natura humana conuerteretur in naturam Angelicã? [c] Et,ſic penitus natura mutarẽt in nobis,

quod

tiẽtiſſimo Iob,vul
658 nerato,& afflicto,
quẽ propria vxor
magis cruciabat,
& affligebat, quã
cętera tormẽta, q̃
patiebatur, ut patet.Iob c.2.

a De huius Regni Chriſti æternitate, & an Chriſtus fuerit Rex tẽporalis,& nõ ſolũ ſpiritualis, tractat latè Aluarus,Pelag. de planctu Eccleſiæ, lib.1.& curioſè,& erudite Hect.Pintus in Daniel. c. 2. uerſ.Et ipſum ſtabit, ubi multa adducit notatu digna.

b Abundantia .n. ciborum, quã Prophetæ deſiderabãt tpe Meſsiæ, ciborum erat Spiritualium, ut patet. Pſ. 121. Fiat pax ĩ virtute tua, & abun-
659 dantia in turribus
tuis, ut declarant Rayn.Titelm & alij expoſitores ibidem, & Iacob. de Valentia: dicens, Et fiat etiam abundantia in turribus tuis .ſ.copia ciborum, & uictualiũ ſpiritualium.ſ.Eccleſiaſticorum Sacramentorũ, & do
660 ctrinæ Euãgelicæ.
De cuius verſus expoſitione(ultra alios ibidem) uide Nicol. de Lyra & Hectorem Pintũ. in Daniel.c.4.ad finem, in annotationib. ex Chaldæo.

Cui expoſitioni fauet dictum Apoſtoli.Rom.14.Regnum Dei non eſt eſca & potus, & 1. Corinth.10. Omnes eãdem eſcam ſpiritualem manducauerunt, &c.

c Qualis nũc eſt, nam ante Angelorum in gratia confirmationẽ,pręliũ magnũ fuit factũ in Cœlo, ut Sacra canit Eccleſia. Cõfirmatur auctoris dictũ miſerabi facto inter primos mũdi ſucceſſo fratres, inuidia.n.plenus Cain iuſtum fratrem interfecit Abel, Geneſ. 4. & inobediens ac perfidus Abſalon patrem mitiſsimum ꝑſequutus eſt Dauidẽ; Saul,Iacob, fratrem, cum multis alijs exemplis, quibus plena eſt ſcriptura ſacra.

a. Præ-



quod tu firmiter negas.Et,ſi velis dicere,quod tempore Meſsię & ſuorum filiorum, & nepotum (vt tu loqueris) erit tãta coacta pax virtute Meſsiæ, quòd nõ erit amplius bellũ cõtra iudæos, vt quiete viuant, & poſsint legẽ Moyſi ſeruare,vt habeant vitam æternam; Aduerte, tale tempus quietis,vt tu aſſeris,magis inducit ad violandum legem Moyſi, quàm ad eam ſeruandam, ut dicit textus ad literam. Deuter. 8. cap. ibi: Ne poſtquam comederis, [a] & ſaturatus fueris, domos pulchras ędificaueris,& habitaueris, in eiſque habueris armenta boum, & ouium greges, argenti, & auri, cunctarumque rerum copiam, eleuetur cor tuũ & nõ reminiſcaris Domini Dei tui,qui eduxit te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis, &cęt. Item, Sanctus Moyſes in ſuo Cãtico,32.Deut. dicit:incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus,impinguatus,& dilatatus dereliquit Deum factorem ſuum, & receſsit à Domino ſalutari ſuo. Vides tu Rabbi Moyſes, quòd illud quod tu reputas remedium ad obſeruantiam legis Moyſi tempore Meſsię,illud Sanctus Moyſes Princeps Prophetarum reputauit ſcandalũ,& reputauit turbationem obſeruãtiæ ſuæ legis. Quæſo à te, cui magis eſt credendum, illi,an tibi? Certe amice, tu deliras: q̃a quietes,& fertilitates,& opulentia,ac copia rerum, quæ non po

teſt

a Prædixit Dominus iudęorum ingratitudinem;quã poſtea opere compleuerunt. De quibus dici poteſt illud Prouerb. 17. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. De ingratitudine, quæ Deo, Angelis, & hominibus, mihi verò maximè odibilis eſt, multa dicunt Sancti, & Doctores, quorum aliqua in tanti criminis deteſtationem,notabimus. Primo, ex S. Th.2.2.q.107.ar.2.ad 3. ꝙ ingratitudinis gradus eſt triplex ſcilicet non retribuere, diſſimulare, & peſſimus ex negligentia obliuiſci. Vide qualiter lamentaĩ Deꝰ Pſal. 105. Obliti ſunt Deũ, qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia ĩ Aegypto,& uide etiã S.Anton.2. par.ti. 3.ca.9.in prin. ubi ponit punitionẽ. Et S Aug. ait: Qđ Deus dederat gratis, tollit ingratis. S.Bernar.Eſt uentꝰ igratitudo exiccans uenas, fonteſque miſericordiæ Dei.Idem,ſuꝑ Cãtica: Ingratitudo eſt hoſtis gratię;inimica ſalutis; quoniam nihil ita diſplicet Deo,quẽadmodum ingratitudo. vide etiam eundem.in ſermo.
22.35.& 52. Et ui- 661
de multa alia dicta,quæ ex multis tradit Polyantea. verbo:igratitudo.

Nota,ꝙ quemadmodũ Luna accipit lumen à Sole,& ipſa eum obſcurat; & eclipſat; ſic ingratus eum,à quo beneficijs cumulatus fuit, odio proſequitur, eius nomini ſplendorẽ eripiens, & tenebras offundẽs. ita ait Hector Pint. in Dan. c.2. verſ. Et bñdixit Dan. vbi multa dicit. Item ingrati ſunt ſimiles Agar ancillæ: quæ, poſt conceptum, deſpexit dominam,quæ dedit eã uiro ſuo. Gene. 16.c. Item ingratꝰ ſimilis eſt Principi Pincernarum, qui oblitus fuit interpretis ſui. Gen.40.

Et nota mirabilem ſententiã, cuius auctorem ignoro: Ex carbonibus
ſcintillæ deſiliũt; 662
ex ferro rubigo nutritur; morbos Aſpides ſibillãt; mulier fudit concupiſcentiæ peſtilẽtiã; ſed flagrãtis aĩ petulantiam gignit
ingratitudo. Vide 663
ẽt multa in lib. Sũma deſtructorium vitiorũ p.6.c.4. E. & p.6.c.4. ĩ fi. & p. 5.c. 12. A & apud Andreã Eborẽſẽ.

a Di-

teſt haberi niſi in pace; illæ di-
ſtrahunt animum à contempla-
tione Diuina, & obſeruatione
mandatorum eius, vt ad ſenſum
patet, & dedi tibi auctoritatem
ſancti Prophetæ Moyſi, cui ma-
gis eſt credendum, quàm tibi.[a]
Dices tu: quomodo reſpõditur
ad auctoritatẽ Iſaiæ, & Micheæ
Prophetarum, quæ dicũt, ꝙ non
docebuntur vltra ad bellũ, &c.?
Reſpondeo, Tu ſcis, ꝙ Moyſes ꝑ
cepit populo, ꝙ quando eſſent
in requie terræ ſanctæ recorda-
rentur de iniurijs, quas ei fece-
rat populus Amalech, ĩ via, quã-
do egrediebantur ex AEgypto,
& pręcepit eis ne obliuiſcerent,
vt habetur Deuter. 25. c. ad finẽ.
Et in memoria perpetua præce-
pit dicto populo bellum contra
Amalech, à generatione in gene
rationem, vt habetur Exod. 17.
c. ad finẽ, & etiam præcepit eis
bella facere contra gentes exte-
ras, vt patet Deuteron. 7. capit.
itaque illa lex Moſaica plena e-
rat præceptis bellorum mouen-
dorum, ex diuina iuſsione. Cũ
venerit Meſsias, dicunt Prophe-
tæ Iſaias, & Micheas, quaſi per
eadem uerba: quòd in nouiſsi-
mis diebus, (quod eſt intelligendum in fine die
rum populi Iſraelis, quia non poteſt intelligi de
fine mundi, quia tunc non inciperet doctrina
Meſsiæ, & lex eius, de qua ſubdit) dicunt quod
erit præparatus mons domus Domini, quod eſt
dicere, ciuitas Hieruſalem, quæ eſt in monte Mo
riæ ędificata, in vertice montium, & eleuabitur
ſuper colles: quæ uerba habent intelligi ſpiritua
liter propter excellentiam, & ſanctitatem ipſius
mon-

a Diuitiæ enim,
ex diametro pu-
gnant cum quiete,
& animi tranquil-
litate. Ideo, dice-
bat Dauid Pſ. Di-
uitiæ ſi affluãt; no
lite cor apponere.
Et Eccleſiaſtici.
664 11. Si diues fueris,
non eris immunis
à delicto. Et Ec-
cleſiaſtes. 4. in hoc
quoq; uanitas, &
afflictio ſpiritus.
Et Redemptor no
ſter Matt. 13. diui-
tias appellat ſpi-
nas. Et Paul. 1. ad
Thim. c. 6. Quæ vo
lunt (ait) diuites
fieri, incidũt in va
rias tẽtationes, &
in laqueum diabo
665 li. Et S. Iacob. ca. 3.
Agite (dicit) nunc
diuites, plorate, v-
lulantes in miſe-
rijs veſtris. Et vl-
tra multa alia di-
uina teſtimonia,
multi Sancti, & ẽt
Gentiles ob animi
quietem conſeruã
dam, diuitias con-
tẽpſerunt, vt habe
tur, ex D. Hiero. in
c. Gloria Epiſco-
pi. 12. quęſ. 2. quod
Crates ille Theba
nus homo quondã
ditiſſimus; cùm ad
philoſophandum.
Athenas pergeret,
magnum auri põ-
dus abiecit. Quod
666 confirmat idem S.
Hiero. in Epiſt. ad
Pammach, dicẽs:
Facile abijcitur,
quod extrinſecus
hæret. Hoc fecit
Crates Thebanus,
Antiſtenes, fece-
runt plurimi Phi-
loſophi, quos vi-
tioſiſſimos legi-
mus. Et D. Ambr.
in li. de bono mor
tis: Si quis implea
tur diuitijs; fructũ
quietis amittit. Vi
de dicta mirabilia
in Polyantea. ver
ba: Diuitiæ. Et Ec
cleſiaſtici. 8. habe-
tur: Multos perdi-
dit aurum, & argẽ
tum. Et qualiter
etiam Diuitiæ ſal-
uare animã poſsi-
dentis poſſint; ha-
betur Prouerb. 13.
vbi dicitur: Redẽ-
ptio animæ uiri di
uitiæ ſunt. Et c. 14.
Corona Sapiẽtiũ
diuitiæ eorum. Vi
de multa, quæ pro
vtraq; parte addu
cit Hector Pint. in
c. 2. Daniel. verſic.
Daniel autem. Hu
go de S. Vict. in li-
bello. de amore
ſponſi. in 2. volu.
fol. 113. appellat di
uitias montes Leo
pardorum. vbi eo-
rum naturam po-
nit.

a In



montis.[a] & ſequitur: & fluẽt ad
eum omnes gentes, & ibunt po-
puli multi, & dicent: uenite aſcẽ
damus ad montem Domini, &
ad domum Dei Iacob, & doce-
bit nos uias ſuas, & ambulabi-
mus in ſemitis eius, quia de Siõ
exibit lex, & uerbũ Domini de
Hieruſalem, ut habetur Iſaiæ. 7.
c. & Micheæ. 4. ca.
Ecce quomodo demonſtrat
Propheta, ꝙ quando populus Iſ-
raeliticus erit ĩ fine dierum, qđ
eſt tempore aduentus Meſsiæ,
quia tunc erit finis populi Iſrae-
lis. & erit principiũ populi Chri
ſtiani, ꝙ aliæ gentes decurrent
ad eum, ad ſeruandum legẽ no-
uam, q̃ debet exire de Sion, & Hieruſalem, nõ de
monte Sinai, aut de monte Oreb. & hoc eſt, quod
dicit: docebit nos vias ſuas, &c. Et ſequitur: & iu 668
dicabit gentes, & arguet populos multos: qđ eſt
neceſſario intelligendum de Meſsia, aut de lege
ſua: quia illud uerbum: & iudicabit: & uerbũ: Ar-
guet, non habet aliud ſuppoſitum.[b] Et nota, ꝙ nõ
dicit, ꝙ Meſsias bella mouebit: ſed iudicabit, &
arguet,[c] quæ ſunt uerba, quæ habent referri neceſ
ſario ad doctrinam Meſsiæ. Et, ſequitur, & confla 669
bunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in
falces, &c. quod eſt intelligendum neceſſariò, ꝙ
hoc continget ex doctrina, iudicio, & argumẽtis
Meſsiæ, & viarum, & ſemitarum eius, & ſuæ legis
ſanctæ, quę non iubebit bella mouere, ut lex Moy
ſi, ſed pacem præcipiet,[d] & loquetur pacem gen- 670
tibus, ex doctrina ſua, ut dicit Zach. c. 9. ad fi. ita-
que cõuenienter ſequitur, ꝙ non leuabit gẽs con
tra gentẽ gladium; nec docebuntur ultra ad ꝑliũ,
ut fiebat per præcepta legis Moyſi. Nõ. n. inuenies
ꝙ Prophetæ dicant, ꝙ non erit vltra bellũ, ſed di-
cunt, ꝙ nõ addiſcent ultra bellare, ex doctrina
Meſsiæ, quæ eſt plena pacis,[e] & concordiæ. & nõ
uin-

a In eo enim Xp̃s
Crucifixus fuit; &
multa alia fidei
noſtræ myſteria o
perata, quæ tradit,
ex multis auctori-
tatibus Sacræ ſcri
pturæ, & Doctori-
bus Hector Pint.
in Daniel. c. 11. ad
finem.
b Patet apertè mõ
tem illũ eſſe Chri
ſtum, vt ex S. Aug.
Hieron. & alijs, ꝓ
bat Hector Pint. in
Daniel. c. 2. & opti
mè probat Fauſti-
nus Taſſus, Sermo.
19. Nam ſequere-
tur, quòd ſi eſſet ĩ-
telligẽdum de mõ
te materiali, quod
petræ, & lapides
deberent loqui, &
Gentes iudicare,
vt ait Propheta,
quod eſſet abſur-
dum credere, &
conſiderare. Loq-
tur ergo de Chri-
ſto, & eius lege, &
Eccleſia.
c Vt fuit prædictũ
in Pſ. 71. Deus, iu-
dicium tuum Re-
gi da; &c. & ĩ mul
tis alijs prophe-
tijs, cum multis
Pſalmis.
d Sed uidetur ob
ſtare Matth. c. 10.
Non ueni pacem
mittere, ſed gla-
dium, &c. Quod
eſt intelligendum
de carne, & ſpiri-
tu, Chriſtus enim
venit mittere gla-
dium inter concu-
piſcentiam, & ſpi-
ritum. Væ enim eſt
homini, quando
ſpiritus appetitũ
ſequitur carnis, &
è contra beatus il
le, cuius ſpiritus
carni imperat ip-
ſamq; refrenat.
e Ab ortu enim e-
ius cęperunt Ange
li pacem nuntia-
re, quam ille ve-
niebat hominibus
dare; dicentes: Glo
ria in Altiſſimis
Deo, & in terra 667
pax &c. Lucæ. c. 2.
Quam poſtea Xp̃s
in multis locis cõ
mẽdauit. Imò, quẽ
admodum Mat. 5.
pacifici, beati, & fi
lij Dei vocantur;
ſic pacem nõ ſer-
uan-

vindictæ, & belli, ut erat lex Moyſi rigoroſa.

Et, ſi dicis; Quomodo inter Chriſtianos, poſt aduentum noſtri Meſsiæ nõ ceſſant bella? Reſpondeo, ꝙ ex doctrina Chriſti credentes in Chriſtum, & boni Chriſtiani, & fideles, ex doctrina ſua non faciũt bella; imò peccant ſi faciant, niſi in caſibus ab Eccleſia Chriſti ꝓmiſsis; ut puta, propter petitam, & denegatam iuſtitiã. [a] Sed ex lege Moyſi credentes, & fideles eius, mouebantur, & exortabantur ad bella iuſta: (ut ſupra probaui. [b]) Et hoc eſt, quod dicti Prophetæ prænuntiarunt.

Deinde, expectatio Meſsiæ, ſecundum Rabbi Moyſen, non erat profutura, niſi videntibus eius aduentum; & ſic erat remedium temporale, ad illos, qui ibi eſſent, & non uniforme ad omnes, tam præteritos, quàm futuros. Expectatio uerò noſtra, noſtræ fidei Catholieæ de Meſsia; erat profutura non ſolum uidentibus eum, ſed etiam prẹteritis, & futuris poſt eius aduentum. Quæ expectatio uniformis, & uniuerſalis, & non ſolum uniuerſalis, ſed particularis, & plena gloria, quæ illuminat omnem hominem præteritum, & futurum. [c]

Et quod dicis, quòd non cõuenit tachare diẽ aduẽtus Meſsiæ, nec inquirere ex ſcripturis diẽ: & quod crepare debent, qui cogitant terminum aduentus Meſsiæ, & cætera. Nimiũ falleris, & cõtrarium operis per effectum fecerunt, & faciunt tui iudẹi, ut Rabbi Moyſes Gerundenſis, & Rabbi Abraham Aſtrologus, & Rabbi Mahadias, & multi alij, qui ſpe falſa, quẹ iudæis differtur, omnes terminos uarios aduentui Meſsiẹ præfecerũt. Qui termini omnes euanuerunt, nec uenit Meſſias, falſa ſpe per eos expectatus. [d] Tum etiã, quia ex mente Danielis, & alijs Prophetis, ut in Da-

niele

uantes, diaboli filij ſunt meritò appellandi. Et multa
671 mala, quæ ꝓcedũt ex pace non ſeruata. uide Polyanteã. uer. Diſcordia.
a Et quotieſcunque bellum dicĩ iuſtum; quod tunc erit, quando tria requiſita interuenerint, ſ. auctoritas Principis; iuſta cauſa; & intentio recta, ut optimè explicat. S. Th. 2. 2. q. 40. ar. 1. ubi Caiet. Summiſtẹ omnes. uerbo Bellũ, & declarat optimè Alberic. uerb.
672 Bellum. §. fi. & latius Nauar. in ca. Contrarium. nu. 4. de pœnit. d. 5. & in Rub. de iudic. nu. 105. & eſt tex. expreſſus cum gloſ. & ibi Arch. nu. 1. in c. iuſtum eſt. 23. q. 2. Sotus, & multi alij. latiſſimè Couarr. in Regula; Peccatum. 2. p. §. 10. nu. 6.
b Et habetur. in
73 c. Bella. 23. q. 2.
c Quod manifeſtè probat D. Paul. (S. Tho. & omnes ſcribentes ibid.) 1. Corint. cap. 10. dicẽs: Nolo uos ignorare fratres, quoniã Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt; & omnes Mare tranſierunt, & omnes in Moy-
674 ſe baptizati ſunt ĩ nube, & in Mari. Et omnes eandem

eſcam ſpiritalem manducauerunt; & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt; Bibebãt autem de ſpiritali cõſequente eos petra; petra autem erat Chriſtus. Quid clarius?
d Ideſt, poſt aduẽtum ueri Meſſiæ Saluatoris noſtri; quem Sancti Patriarchæ, & Prophetæ deſiderabant;



niele declaraui, eſt determinat' & demonſtratus [a] terminus aduentus eius, qui debet inquiri, & ſcrutari, ex verbis, & mente Prophetarum, contra doctrinã Rabbinorum tuorũ, qui fruſtrati, & deluſi ſuis falſis doctrinis, & inquiſitionib. nõ valẽtes poſt aduentum Ieſu Chriſti, aliquem verum terminum inuenire, deſperati dixerunt: crepentur cogitationes inquirentium aduẽtus Meſsiæ terminum. [b] Finem verbi, omnes pariter audiamus; Si Rabbi Moyſes, qui dixit finẽ vltimum, & effectum finalẽ aduentus Meſsiẹ eſſe ſaluare aĩas, in hoc articulo permanſiſſet, felix fuiſſet anima ſua, [c] quia fuiſſet ſibi aperta porta videndi, [d] & cognoſcendi Chriſtũ Ieſum. Sed quia ipſum Meſsiam poſtea fecit hominẽ Regem profanũ, habiturum filium, & nepotem, & ſucceſsionem propagatiuam, vt homini puro, ei tribuit; clauſit, imò ſibi, & alijs iudæis excæcauit oculos, ne Chriſtum Ieſũ, verum lumen poſsint videre. [e]

Nimium longus ſum, ſed magni fructus putaui extirpare ſpẽ, & expectationem Meſsiæ iudẹorum, vt pollicitus ſum in principio huius operis, [f] quia ex ruina eorum conſtituitur, & conſtruitur vera, & Catholica ſpes

Chri-

bant; iſti miſeri Iudæi adhuc illum vẽturum expectant, cùm iam venerit, & illi eum non receperunt, vt habetur. Ioã. 1. Nos autem Catholici, annum. 1591. celebramus, & numeramus nunc ab eius feliciſſimo, ex Virgine ortu, & natiuitate.
a Per numerum, & clariſſimam cõputationem illarũ hebdomadarum.
b Quod etiã Catholici nunc dicere poſſumus; confundantur, & reuereantur impij iudæi, quærentes & expectantes terminum aduentus Redemptoris noſtri, quem ipſi iam occiderũt; cuius mortẽ, reſurrectionẽ, ac prædicationem tot miracula, Apoſtolorum, Martyrum, virginum, & aliorum Sanctorũ non ſolum prædicationes, ſed ſanguinis effuſiones probauerunt, & quotidie per vniuerſum orbem nobis manifeſtant, atque teſtantur.
c Credendo illũ, & oẽs alios, quos tenet S. R. E. & omnia alia quẹ tenet, & cõfitetur eadẽ, vltra dictos articulos; & bene operãdo. Vtrumq; enim requiritur fides, & opera. De fide em̃ ait Paul. Hebr. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. De operibus autem. Iacobi. c. 2. habetur: Fides ſi

non habeat opera, mortua eſt.
d Non tantum videndi, ſed ẽt intrandi, ac fruendi: quia Chriſtus, deuicto mortis aculeo, aperuit credentibus Regna Cœlorum, vt in Cantico: Te Deum laudamus, habetur. Et Apocal. 4. Ecce oſtium apertum ĩ Cœlo. cum multis alijs.
e Quare merito põt aſſimilari Lucifero, qui, non tã tũ ſibi nocuit, ſed cauda ſua traxit ẽ Cœlo tertiam partem Stellarum. Apoc. c. 8.
f Verum dicit, ꝙ̃tum eſt ex parte ſua; quia ſufficientiſſima ſunt eius teſtimonia, ad con 675
uincendũ Iudẹos, vt per totũ diſcurſũ patet: ita ꝙ poterit dicere Auctor; Fecimus qđ debuimus. Lucẹ. c. 17. Sed ex parte iudæorum, perfidorum, ferè nihil factum eſt, q̃a medicinam egroti nolum accipere, & limpidiſſimos Sacrarum literarum fontes, tanq̃ ſues turbare, & inqnare inceſſanter procurant: & contra propriarum conſcientiarum ſtimulos, ſingulis calcitrant momentis, & 676
Deo dicenti: aperi mihi, quia ſtò ad oſtium, & pulſo; aperire nolũt. imò oculos claudunt, & aures eius ſanctiſſimis ĩſpirationibus. Et nota, ꝙ

Dd quem-

Chriſtiana, in Ieſu Chriſto vero Meſsia, per rationes propheticas,& etiam rationabiles.

Hinc aperiuntur oculi cęcorum, vt videant, ꝙ omnes Prophetiæ, quæ temporales,& mundanæ promiſſæ videntur in aduentu Meſsiæ, vt puta, reductionis populi Iſraelis ad terram ſanctam, reædificationem templi tempore Meſsiæ; quietem promiſſam, illi populo in Hieruſalem, & in illa terra ſancta,& omnia temporalia, & mundana gaudia, q̃ ad illud tempus Meſsiæ referuntur, quæ multis in locis Prophetarum, & Pſalmorum, & aliorum locorum Sacræ ſcripturæ ſparſim promiſſa ſunt, q̃ ſic temporaliter, & modo profano intellectæ, excęcarunt oculos, & mentes perfidorum iudæorum, quòd neceſſariò habent intelligi ſpiritualiter,[a] vt terra ſancta ſit Gloria Regni cœlorum;& Hieruſalem, ſit Hieruſalem cœleſtis, & Templum ſit viſio Dei, & Meſsiæ cœleſtis; quia cùm, vt ſatis probatum eſt, Meſsias debeat eſſe homo cœleſtis, & diuinus, & eius temporalitates non erant gaudia huius mundi, ſed mærores, & anguſtiæ mundanę; fruſtra in vanum autumãt iudęi, per aduentum Meſsiæ, talibus gaudijs temporalibus, & profanis uti, & illa expectare. Sed debetis (iudæi, expectare in aduentu Meſsiæ omnes benedictiones ſpirituales, & cœleſtes; & illa, quę mundana,& temporalia gaudia promittunt, in figura dicta,& promiſſa eſſe,& expectare.

Et rogo te, iudæe, credas, quod Rabbi Moyſes, & ſui ſequaces, iſta conſiderare debuerunt, & in his ſpem ponere debetis, & eritis filij Prophetarum,& veræ lucis Chriſti Ieſu. Quis enim audeat dicere, niſi ſit inſanus, quod tot Prophetæ, de Meſsia filio Dauid tantam expectationem præſtolauerint, optauerint, & deſiderauerint pro tẽporali homine, & caſuro, & pro effectibus temporalibus, & tranſitorijs, non recadentibus in vtilitate deſiderantium? Certè, niſi amens ſit, &

ſuam

quemadmodũ ſufficientiſſima fuit
Chriſti paſſio, ut
omnes ſaluarentur; & tamen non
677 omnes ſaluantur,
ita ſufficiẽtiſſimæ
ſunt huius noſtri
Auctoris probationes ad conuincendos iudæos, & nullus eorum vult cõuerti, vel cõuinci.
Ideo oĩa ad maiorem Dei gloriam,
auctoris laudem,
atq; iudæorum cõdemnationem cõuertentur, & redũdabunt. Quia noluerunt intelligere, vt bene agerẽt.
Nam, quemadmo
678 dum vulnere percuſſus, ſi quando ei
adhibetur remedium, non ſentit
ferrum Chirurgi,
& vulnus ſine gemitu tractat, mortis manifeſtum eſt
ſignum: ſic miſeri
679 iudæi, qui nec vocem Domini, atq;
Doctorũ, nec ſupplicia eis illata audire, uel ſentire volũt; mortui in ſua
iudicãtur obſtinatione. Vnde Hier.
680 c.5. habetur: Percuſſiſti eos,& non
doluerunt, attriuiſti eos,& renuerũt
accipere diſciplinam. Indurauerũt
facies ſuas ſupra
petram, & noluerunt reuerti. Ideò,
681 habetur, ibidem.
c. 51. Curauimus
Babylonem, & nõ
eſt ſanata, derelin

quamus eam.

a Vt apertè dicit S. Aug. Lyra, Iacobus de Valentia, Raynerius, & alij in expoſitione Pſ. 147 qui incipit: Lauda Hieruſalẽ Dominum.

a Hæc



ſuam dãnationem appetat, neceſſe eſt, vt ab hoc furore quo, ſua culpa detinetur, reſipiſcat, & recedat.

Scire volo,& lectorem admoneo, quod nemo 682
credat, in hoc opere, nec in factis fidei me, demõſtrationes naturales, aut probationes Arithmeticas adduxiſſe, nec adducere putauiſſe; quia hæretici ex ijs eiſdem locis vnde veritas fundatur,
fundant ſuas hæreſes,[a] quod non facerent, ſi pro 683
batio Geometrica, aut Arithmetica eſſet in contrarium. Sed ſi quis ſano ſenſu animaduertat eos, ex corrupto intellectu ſuas inſanias colere, & fundare; videbit, & nos ex vero, ſano, & ſincero intellectu, etiam ſecundum rationem naturalem benè organizato, noſtram fidem Ieſu Chriſti credere, & fundare clarè conſiderabit.

*Reſponſio ad aliquas dubitationes Iudæorum, per ordinem; & Primo de Sanctiſſima Trinitate.*

MOdò, quia iudæi arguunt contra nos de ali 684
quibus, (videlicet, Qua auctoritate nos Chriſtiani facimus articulum de Trinitate in diuinis, cùm Chriſtus dixerit, quòd primum mandatum in lege, eſt: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt?

Item, quomodo relinquimus Sabbatum, & nõ ſeruamus, cùm fuerit vnum de præceptis Decalogi?

¶ Item, ſi Chriſtus abſtulit per ſuam paſsionẽ, pœnas animæ; cur pœnas corporales prouenientes ex peccato Adæ non abſtulit?

¶ Item, cùm Chriſtus fuerit circunciſus; cur Chriſtiani non circunciduntur?) feci aliqua capitula, per quæ reſpondeo his quæſtionibus Iudæi.

¶ Exclamat iudęus contra ſanctam Trinitatẽ, 685
& dicit: Moyſes uir ſanctus, Deuter. 6. c. dixit: Audi Iſrael; Dominus Deus tuus vnus eſt. Quam quidem vnitatem ſequuti ſunt Philoſophi dicentes:

a. Hæc eſt enim Hæreticorum uerſutia, teſte Diuo Greg. 5. li. moral. ca. 11. nunq̃ nudas ſcribere hęreſes, niſi cum ſana aliqua admixtas doctrina. latet anguis in herba, & hamus cibo operitur, quo ignorantes capiuntur piſces. Quatuor hæreticorũ fraudes, (inter alias) ponit Ioannes Segonienſis. in tract. de prædicat. Euang. lib. 2. cap. 29 ex D. Greg. Auguſt. Hieronymo, Tertul. & alijs.

Nota etiam uerba illa ſequentia, quæ ponit hic Auctor noſter, ſ. Q̃d non facerent ſi ꝓbatio geometrica, & cæt. Quæ ideo ponit; quia ordo fidei noſtræ probari non poteſt;& quia ubi ratio deſficit, fides ſupplet, vt probant multa iura, q̃ citat Gloſſa, uerbo: Firmiter in c. 1. de Summa Trinita. cum multis alijs. Et, quia per rationem naturalem non põt veniri in cognitionem Trinitatis ꝑſonarum, imò impoſſibile eſſe concludit. S. Th. 1. p. q. 32. ar. 1. & q. 39. a. 7. & alibi ſæpè, q̃uis aliqui contrarium probare nitantur.

a Pro



No-

Nolunt entia diſponi malè : ma
la pluralitas principatuum : vnˢ
ergo Princeps, vt dicit Ariſt. 12.
Metaph. in finalibus uerbis illiˢ
686 libri.[a] Hoc idem clamant Sarra-
ceni, deteſtantes ponentes plu-
ralitatem in Deo, & maledicentes omnes Deo at
tribuentes ſocium. Vnde, igitur uobis iſta Trini
tas Patris, Filij, & Spiritus Sancti? Quæ neceſsitas
vos coegit plurificare, aut multiplicare in Deo ꝑ-
ſonas ? Et quid eſt hoc dicere tres perſonas, & nõ
tres Deos? Quis deduxit vos ad iſtam anguſtiam
verborum incomprẹhenſibilium ? Nonnè me-
lius fuiſſet uobis tacere, & ſequi doctrinam Moy
687 ſi, [b] & Philoſophi, & inſtinctum fidei naturalis, q̃
eſt vnam cauſam ſimpliciter colere, & adorare ?
Certè ſine cauſa, & volũtariè in iſta anguſtia uos
poſuiſtis. Aut dicite mihi, poſtq̃ uos vnum Deũ
creditis, ut in Symbolo: Credo, cur aliò diuertitis
ad confitendum, & exprimendum Trinitatem in
688 Deo ? Præſertim (dicit iudẹus) quia ueſter Meſ-
ſias Ieſus Chriſtus hanc Trinitatem non exprẹſ-
ſit, ut uos Chriſtiani eam extollitis, & commen-
tis magnis, & ſubtilibus ſtringitis, & certis uer-
bis, & regulis difficillimis, & incompræhenſibi-
libus audetis affirmare, & eam dicere, & publica-
re; ſignãter qñ ueſter Meſsias Ieſus Xp̃s illã aucto
689 ritatem Moyſi : Audi Iſrael. &c. firmauit ſuo ore
Marc. 12. c. ubi interrogatˢ à Scribis; qđ oĩum eſ-
ſet primũ mandatum ? Ieſus rñdit, ꝙ primũ oĩum
mandatum eſt : Audi Iſrael, Dñs Deus tuus, vnus
eſt. Quẹ ergo fuit uobis Chriſtianis iſta neceſsi-
tas Trinitatẽ inueniendi, & affirmandi, quã Meſ-
ſias ueſter tũc interrogatus tacuit? Et, ſi vera eſt,
eam tunc declaraſſet Scribis interrogãtib. eũ, quã
nullus Prophetarũ dixit, imò oẽs ſequentes Moy
690 ſen, Deũ unũ p̃dicauerunt, & firmauerunt. Dic mi
hi, q̃ſo, quæ neceſsitas tã dubiũ articulũ, ſicut eſt
articulus de Trin. vos coegit, vt ſic eum in publi-
cũ prẹdicetis, adeò, vt dicatis, ꝙ qui non credit
Deũ Trinũ in ꝑſonis, ſit hẹreticus, & nõ credat in
Deum ?

a Pro quibus facit; quia vnus Sol tantum, vniuersũ illuminat orbem. Vno minimo gubernaculo quælibet huc, illuc mouetur nauis ad vnius gubernantis nutum. Acies una bene ordinata militum, unius Ducis, vel Capitanei moueť Imperio. Agmen vnum innumerabilium Apum, unius ſolius Regis ſubiacet obedientiæ. Grues literato ordine ꝓcedentes, vnum ſolum ſequuntur caput. Greges oniũ magni, unum ſequuntur Arietem collo tintinabulũ habentem appenſum. Vide tex. ĩ c. In Apibus. 7. q. 1. Et, vt multa vno verbo compræhẽdãtur, ubi eſt multitudo, ibi eſt confuſio. Et, ex confuſione ſequitur diſcordia, quæ importat diſgregationẽm quandam uoluntatum, in diuerſa. ſecũdum S. Th. 2. 2. q. 37. ar. 1. Quã voluntatũ diſcordiam, ſequitur, ſine dubio ꝑditio, & deſolatio. iuxta Domini noſtri Ieſu Chriſti ſententiã. Mat. 12. & Lucæ. 11. videlicet: Omne Regnum in ſe ipſum diuiſũ, deſolabiť. &c.

b Qualiter Moyſes ſanctus, multis in locis oſtenderit Sanctiſſimam Trinitatem, uidebimus infra.



Deum ? [a] Nonne melius fuiſſet
tacere de Trinitate, & ſolũ unũ
Deum adorare, & confiteri?
691 Attende, mi iudẹe, attẽde, &
pro Deo, aperi oculos mentis,
& demonſtrabo tibi uerè Trini-
tatem dictam, & creditam à Pro
phetis, & à Ieſu Chriſto & Apo-
ſtolis eius, & quòd neceſsitas ra
tionis ſuper auctoritate diuina
fundatæ nos coegit, ut eam nos
Chriſtiani diceremus, confitere
mur, crederemus, & publicare-
mus. Nec eſſet nobis facultas,
aut licentia Trinitatem tacen-
di, aut occultandi : imò uiua ra-
tione cogimur eam credere, af-
firmare, & publicare, & nunquã
Deum vnum confiteri, quin in-
continenti iungamus, & dica-
692 mus : Trinum, & unum. Et inci-
piam tibi declarare neceſsitatẽ,
& demum demonſtrabo auctori
tates aſtruentes eam. Et primo,
poſtquàm ſcimus, & credimus,
& auctoritatibus Propheticis &
neceſſarijs [b] edocti ſumus, quòd
Deus miſit Deũ, ut ſaluaret mũ-
dum, aſſumens carnem humanam, vt de ea fieret
693 Sacrificium Deo, pro redemptione peccatorum,
neceſſarium fuit, & eſt nobis credere, & prẹdica-
re, quòd Deus miſit Deum. Si ergo Deus eſt mit-
tens, & miſſus; neceſſe eſt Dẹũ de Deo eſſe ? Duo
dij non ſunt, ut ſint duo Domini diſtincti, quia
vnus eſt Dominus, & tamen licèt unus ſit Domi-
nus, tamen cum ſit mittens, & miſſus, coacti ſu-
mus per punctum fidei, & rationis propheticæ di
cere, quòd ſunt duæ perſonẹ in Deo, una mittẽs,
694 & altera miſſa.[c] Et quia perſona miſſa, qui eſt Meſ
ſias, dixit nobis ſuo ore, quòd Paraclytus Spiri-
tus ſanctus, quem mittet Pater in nomine ſuo, il-
le nos

a Pluſquam uerisſimũ eſt (ut ſic loquamur) de quo mirabiliſſimo articulo tractat quadruplex fidei Catholicæ Symbolũ. Quorum primum dicitur Symbolũ Apoſtolorũ, & incipit: Credo ĩ Deũ Patrem, &c. Alterum dicitur Symbolum maius factum in Nicẹna Sinodo, & eſt illud quod in Miſſa cantatur. Tertium eſt Symbolum: Quicunque vult, à S. Athanaſio compoſitũ, & ab uniuerſali Catholica Ecclesia, magna cum veneratione acceptatum. Quartum eſt tex. in c. 1. De Summa Trinit. & Fide Catho. quem (ultra Gloſ. Abbatem, & alios ibidẽ) declarat optimè S. Tho. opuſcu. 23. & 24. tom. 17. Sunt & alia quatuor Concilia generalia condita à Sanctis Patribus, de Summa Trinitate, & fide Catholica, contra quoſdã Hæreticos. De quib. quatuor Cõcilijs legitur 15. diſt. c. 1. & tex. c. 2. diſt. 23. uide etiã Cõcil. 2. Carthag. c. 1. & Alex. PP. 1. epl. 1. tradit etiam Higenius Papa in Epiſto. decretali. Sixtus PP. 1. Epl. 1. Euariſtus PP. 1. in Epl. 1. Hormiſdas PP. Epl. 1. c. 2. Martinus PP. 1. contra Theodorũ & Cyrum hæreticos. Cõcil. 3. & 4. Tolet. cum multis alijs, uſque ad ſanctiſsimum Tridentinũ, vbi in Seſs. 3. eadẽ Nicæni Cõcilij fides p̃dicatur, adoratur & creditur.

b Quas ſupra adduximus, & declarauimus ꝑ diſcurſum totius tractatus.

c Quod latè & optimè ꝓbat liber qui dicitur Theologia naturalis, maxime, c. 50. 51. & 52. Pro quorum confirmatione ſufficientiſsimũ eſt, S. Thomæ mirabile dictum 1. par. q. 31. ar. 1. dicentis: Trinitatem non eſſe in diuinis, eſſe impoſsibile, quod prius aſſeruerat, in 2. ſen. d. 1. q. 1. ar. 5.

a Ideſt,

le nos doceret omnia, vt dixit Ieſus Chriſtus.
Ioan. 14. Ecce neceſſario Trinitatem, quam tace-
695 re Chriſtiani non valemus; quia per eam ſalua-
ti ſumus. [a] Deus enim miſit Deum, & Deus miſ-
ſus dixit, quòd miſſus ipſe eſt Filius, & quòd mit-
tens eſt Pater. Et etiam Filius Deus dixit nobis,
quòd Spiritus ſanctus mitteretur à Patre in no-
mine ſuo. Hæc omnia, ſic diuulgata ſunt nobis
Chriſtianis per os Meſsiæ, ſic, & taliter quòd non
valemus tacere tantum beneficium; quia ſi ſo-
lùm in vnitate maneremus, quomodo poſſemus
gloſſare, aut declarare, quòd Deus miſit filium
ſuum, vt nos ſaluaret, retenta veritate confeſſa-
ta per os Meſsiæ, quòd Deus eſt vnus, ſecundum
auctoritatem Moyſi allegatam; niſi nos intrare-
mus myſterium Trinitatis? quia videmus mani-
696 feſtè quòd Deus eſt vnus, & non plures Dij in ſub
ſtantia diuina. Videmus quòd in Deo ſunt pro-
prietates mittentis Filium, & videmus Filium
miſſum, & videmus Spiritum ſanctum, qui confir
mauit nos in fide, procedentem à Patre & Filio,
neceſſario ſumus coacti dicere, quòd in Deo ſunt
tres perſonæ, non plurificantes ſubſtantiam diui-
nam, ſed habentes proprietates tres diſtinctas.
Ecce, mi iudæe, quid nos cogit publicare, affirma
re, & credere pluralitatem perſonarum in Deo,
751 ſet captiuus & ſeruus, nullo die ab operibus ſerui
lib. quieſcebat ꝑ uim, ut oppreſsionem ſeruitutis
Aegyptiacæ, Deus liberando eos fecit, ne cui ſer
uirent. Et iõ illa dies eſt ob memoriam duorum
beneficiorum, ſiue gratiarum à Deo collatarum
hominibus, una creationis, & iſta eſt uniuerſalis;
alia liberationis populi hebręorũ, & iſta eſt ſingularis illius popu
li; qa ſolus ille populus fuit ab Aegypto liberatus. Hinc eſt, ꝙ Rab
752 bini iudæorũ ſentiẽtes, ꝙ in lege diuina nihil põt eſſe cõtrariũ ſi-
bi, aut diminutũ, mirant, qũo in primis p̄ceptis Exodi, fuit omiſſa
illa rõ memoriæ captiuitatis Aegypti, & ĩ ſecũdis fuit poſita? Itẽ,
qũo in primis eſt iuſſa & mãdata ſanctificatio illius diei ſabbati,
753 & in ſecũdis obſeruatio, ne fieret in eo opꝰ ſeruile? Et ne qd ſit ĩ le
ge falſum, cõtrariũ, aut diminutũ dicũt, ꝙ mandatũ memorię ſan-
ctifica-

Phariſęus: ieiuno bis in ſabbato, id-eſt, in hebdomada. Aliud demum eſt ſabbatũ, quod poteſt dici uſuale, ſiue dierum: quia poſt ſeptem dies uenit qualibet hebdomada, quia ſic celebrari iubetur in qualibet hebdomada. De quo habet. Exo.20. & ẽ hic ſer.

Nota 6. ad Sacrarum ſcripturarum intelligentiam, quòd omnes dies hebdomadæ etiam ſolent ſabbata appellari; ut patet Actuum. 17. ibi: Per tria ſabbata diſſerebat. hoc eſt, per tres dies. Qualiter ſabbatum erat ſeruandum, habetur Exod.35. & 15. Hierem. 17. & 2. Eſdræ.23. Pœna autem non ſeruantis erat a lege ſtatuta, ut morte moreretur. ut dicitur. Exo 31. ubi Gloſſa interlinealis dicit: morte, ſ. animæ & corporis. vide etiã Lyrã. ibid.

a Falſa



ctificationis, & mãdatũ obſeruãtię ab opere ſerui
li in uno, & eodẽ p̄cepto, & in una & eadẽ inſtãtia
dicta fuere, quaſi uellet, ꝙ cũ ſit certũ, verũ, & no-
toriũ, ꝙ ſemel loquutus ſit dñs in mõte Sinay, in
datione legis, tũc qñ dixit: memẽto ut diẽ ſabba
ti ſanctifices, adiecit: & obſerua illũ ab opere ſer-
uili. Et ẽt tũc ſimul dixit illas duas rões ſancti-
cationis, & obſeruantiæ, primã creationis, & alte
rã liberationis Aegypti, ſępius ſupra repetitæ. Pro 754
batũ eſt igit, ꝙ ex ore diuino iõ iudæi iubent ſer-
uare ſabbatũ, ab iſtis operib. ſeruilibus, ut ſit eis
memoria liberationis Aegypti. Mõ certũ eſt, quia
Hiere. Propheta ſanctificatus in vtero, exemplar[a]
Chriſti; dixit, ꝙ in aduẽtus dieb. filij Dauid (qđ
iudęi oẽs dicũt de Meſsia intelligi) ꝙ nõ diceret
ultra: viuit dñs q eduxit filios Iſrael de terra Ae-
gypti; ſed viuit dñs, q eduxit filios Iſrael de Enla,
& de Senahar, & de cunctis partib. mũdi, &c. Hæc
prophetia hr Hiere. 16. c. & reperitur Hiere. 23.[b]
In qua ſecunda ꝓphetia expreſſe loquit de germi
ne iuſto Regis Dauid ſuſcitãdo, & ſic de Meſsia:
inuitis dentib. iudæi. Habeo ergo ex iſtis ꝓphe- 755
tijs, tã claris, & tã glorioſis, ꝙ in aduentu Meſsiæ
tanta erit, & tã grandis & magnifica liberatio po-
puli Iſraelis ab uniuerſis partibꝰ mundi, ꝙ nõ erit
ĩ memoria nec amplius dicet liberatio Aegypti:
qa uniuerſalis liberatio, & extenſior, abſorbebit
particularẽ. Si hoc eſt verũ, imo qa hoc eſt uerũ, er
go oportet fateri iudęũ rebellẽ, & contumacẽ, ꝙ
ſi hodie ueniret Meſsias Rex tpalis (quem ipſi tã
infeliciter expectant) ꝙ tãta eſſet, & tã grãdis, &
magnifica eorum liberatio tẽporalis ab uniuerſis
partibus Mũdi, quib. detinentur captiui, ꝙ nulla
mentio, ex tunc fieret de liberatione Aegypti. Vanum ergo eſſet 75
eis, & ridiculum, tunc obſeruare ſabbatum, cuius obſeruantia (ut
probaui) eſt ob memoriã eductionis, & liberationis Aegyptiacæ
ſeruitutis; cũ illa liberatio Aegypti nõ amplius ſit dicẽda. Et ſi nõ
dicẽda, multo magis nõ, ob eã ſabbatũ ſeruandũ; qa quod uerbo
non eſt dicendũ, multo minus eſt operis per exẽplũ memorandũ.
Habeo ergo probatum, ꝙ adueniente Meſsia temporali redem 757
ptore populi Iſraelis, ab uniuerſis partibus mundi; non ſeruabitur
ſabba-

a Falſa, & hęretica eſſet propoſitio, ſi quis uelit eã ad ſanctificationẽ in utero referre. Nã, etſi uera & catholica ſit ꝓpoſitio, Hieremiam fuiſſe ĩ vtero matris ſãctificatum, & ab originali peccato mundatum; dicere tamen hoc de Chriſto eſſet hęreſis manifeſta, cũ nec ex uirili ſemine, ſed Spiritus ſancti operatione ſit in ſanctiſs. Virg. utero cõceptus. Quare ꝙ Hiere. fuerit exẽplar Chriſti, põt intelligi ĩ laboribꝰ, & afflictionib. prædicatione, & alijs.

b Aduerte tamen, ꝙ in vtroq; Hieremiæ loco, in noſtra editione uulgata Biblię, nõ dicit, ut dicit auctor hic, ſed ſic: nõ dr ut dicit Auctor hic, ſed ſic: Nõ dicet ultra: uiuit Dñs, qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: ſed, uiuit Dñs, qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis, & de uniuerſis terris.

a Vnde

ſabbatum, nec fiet iniuria maiori liberationi; ſed erit alia dies ſeruanda, ob memoriam maioris liberationis. a

Modò, audi iudæe, ſtultè, qui nō habes cor, & habens oculos non uides. Hieremiæ. 5. Si pro eductione, & liberatione temporali, propter eius excellentiam, (ut tu credis) ppheta Hieremias dicit: Ecce dies veniūt, dicit dominus: nō dicet̃ ultra: viuit dn̄s, qui eduxit &c. quātū magis hoc credendū eſt pro uera eductione ſpirituali, quæ facta eſt p Meſsiā Ieſum, de ſuo populo Iſrael Dei, q ſumus Chriſtiani, q liberauit nos de Aegyptiaca ſeruitute; i. de peccato Adæ, uirtute cuius clauſus erat Paradiſus, & enſis uerſatilis ſtetit ad portā, donec ille venit, ut tui iudæi fatent̃, qa donec ueniret filius Phares, qui fuit deſcendens de Iuda, unde fuit dominus Ieſus ſecundum carnem, non debebat ille enſis,

a Vnde poteſt optimè de illis intelligi illud Amos. c. 5. Odi, & proieci feſtiuitates ueſtras, & non capiam odorem cętuum ueſtrorum. Et clarius. Iſaię. 1. Neomeniam & ſabbatum, & feſtiuitates alias non feram:
iniqui ſunt coe-
tus veſtri, calen-
das ueſtras, & ſo-
lemnitates ueſtras
odiuit anima mea,
758 Quæ auctorita-
tes, licèt ad alium
finem fuerint di-
ctæ; poſſunt nihilo
minus ad noſtrum
accōmodari. Pro
quo nota, quòd
Neomenia. i. ſecū-
dum feſtum iudęo
rum, dicitur inno
uatio, ſeu nouilu-
nium Lunę, Ne-
759 os, enim nouum;
& Mene, lumē ſo
nat. Itaque diem
nouæ lunæ, Neo-
meniam uocant,
& Calendas lega-
les, eratq; dies fe-
rialis apud iudę-
us; tunc enim offe
rebant duos uitu-
los: Arietem unū;
Agnos anniculos
ſeptem; & c. ut vi-
debis. Nume. c. 28.
760 Quod enim fece-
runt Gentiles in
principijs mēſiū,
ad honorem Dianæ, & Iunonis; fecerūt Hebræi in Calendis menſium ad honorem Creatoris Et ideo menſium principia Calendę, quaſi colendæ dicuntur, teſte. S. Iſidor. lib. Etymol. De hac feſtiuitate iudæorum, uide Iacob. Valen. in Pſal. 80. Arnal. Albert. q. 12. §. quintus error, uer. ſecundum. nu. 28. Et, quòd Neomenia figurabat illuminationē Eccl. p Chriſtum; ait S. Th. 1. 2. q. 102. a. 4. ad 10.

De tertio iudęorum feſto, quod eſt Phaſe, multi fuere ſcripti tractatus ad uidendum quando inter Chriſtianos, ſit Paſcha celebrandum. Quibus omiſſis quæſtionibus; Dic Phaſe idem eſſe quod tranſitus, uel Paſcha. Dicebatur autem Phaſe, nox illa, qua immolabatur agnus Paſchalis, quæ eſt. 14. luna primi menſis ad ueſperā (quem nos Martiū uocamus) & in die ſequenti incipiebat feſtum Azimorum, quod durabat ſeptē diebus. De huius feſti cæremonijs uide Exo. 12. & Leuit. 23. & ibid. D. Hieronym. Lyram, Abulenſ. Pau. Burgēſ. & alios. S. Th. in c. 13. Ioelis. in prin. & 1. Corint. c. 5. lectione 2. in medio. Iacob. Valent. in tract. cōtra iudæos. q. 2. Albertinus. ſupra. §. tertium. ubi multa curioſa habet, librū qui dicitur Paulina. de Paſchate. Concil. Nicęnum. quos refert Hiſto. tripartita. c. 12. Canon. 8. Apoſt. Euſebium Cęſar. li. 5. c. 17. quos, & alios refert, & ſequitur Pau. Gryſal. in li. decil. uer. Paſcha. Ex quib. omnibus & alijs, habemus apud Chriſtianos Paſcha eſſe ſemper Dominica die, celebrādum, & non luna 14. more iudæorum; ſed Dominica proximiori lunę. 14. primi mēſis, i. Martij Quod (licèt illi non dicant, quia fortè nō uiderunt) præcepit Pius PP. 1. & habet̃ in ca. celebret. ubi Glo. & doct. de cōſec. diſt. 3. confirmauit Victor PP. in Epl. 1. quæ eſt ad Theoph. Alex. Epiſ. & Cōcil. 1. Arelat. c. 1. Concil. Rom. ſub Silueſtro. actione 1. c. 2. & multa alia Cōcilia. & clarius omnib. Cōcil. 1. Anglican. c. 1. dicēs: celebremus illud

omnes



nec anguſtia, aut deſiderium, quod habuerunt Patres antiqui exiſtentes in ſuburbijs Paradiſi, amoueri, neque tolli. Illo tamē veniente, liberatio fiebat vniuerſalis, non ſolum populi iudaici, ex Aegypto; ſed populi iudaici, aut populi Iſraelis de vniuerſis partibus mundi. Quia Ieſus omnes homines ſaluauit de cunctis partibus mundi, & duxit eos ad terram ſuam, quā promiſit patribus eorum: quod eſt Paradiſus, aut Regnum Cœlorum. Quia, vt ſcias, illa eductio Aegypti in figura contigit iudæis: quia uerè Aegyptū eſt confuſio, qua iudæi detinebantur: & erat figura ſtatus naturæ humanæ exiſtentis in confuſio ſione per peccatum originale, à qua confuſione liberabantur in ſanguine agni: & demum ducebantur ad terram ſanctam, quæ in figura eſt Regnum Cœlorum, quod eſt terra viuentium: vnde, facta iſta liberatione uniuerſali, & ſpirituali, non mireris ſi ceſſat Sabbatum, quod erat ſignum figuræ: quādo tu diceres, Sabbatum ceſſare debet, ſecundum Hieremiam, propter redēptionem temporalem liberationis Meſsiæ temporalis, quem tu infelix expectas. Et ne à me hoc de nouo adinuentum putetur: oſtēdo tibi, iudæe infelix, quod hæc fuit mens, & uerba Ieſu Xp̄i & Apoſtoli ſui Pauli. Primo, Xp̄i Lucæ. 6. & Matth. 12. & Marci. 2. vbi domin' Ieſus ait Phariſęis:

omnes Dominica prima poſt. 14. Lunam. Sumitur autē Paſcha multis modis, ut videre eſt apud Ricar. in 4. d. 11. q. 3. ar. 2. S. Th. & alios. S. Bonauē. ibid. q. 1. art. 2. Gabriel. in Canone Miſſæ. lect. 34. Gerſon. 4. par. ſerm. de Cœna Domini. Et qualiter hæc ſolēnitas celebrabatur quadrupliciter à iudęis & hodie ceſſauerit feſtum Phaſe figura noſtri Paſchatis: uide Arnaldū Alber. ſup. uerſic. Tertium. n. 46. & Albericum. Dictionario. uerb. Paſcha. Significabat enim Phaſe quintuplicem tranſitū. ſ. de mundo, de AEgypto, de morte, de uitijs; & tranſitum Angeli percutientis, ut ait. S. Tho. ſuper Ioel. c. 13. lect. 1. in princ.

Quartum feſtū erat Penthecoſtes; cuius etymologia eſt, penthe, quod eſt, quinque, & Coſtes, ideſt, Decem. Quinque enim decem dies ſunt à Paſchate, vſque ad Penthecoſten: quia poſt quinquaginta dies, à Phaſe, data eſt lex, in cuius memoria illud feſtum celebrabatur, ut habetur Exod. 12. De hoc feſto, uide Lyram. Exod. 23. & Abulenſ. S. Thom. 1. 2. quæſt. 102. ar. 4. ad 10. Archidia. in ca. Noſce, cum tex. & Gloſ. ibid. in d. 75. Alberic. uerbo: Penthecoſtes. Arnald. ſup. uerſi. Quartum.

Quintum feſtū
erat Tubarum, ſi- 761
uè Clangoris; qđ
eſt prima die Lu-
næ Septembris.
Quo etiam die, eſt
feſtum Neomenię
1. Nouilunij, quod
eſt in prima die
Lunæ cuiuſlibet
menſis: & ſic eſt
duplex feſtum.
Vnde in Pſal. 80.
Bucinate in Neo-
menia tuba. Item,
dicebatur feſtum
ſeptimarum, uel
Sabbatum mēſiū,
quia menſis Septē
bris ferè totus ſo- 762
lemnis, & feſtiuus
erat. Dicebatur
etiam feſtum Cę-
reorum; quia tunc
accendebant Cę-
reos. Sed à iudęis
modernis tranſla-
ti sūt Cęrei ad de-
cimam diem eiuſ
dem menſis, quæ
eſt pro mortuis.
De quo feſto habe
tur Num. 29. & Le
uit. 23. Et de hoc
feſto, & quare fie-
bat, & quid ſignifi 763
caret. uide Lyrā.
& Gloſſam in d. c.
29 S. Thom 1. 2. q.
102. ar. 4. ad 10. Ia-
cob. de Valent. in
Pſal. 80.

Sextum feſtum dicebatur Expia-

Q



tio-

tionis, quod celebrabatur die decima Lunæ menſis Septembris, ut habetur Leuitici.23. vbi datur forma Ieiunij, quod tunc fiebat. Quod ieiu-
764 nium dicitur hodie ab apoſtatis Iudaizantibus, ieiunium magnum, & ieiunium perdonamenti, quod idem eſt, quod expiatio. Quod ieiuniũ fiebat in memoriã illius bñficij, quo Dominus indulſit peccatum de fabricatione uituli. De hoc feſto agit Cardin. Hugo, & Lyra. & Alphonſus Toſtatus. ibid. & S. Tho. ubi ſup.

Septimum feſtum appellabatur Tabernaculorum, quod decima quinta die Lunæ men-
765 ſis Septembris celebrabatur, ut habetur Leuit.23. Et dicebatur Scenophegia, ideſt, fixio Tabernaculorum. De multis cęremonijs, quæ in hoc feſto ſeruabantur, vide Lyram in d. capitulo 23. Leuitici. S. Thc. ſup. Ioſephum, & alios, quos citat Arnal. Albert. ſup. nu. 51.

Octauum feſtũ Cœtus, ſiue colle-
766 ctæ dicebatur; qđ octauo die à quintodecimo die Lunæ dicti menſis celebrabatur: &

quòd Dominus eſt filius hominis, etiã Sabbati. Quid eſt hoc dictũ, cùm ipſe redargueretur ab eis ſuper violatione ſabbati: reſpondebat eis, de eo quod fecit Dauid in panibus propoſitionis: quaſi uellet; ſi ille, qui erat Meſsias temporalis, & vnde Meſsiæ æterno ortus erat, audebat aliquo modo pro tempore, aut hora, contraire legi Moyſi: multò magis Meſsiæ æternali, qui ipſe erat, qui & erat dominus diei ſabbati. Quid eſt hoc dictum, nec quomodo erat Xp̄s dominus diei ſabbati, niſi quia cũm eſſet uerus liberator, & uniuerſalis Redemptor, ſabbatum, quod erat ſignum Redemptionis particularis, & enigmaticę, ſ. captiuitatis Aegypti, erat ſibi ſubiectum, & ipſe erat dominus ipſius diei, quia facta liberatione per eum, tanquam dominus annihilabat ſabbatũ. Et hic eſt vulgaris loquendi modus, cùm dicimus: Ego ſum dominus huius rei, de re quã ſuppeditamus, aut annihilamus, aut eam ex toto tollimus, ꝓut volumus. Hoc idem ſenſit in ſabbato Apoſtol. Pau. ad Colloſ. c.2. vbi ſic inq̄t: Nemo vos iudicet in cibo, aut ĩ potu, aut parte diei feſti, aut Neomeniæ, aut ſabbatorum, q̄ ſunt umbra futurorum: corpus autem Chriſti.

Ecce hic expreſſum, quod ſabbatum erat umbra futuri corporis Chriſti. Quaſi clarè uelit, ꝙ Chriſtus, qui erat futurus Redēptor

ſic octauo die à feſto Tabernaculorum: qui dies ſolemnis erat, ut habetur, Leuit.23. & tradit Lyra, Burgenſ. & alij ibidẽ. Apud quos, & Abulenſem, & alios ibid. & S. Th. ſup. multa de hoc feſtò inuenies.

Ex quibus omnibus nota, ꝙ (ſecundum S. Thom. 1.2. quæſt. 103. ar. 3. ad fin. & Turrem Crem. in capitu. 1. de conſecr. di. 3. a. 1.) in horum octo feſtorum locũ ſuccedunt aliæ octo principales feſtiuitates, quas Sancta Romana celebrat Eccleſia, Nã Sabbatum, quod ſignificat primam creationem, mutatur ĩ die Dominica, in qua commemoratur noua creatura, inchoata in reſurrectione Chriſti.

¶ Feſto Paſchæ ſuccedit feſtũ Paſsionis, & Reſurrectionis.

¶ Feſto Penthecoſtes, in quo data fuit lex vetus, ſuccedit feſtũ noſtrũ Penthecoſtes, in quo data fuit lex ſpiritus.

¶ Feſto Neomeniæ ſuccedit feſtum B. Mariæ, in qua primo apparuit illuminatio Solis, ideſt Chriſti ꝑ copiam gratię.

¶ Feſto Tubarũ ſuc-



ſuccedunt feſta Apoſtolorum Et merità, quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, ut habetur. Pſ. 18.

¶ Feſto Expiationis ſuccedũt feſta Martyrum, & Confeſſorum.

¶ Feſto Tabernaculorum, ſuccedit feſtum Dedicationis Eccleſiæ.

¶ Feſto Cœtus, & collectæ ſuccedit feſtum Angelorum, uel omniũ Sanctorum. De q. bus omnibus uide etiam Rationale Diuinorum officiorum in ſuis ꝓprijs locis, maximè de ſancto Paſcha. lib. 6. capitu. 86. & Thimotheũ. de diuinis officijs.

a Pro cuius confirmatione conſiderare oportet, ꝙ dum Sol aſcendit vſque quo perueniat ad altiorem gradum, uel lineã meridiei, ſemper cauſat umbram in omnibus corporibus. At quando illuc uſque aſcendit, & corpora ꝑpendiculariter reſpicit, nullam cauſat umbram. Eodem modo, quouſque Sol uerus iuſtitiæ ad illum gradum peruenit, de quo ipſe dicebat: Cũ exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum, omnia erant

ptor uniuerſalis, & ſabbatum, quod erat ſignum liberationis particularis, & temporalis, ſe habebant, ut umbra, & corpus faciens ipſam umbram: quia quodlibet corpus naturaliter facit umbram poſt ſe, in ortu Solis.

Et quia Chriſtus fuit Sol oriens ſuper terram, erat corpus vmbræ diei ſabbati, quæ poſt
tergum Chriſti præceſſerat: un- 767
de ueniente corpore ceſſauit umbra.[a] Habes ergo iudæe, quomodo cauſa obſeruationis ſabbati fuit pro memoranda liberatione Aegypti. Et volo, quòd notes, quòd in nullo aliorum præceptorum decem, nec ipſorum obſeruantia, non eſt poſita cauſa, quare obſeruentur, niſi in iſto: adeo ut noſcas prouidentiam diuinam, ſi uis, ut ibi cauſa ceſſare debebat, merito ceſſaret obſeruantia illius diei, quo ad illam diem, non in genere, quo ad requiem vnius diei, ubi eſſet cauſa maioris requiei, ſicut eſt in die Dominico,
ubi eſt dies requiei noſtræ liberationis uniuer- 768
ſalis, per reſurrectionem Chriſti, & ideo non ſeruamus diem Veneris, licèt illa die fuerit facta ſaluatio, quia illa fuit dies operis, & laboris noſtræ ſaluationis: dies uerò requiei fuit dies Dominica, quæ fuit dies reſurrectionis, & requiei laboris domini in noſtra ſaluatione: ſicut ſabbatum in opere diuino, ut dicit Iſaias. 43. ibi: uerumtamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis, &c. vbi incontinenti loquitur de pec-
cato Adæ. 769

Ex quibus apparet, quod dies paſsionis fuit dies laboris: & dies reſurrectionis fuit dies requiei. Sic quod ex cauſa ibi; ubi eſt mandatum obſeruantiæ diei ſabbati propter memoriam liberationis temporalis, & particularis, eſt mandatum obſeruantiæ diei Dominicæ propter me mo-

vmbræ, & figuræ; Cùm autem accẽdit in Crucem, & ſuis radijs materialis Solis lucem obſcurauit; finitæ fuerunt myſteriorum umbræ, & apparuit ueritatis claritas. & ideo dixit conſummatum eſt.

a Non

moriam maioris liberationis vniuerſalis, & ſpiritualis.

770 Et volo, quod notes, quòd in obſeruantia diei ſabbati declarando Deus, licèt pro tunc iubeat ſabbatum ſeruari, iubet ipſum ſeruari, ut unum diem de ſeptem: [a] & ſic ſeptimum diem: & tunc erat ſeptimum ipſum ſabbatum, propter memoriam ipſius redemptionis temporalis: nunc eſt dies Dominica, qui etiam eſt unus de ſeptem diebus propter memoriam redemptionis ſpiritualis.

Sic quòd præceptum eſt idem, licèt dies ſint diuerſi: cum tamen ad mentem præcipientis ſint idem etiam dies, attenta intentione cauſæ, & finis ipſius.

771 Et, ſi dicis, quomodo in die Dominica nos Chriſtiani non ſeruamus morem ſabbati antiquum, in decoctione ciborum? Reſpondeo, quòd quia dies ſabbati ſeruabatur ob memoriam redemptionis temporalis AEgyptiacę, in qua captiuitate conſtituti iudęi, ſic omni die laborabant in inquiſitione palliarum, & laterum opere, & alijs temporalibus ſeruitijs, quòd nullo die vacabant, uoluit Deus eos liberans, quòd ob memoriam tanti miraculi, die ſabbati ab omni opere uaccarent, quòd etiam cibos in præcedenti die præpararent tanquam liberi, & die ſabbati nihil facerent: quod erat eis ſignum magnæ libertatis, & quietis ab illa ſubiugatione temporali.

772 Et uolo, quod notes, quod in præcepto Deus, non prohibuit expreſſe, quòd cibi non decoquerentur in ſabbato, ſed quòd ceſſaretur ab operibus ſeruilibus, cùm ſubiungit de boue, & aſino, &c.

Hæc omnia dico, quia oportet me tecum ad literam Iudaizare, vt uincam proteruiam tuam: [a] ſic ergo in colendo
773 ſabbato, ſubſtantia præcepti ſtat in obſeruantia unius diei ſeptimi ab opere ſeruili, propter memoriam liberationis temporalis AEgyptiacę, non, in non decoctione ciborum: modo ueniente maiore liberatione, non ſeruatur ſabbatum, ut prædixit Hieremias, ſed ſeruatur dies Dominica.

774 Et, ſi dicis, in quo ſeruatur? Dico, quòd in memoria illius, quod ſignificat, quia ſicut Deus nos liberauit à ſeruitute peccati, illa etiam die vacemus à ſeruitute ſeruili operum in qua

pro-

a Non intelligas auctoris intentionem fuiſſe Iudaizare; ſed ſic eſt intelligendus, quod quemadmodū dicebat Apoſtolus; omnibus factus sū omnia, ut omnes Chriſto lucrifaciā ſic auctor noſter, ut Iudæos perfidos conuincat, atque conuertat, uidetur quaſi cum illis in aliquo conuenire pro tunc argumentando.

a Mul-



pronum, [a] & promptum eſt peccatum; non à decoctione ciborum, in qua non peccatur, [b] imò cum ſint neceſſaria ad uitam cōtinuam, quis meretur, ſi quis ijs cibis rectè vtitur, ſolum eſt vaccandum die Dominico à peccato, [c] & vacandum ſpiritualibus.

775 Et ideo ex præcepto iubentur Chriſtiani illa die audire Miſſam, & vacare in Eccleſia in memoriā ſuæ ſpiritualis redemptionis. Abſit quòd debeant vacare in abſtentione decoctionis ciborum, quia iſtud tunc fuit cęremoniale, & in contrariam obſeruantiam ſubiectionis Aegyptiacæ.

Et hoc eſt quod Doctores Eccleſiæ dicunt, quod Sabbatum erat cœremoniale, quod ad eius obſeruantiam; adeò, quòd quo ad eius ſanctificationem adhuc Sabbatum colitur eo modo, quo coli debet inter Chriſtianos.

776 Quæ enim erat ſanctificatio Sabbati? Certè, ut recordarentur de eo propter memoriam creationis mūdi: hoc ſatis Chriſtiana fides colit, & melius quā aliqua natio, cum in primo Articulo Symboli confiteatur: Credo in vnum Deum, creatorem cœli & terræ.

777 ¶ Habes ergo, iudæe, apud Chriſtianos, quomodo Sabbatum ſanctificatur. ¶ Habes, ex qua cauſa celebrabatur, & obſeruabatur, apud Iudæos.

¶ Habes,

a Multa hic inuoluit noſter auctor, quæ ſi ſic confuſa remanerent, ſcrupulos poſsēt, haud paucos generare. Ait.n.primo, q͞ in opere ſeruili pronum, & promptū eſt peccatū, quod non eſt intelligendum ita abſolutè, vt dicitur: Nā omnes mechanicæ artes, officia, ac manualia exercitia, ſi bene exerceantur, bona ſunt. Nec iō prohibentur in feſtis quia mala, ſed prohibentur propter præceptū vacandi Deo. Quia ſi eſſent mala, nec alijs diebus exerceri poſſent. Imò, (ſecluſa omni humana indigentia) manualia, ac corporalia exercitia, optima ſunt remedia contra peſtiferum ocij uitium, pniciosiſſimū animæ inimicum. De quo ait Eccleſiaſticus. c. 38. Multam malitiam docuit ocioſitas. Et ultra multa Sacræ ſcripturæ teſtimonia, & Doctorum auctoritates, quas ponit Polyantea, verbo, Ocioſitas, & alij Doctores, uide totum aureum opus D. Auguſtini, de opere Monachorū, & D. Chryſoſt. ſup Ioan. Homil. 26. dicentem: Peruerſi facti ſumus ocio, & infra. Non laborare, nos corrumpere aſſueuit. Itaque laborare, & alias artes exercere ī die Dominica nō eſt malum, niſi quia prohibitum.

b Dummodo ſimplici animo fiat, & nō cum animo aliquam ſuperſtitionem, uel errorem introducendi, qa tunc eſſet peccatū mortale ex illo malo animo; quemadmodum (ſicut dicunt omnes Doctores) Miſſam celebrare, eleemoſynam elargiri, aliaque ſancta facere, eo animo, mortale eſſet peccatū, ut poteſt uideri latè in noſtro Candelabro Aureo Eccleſiæ S. Dei 1. par. tit. de Cōfeſſione, nu. 62. cum ſequentibus.

c Falſum eſt, ſi ita ut ſonat, eſſet intelligendum; Quia etſi ſanctiſsimū ſit à peccatis abſtinere ſemper, & maximè diebus feſtiuis: nihilominus tamen, ab omni opere ſeruili eſt, ſub pręcepto abſtinendum, quæ opera declarant Doctores in explicatione Tertij præcepti Decalogi. maximè Ioan. Ludouic. Viualdus ī lib. Opus Aureum, de ueritate Cōtritionis.

¶ Habes, quomodo in aduentu Meſsiæ non debebat ſic ſeruari.

¶ Habes, quomodo per os Meſsiæ, ipſe debebat eſſe dominus ipſius Sabbati, & ſic ipſe iubebat ceſſare eius obſeruãtiam.

¶ Habes quomodo Apoſtolus Paulus tuba Chriſti, & vas electionis ipſius illud dixit eſſe figuram corporis Chriſti. Sic ergo reſponſum eſt formæ argumenti, quia nos Chriſtiani, ex Dei præcipientis in Decalogo obſeruantiam Sabbati, per cauſam particularem ibi poſitam, & auctoritate prophetiæ Hieremiæ in duobus locis annotatæ, & ex verbis Chriſti expreſſis, & per Apoſtolum poſtea dictis, non noſtra auctoritate, mutamus legem, non obſeruantiam ipſius.

¶ *Tertia: Cur pœnæ temporales peccati Adæ, non ſunt per Meſſiam ſublatæ?*

EXtolit iudæus uocem ſuam clamans: Audio uos Chriſtianos, [a] pp peccatũ Adæ tollẽdum, Deũ carnem aſſumpſiſſe, eamq; crucifixiſſe, ut ſaluaret, [b] tolleretq; pœnã mortis æternę, proueniẽtis ex peccato. Sed cur non abſtulit mortis temporalis pœnam, & alias pœnas uitam cruciantes, vt puta: in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, & mulieris erumnas, partuſque dolores? [c]

nis. Caniſius, in Summa Doctrinæ Chriſtianæ. Petrus Soto. in Inſtitutionibus Catholicis. Nauar. in man. c. 13. An autem, qui peccat ĩ die feſto, teneatur confiteri illam circunſtantiam diei feſti, reſoluimus ĩ noſtro
778 Candelabrõ, ſup. nu. 44. dicentes, ꝙ non niſi in certis caſibus ibidem expreſsis.

a Subaudi: dicentes.

b Quod (vt Sanctos Prophetas omittam) dixerat Angelus Ioſeph. Matt. 1. dicens: Ipſe enim ſaluum faciet Populum ſuũ à peccatis eorum. Et ipſe Chriſtus Matt. 18. dixit: Venit Filius hominis ſaluum facere quod perierat. Et Ioan. 3. Vt ſaluetur Mundus ꝑ ipſum. Et 1. Corint. c. 15. Chriſtus mortuus eſt ꝓ peccatis no-
779 ſtris, ſecundũ ſcripturas, & alia mul la poſſent adduci teſtimonia.

c Argumentatur bene, cum acceſſorium teneatur ſequi naturam ſui principalis, tex. in regula: acceſſoriũ 42. in ordine, de reg. iu. 6. *Et cui cõ*ceditur quod eſt plus, concedit̃ qđ eſt minus. Regula. Cui concedit̃, uel, cui licet. 53. ĩ ord. eod. tit. Sed inferius ponitur ſolutio. Facit etiã, qa ad hoc vt uerificetur illud Pſalmi. 120. Copioſa apud Deum redemptio. oportet ut hõ non tantum à culpa & pœna in Baptiſmo ſit ſaluus; ſed etiã ab omni pœnalitate. Item, cum Dei perfecta ſint opera. Deut. 32. & homo non perfectè, & in totum fuiſſet liberatus, daretur imperfectio ĩ operibus Dei. Præterea, Princeps, uel iudex, qui reũ ad mortem condemnatum à morte liberat, & illum ad Triremes dãnat, non dicitur illum liberare, ſed naturalem mortem in ciuilem permutare. Ita Chriſtus uidetur peccatori ꝑ Baptiſmum, mortem æternam condonare, tñ illum dimittit in manibus paſsionum ac pęnalitatum. Multa alia argumenta ponit. S. Tho. 3. p. q. 69. ar. 3. & Doct. in 4. d. 6. maximè Sotus. q. 1. art. 2. Quibus auctor noſter hic, benè reſpondet.

a Quia

Et



Et ſi dicant Chriſtiani dicto 780
iudæo, iſtas pœnas temporales auferẽdas in reſurrectione, vbi mors temporalis penitus erit ſublata, & aliæ anguſtiæ corporis penitus uaccabunt; Dicit iudæus; cur diuerſum, & an manus veſtri Meſsiæ fuerit abreuiata, ne ſimul, & ſemel ſaluare poſſet quo ad animam, & corpus?
Sed quid eſt, dicit infelix iu- 781
dæus, uos Chriſtiani, quæ ſpiritualia ſunt uobis fingitis, mendacio, & pingitis vt vultis illa, quæ corporalia ſunt, & oculis ſubiecta, vt tergiuerſatione cęlari, aut alterari non poſſint, & in quibus oculus non poſſit falli, ſi ueritate niteremini, differtis in diem iudicij. Cum uenerit dies iudicij, uidentes tunc credemus, ſi uerum Chriſtiani dicitis, nunc nolumus credere. [a]

Etenim iudęo fatendum eſt, & concedendũ, ꝙ 782
pœnæ corporales, videlicet, mortis, & alię corporis paſsiones, & erumnæ fuerũt neceſſariæ pœnæ peccati originalis, quia ante peccatũ poterat mori, & poterat nõ mori homo poſt peccatũ, neceſſario moriendum eſt homini, ut plenè Theologi tradunt, in 2. ſent. diſt. 19. & iudęi, & iudæorũ auctores, hoc uolunt, in illis verbis: In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris, Ge-
neſ. c. 2. [b] quia dicunt, ꝙ in iteratione & duplica- 783
tione uerbi: Morte morieris, deſignantur duæ mortes; mors huius ſęculi corporalis, & mors animæ æterna futuri ſæculi. [c] Et etiam ſi nõ curemus de gloſſa iudæi in verbo, morte moriaris, tamen certum eſt ꝙ non comedendo de ligno uetito, nõ moreretur homo, comedendo uero, moriendum illi erat, per neceſsitatẽ tranſgreſsionis præcepti, & hoc probat textus ad literam, & ſic poterat mo-
ri, & poterat non mori. [d] Cum modo dicitur, ſi 784
mors

a Quia miſeri iudæi, nunc credere nolunt, & cũ tempus habent nolũt operari bonũ contra Apoſtolum ad Galat. 6. dicẽtem: Dum tempus habemus operemur bonũ, &c. tunc in die iudicij credere non poterunt, quia iam fides nõ erit, cum manibus palpabũt illa oĩa, quæ à Catholicis audierunt, & minimè credere voluerunt. Eſt, enim Fides (ut communiter dicitur) credere quod nõ uides, & ſecundum Pau. Hebræorum 11. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperãdarũ, argumentum non apparentium. Ad quam diffinitionẽ reducuntur ſex aliæ, quas ponit S. Th. 2. 2. q. 4. ar. 1.

b Et patet clarè ad Hebr. c. 9. ibi: Statutum eſt hominib. ſemel mori, ut declarãt oẽs ibidẽ. Et optimè, & copioſè, multos citãs auctores, Flores Theolog. q̃ſt. in 2. lib. ſent. diſt. 19. per multas concluſiones, ubi multa reſoluit.

c Vt nos iam ſup. notauimus.

d Triplex enim eſt ſtatus humanæ naturæ, primus naturæ inſtitutæ, ſiue innocentiæ, in quo poterat homo mori, & nõ mori. Secundus, naturæ lapſæ, in quo homo poteſt mori, ſed non poteſt nõ mori, quia (ut ſupra dictum eſt) ſtatutum eſt omnib. hominibus ſemel mori. Et tertius naturæ glorificatæ. Iuſti, enim in perpetuum viuent. Sapien. 5. De hoc uide Alex. de Ales. S. Th. S. Bonauen. Durand. Scot. Ricar. & alios, quos refert, & ſequitur Flores Theol. q̃ſt. in 2. ſent. diſt. 19. q. unica. ĩ principio.

a Credo

mors Meſsiæ abſtulerit omnes
pœnas? Dicendũ eſt,ꝙ ſic, quia
alias non eſſet plena ſatisfactio
ipſius Meſsiæ, ſi omnes pœnas
non deleuiſſet. Cum iteratur ꝑ
iudæum,vbi nam apparet de de
lectione, & ſublatione mortis
corporalis? Hic iudęus obturat
785 aures more Aſpidis ſurdæ,ut ni
hil uelit per intellectum intelli-
gere, niſi per oculos corporales
uideat.Sed certè melior eſt ocu
lus intellectus, qui non poteſt
falli, q̃ corporalis, qui aliqñ per
loroſiam [a] fallitur. Et qui oculũ
intellectus non haberet, nihil
poſſet cõſequi, de ſubſtantijs ſe-
paratis, quas Philoſophus a-
ſtruit,& demonſtrat.in 8. Phyſi
corum,& in 12.Methap.luculen
ter per oculum intellectus, q̃ q̃
oculus corporalis nihil poſsit
uidere de talibus ſubſtantijs.
Modo iudæe, aperi oculos men
786 tis,ut uideas,& videbis ꝙ neceſ
ſario ſunt ſublatæ pœnæ corpo-
rales, per mortem Meſsię, & ꝙ
non potuerunt ita citò aboleri,
nec tolli,ut ſpirituales.

787 Et ſciendum eſt, quòd Auguſtinus in lib. 13.c.
3.vol.4.de Ciuit.Dei ibi,in uerſu. Si quem uero
mouet,cur,vel,ipſam mortem patiãtur, ſi & ipſa
peccati pęna eſt, quorum per gratiam reatus abo
letur,&c.ubi in effectu dicit,ꝙ ſi per Baptiſmum
aut per mortem Chriſti,continuo in nobis ſequu
ta eſſet, aut ſequeretur corporis immortalitas,ip-
788 ſa fides euacuaretur,quæ tunc eſt fides,quia expe
ctatur in ſpe,quod in re non uidetur, quia per fi-
dem,ut in Martyribus fidei Chriſtianę apparuit,
etiam mortis fuerat ſuperandus timor, [b] quæ vi-
ctoria non potuiſſet apparere, ſi per lauacrum re-
genera-

a Credo ꝙ auctor noſter hic,ſciuerit huius nominis ſignificationem: & ſic, quemadmodus Dominus noſter Ieſus Chriſt⁹. Ioan. 3. dicebat: Quod ſcimus loq̃mur;ita auctor hic ſibi tantum locutus fuit, quando hoc ſcripſit uocabulum .ſ. Loroſiã. Quod ideo, dico, quia circa eius ſignificationem Calepinum, & alios uidi: Græcos, Aragonios, Valentinos, Caſtellanos, ac Luſitanos conſului, & apud neminem,quid,loroſia ſignificet, inueni. Ideo,in re parui momẽti, unuſquiſque ex antecedentibus & conſequẽtibus quid voluerit ſignificare facile conijciet. Nos autem in lingua Caſtellana fortè (por trampantos) declarabim⁹, quod Latine ꝑ falſam apparentiam ſignificat.

b Quemadmodũ fuit in Apoſtolo Paulo ſuperato, q 2. Corin. 4. dicebat: Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, ut & uita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Semper enim, nos qui uiuimus,in mortẽ tradimur propter Ieſum, &c. Et ad Roma. 8. Poſtquã multa dixerat, cõcludit; Certus ſum enim, quia neque mors, neque uita, neque Angeli, neque Principatus, &cæt. poterit nos ſeparare à Charitate Dei, quæ eſt ĩ Chriſto Ieſu Domino noſtro. Quẽ Apoſtolum ſequutus S. ille Martyr Ignatius, dicebat, cum leonibus tradebatur: Nunc incipio eſſe Chriſti diſcipulus; nihil de his, quæ uidentur, deſiderans, ut Ieſum Chriſtũ inueniã. Ignis,crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorum diuiſio,& totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me ueniant, tantũ Chriſto fruar. &c. ut in eius hiſtoria legitur 1. die Februarij.

a Quo-



generationis iam baptizati nõ
poſſent perpeti mortem. Et qui-
libet potius ad gratiã Baptiſmi
curreret, ne à corpore ſolueret,
nec mortem guſtaret, q̃ propter
fidem. Et ſic nõ inuiſibili ꝓmio
probaretur fides. Nunc uerò di-
cit Auguſtinus,maior, & mira- 7
bilior gratia Saluatoris in vſus
iuſtitię peccati pœna commiſſa
eſt. Tunc enim dictum eſt homi
ni: morieris,ſi peccaueris;nunc
dictum eſt Martyri: morere, ne
pecces. Quod tunc timendum
erat,ne peccaretur; nunc ſuſci-
piendum eſt, ut non peccetur.
Hęc ſunt Auguſtini. Ad quæ re- 790
mitto plenius in loco præallega
to,& ad illa, quę plenius tractan
tur ſuper hoc articulo per Theo
logos, in 2.lib. ſent.diſt.19. vbi
in effectu Magiſter & alij dicunt, quòd Saluator
pœnas corporales tollendas reſeruauit in futuro,
ubi nouiſsimè tollẽs,& deſtruet inimica mors. [a]
Or,adhuc iudęus infelix perſiſtit, in ſuis perfi- 791
dis rationibus,niſi auctoritate,& ratione ſupere-
tur. Et dicit,quod nõ uideo,nõ credo. [b] Sed dico
ego,quid uis iudęe,ꝙ ſicut Chriſtus in cruce, aut
in Baptiſmo,uirtute præcedẽtis crucis, & mortis
abſtulerit pœnas animæ ęternas, ita feciſſet cor-
pus immortale,& impaſsibile,ſine ęrumnis,& ſu
dore,ac labore? Dico tibi,ꝙ non petis iuſtũ,quia 792
ſaltẽ petere deberes, ꝙ homo redijſſet ad priorẽ
ſtatũ,uidelicet,ꝙ uixiſſet in corpore ſemꝑ,prout
ante, cibis corporalib. vtens, & deambulans ad
aurã huius mundi, ſine neceſsitate mortis corpo
ralis,& ſine paſsionib.corporalibus,cum tñ peri-
culo mortis,& ęrumnis corporalibus, ſi comediſ
ſet de ligno uetito;modo ſtet ſic, ꝙ poſt mortem
Chriſti eſſet ſublatum peccatũ,& reſtitutus viuẽ- 793
di modus,prout erat ante peccatum: certè adhuc
Hh tunc

a Quorũ Doctorũ auctoritatibus, & aliorum, quos, ſupra,nu.760. citauimus, uidetur Iudęorũ argumentis ſatisfactũ: Sed meo iuditio (ſub S.R.E. correctione) replicari poſſet in hunc modũ: In uniuſcuiuſque iuſti particulari morte finiũtur, & extinguñt omnes eius paſſiones,pœnalitates, & miſeriæ. Si autem iniuſtus moriatur, ſtatim poſt eius mortem,incipit pęnã, miſeriam, ac mortem æternam guſtare: Quomodo ergo,uel quando, in futurũ ſunt auferendæ ab eis pœnalitates & afflictiones? Dicerem ego (ſub dicta correctione) ad auctoris noſtri,aliorumque argumenta,ꝙ etiam ſi Deus in futurum,non eſſet pęnalitates has ablaturus; iuſtè tamen, prudenter, ac rationabiliter, noluit eas à iuſtificatis per Baptiſmum auferre,in ſignum amoris pręcipui,uidelicet,ut maiorem lucrarẽtur gloriam,cõtra tales, dimicando inimicos. Habuit enim ſe Deus ad modum patris filium aliquem diligentis, qui nõ tantum eſt contentus relinquere filio dilecto legitimã cũ alijs fratrib. poſt mortem, ſed etiã in uita tradit illi quantitatẽ aliquã pecuniæ,qua poſſit negotiari, & ſibi lucrari ultra alios fratres ſuos.

b Quemadmodũ. Ioan.c 20.in Euãgelio qđ hodierna die.ſ. Dominica in Albis anni 1591.quando hæc ſcribuntur; dicit Thomas Apoſtolus alijs Chriſti diſcipulis: Niſi uidero &c.non credam. Sed utinam Iudæorum aperiãtur oculi,ut S.Th. fuerunt aperti.

a Di-

tunc duraſſet prohibitio edendi [de] ligno ſcietiæ boni, & mali, ut homo euitaret poſſibilitatẽ moriendi, prout ante, & ſic inciderunt in lapſum peccati, & prohibitionis, & poſſent cadere à ſuo ſtatu, quotiens ſeduceretur, & comediſſet, omneſq; periſſemus, ſeducto primo parẽte; & ſic opus Dei fuiſſet imperfectũ, nec ſaluaſſet peccantẽ, ſed iterum poſuiſſet hoĩem in ſtatu peccãdi. Quid ergo decuit Deum facere, vt perfectũ opus faceret? Nõ ſolum reſtituit hoĩem in primũ imperfectũ ſtatũ, vbi poterat peccare, & mori; ſed oportuit facere opus perfectum, videlicet reſtituere hominem in ſtatũ perfectum, vbi nõ poſſet mori, nec peccare. Hoc non meruit hõ ex gratia ſuę uirtutis, ſed ex gratia Dei,[a] cum hoĩe ſimul, quod aliter contingere non põt, niſi ꝙ Deus cõcedat per ſuã paſsionẽ, & ꝙ homo credẽs, & uiuens mereatur, & merendo, per fidẽ hoc lucretur, & cõſequi mereaťr.[b]

Modo, iſta probãtur ex uerbis, & mẽte Prophetarũ. Primo, Iſaiæ 25. c. ibi. Pręcipitabit morte) in ſempiternum, & auferet Dñs oẽm lachrimam ab omni facie, & opprobrium Populi ſui auferet de vniuerſa terra, quia Dñs loquutus eſt. Itẽ. Oſeę. c. penul. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, ero mors tua, ò mors; ero morſus tuus, inferne.[c]

Modo, iſti textus tam Iſaiæ, quàm Oſeę, non aptatur, niſi Deo Saluatori, qui eſt ipſe uerus Meſſias, qui eſt Saluator, & ſanctus Iſrael, ſic ſæpè nominatus per ipſum Iſaiam.

Dicas mõ iudee, qũo põt tolli in ſempiternum mors nouiter, niſi auferat alia forma, quã pridẽ ꝑ creationẽ erat ſublata? Per creationẽ. n. ut ſcis, nec lachryma, nec mors erat ſublata; imò primi parẽtes, quia poterãt ſeduci in comeſtione ligni ſciẽtię boni, & mali, ubi erat mors, ſemꝑ fuere in periculo mortis, & ęternę, & corporalis, & nos ꝑ illos.[d] Si ergo Deus dẽt delere mortem, in ſempiternũ, vt apparet ex his textibus, & auctoritatib. Prophetarum, non erit poſsibilitas moriendi? Iſtam gratiam, nõ ualemus cõſequi, ſi redimus ad ſtatum

a Dicẽte Apoſtolo. ad Titum. c. 3. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecũdum miſericordiã ſuã ſaluos nos fecit, &c. Et 1. Petri. c. 1. Secundũ miſericordiam ſuã ma-
794 gnam regenerauit nos, &c. cum alijs ſimilibus.

b Optimè requirit Auctor hic fidẽ, & merita operũ. Quia quemadmodum impoſsibile eſt ſine fide placere Deo; ſm Paul. Hebr. 11. ſic ſecundum eũdem in multis locis, &
795 S. Iacob. c. 2. Fides ſine operib. mortua eſt.

c Quas auctoritates ſupra in ſuis locis declarauimus.

d Ad quod probãdum notandũ eſt, primum hominẽ in ſtatu Innocen-
796 tiæ, ex natura ſua nõ fuiſſe immortalem. Nam mortale illud rectè dicimus, qđ mori poteſt, quamuis neceſſario nõ debeat mori. Quod auctoritate. D. Pauli ad Rom. c. 8. cõfirmatur dicentis: Viuificabit mortalia corpora ueſtra, quaſi dicat: aufe-
797 ret mortalitatem, ita ut mori nõ poſſint. Quia non tñ auferet neceſsitatem mortis, ſed & poſsibilitatẽ. Nã quod



ſtatum primum primi parentis. Oportet nos ergo nouum ſtatũ per nouam gratiã, & nouã obedientiam conſequi, quam aliter non valemus cõſequi, niſi ſeruata iuſtitia per meritum vitæ, vt docet ſupra Auguſtinus, quem modo explicite, ſi vis, & nõ obturas aures intellectus intelligis. Vnde, ſicut Meſsias per ſuã paſsionem, & mortem, abſtulit mortẽ animę, iam incurſam per peccatum primi Parentis; nõ tñ ſic eam abſtulit præciſe, vt ꝑ ſuã mortem omnes ſine iuſtitia vadamus ad gloriam, niſi ſequuti fuerimus[a] veſtigia, & fidẽ Meſſiæ. Sic mors corporalis non debuit tolli confeſtim poſt mortẽ Meſsiæ, niſi ſeruata iuſtitia huius uitæ.[b] Et hinc uides, manifeſtam neceſsitatẽ reſurrectionis, ad corpora; ut illa habeant ꝑ iuſtitiam uitã, aut mortẽ,[c] ſecundum merita, ſicut de anima credis, & credere debes, vt vidiſti ſuo loco. Si. n. Meſsias debuiſſet actu cõfeſtim tollere oẽs pęnas corporales, reducendo corpora ad ſtatũ primi noſtri Parẽtis Adæ, oportuiſſet mortuorũ corpora tũc reſuſcitaſſe ſaltẽ iuſtorũ.

Et quęro à te, qđ feciſſet de iniuſtis mortuis, q̃ merẽtur inferni pęnas? aut reſuſcitaſſet, & fuiſſet in pręmium eis, nõ pęna Meſsię aduẽtus; aut reliquiſſet eos in morte, reſuſcitãdos ad diẽ iudicij, vel qñ, tu te iudica, & uidebis, ꝙ ſicut animæ ſaluatio fuit ꝑ mortẽ Meſsiæ, in ſpe, ꝑ uitæ iuſtitiã, & nõ potuit eſſe actu; ita & corporũ reſurrectio, & corũ ſaluatio, & gloria debuit neceſſario ꝑ ſpẽ iuſtitię, & fidei Meſsiæ dilatata uſq; ad diẽ iudicij, 800

quod neceſſario moritur, appellat Apoſtolus nõ mortale, ſed mortuũ. Corpus. n. inquit, ẽ mortuũ eſt, ꝑꝑ peccatum, i. neceſſitati mortis addictum. Vide de hoc D. Augu. lib. 1. de pec. merit. c. 3. & 5. & lib. 6. de Geneſ. ad literam. c. 25 & lib. 3. contra Iulian. Magiſt. ſenten. Alex. Alenſ. S. Th. S. Bernar. Scot. Ricard. & alios, quos refert, & ſequitẽ Flores Theolog. quæſtionũ, in 3. lib. ſent. d. 19 q. vnica. ubi multas ponit concluſiones, de hoc.

a Ideo dixit Dñs diſcipulis ſuis. Lucæ 22. c. Ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum. i. ꝑ paſsionẽ, multaſque tribulationes. Et Mat. c. 16 Si qs vult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me. Nã ſic oportebat pati Chriſtum, & ita intrare in gloriã ſuam, ut habetur. Lucæ 24. ita oportet membra Capiti cõformari, oues paſtorem ſequi, atque diſcipulos magiſtrum imitari, quia nõ eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum, ut dixit Dominus. Mat. c. 10.

b Quę eſt iuſtos ꝑmiare; malos autẽ æternaliter perdere, ut ſæpe in Euangelijs repetitum eſt, ibunt iuſti in uitam æternam, mali autẽ in ignem æternum. Quam iuſtitiã in multis cõcilijs declaratã inuenies, & in Symbolo D.
Athanaſij. ſ. Et qui 798
bona egerũt, ibũt in uitam æternã; qui uero mala in ignem æternum: Quod intellige ſi in peccato mortali aliquo, ex hac uita diſceſſerit.

c Vt uerificetur, etiam in hoc, Apoſtoli dictum 2. Corint. 1. Sicut ſocij
paſsionum eſtis, 799
ſic eritis & conſolationis, quo ad iuſtos, qui in carne tot paſsiones tolerauere. Et quo ad malos, ut in eo quo qs deliquit, ĩ eo puniatur. Peccauit in anima & corpore, iuſtũ eſt, ut dignam utrumque habeat retributionem.

a Ac-

 vbi,

vbi,& quando actu,& nõ in ſpe, animæ iuſtæ,& corpora ſaluabũtur in æternum. [a] Et tunc Deus præcipitabit mortem, & omnẽ lachrimam auferet, & liberabit corpora iuſtorum à morte,vt dicũt dictæ prophetię. Et animas, & corpora malorũ damnabit in æternum,ut Daniel dixit in ſua prophetia, vlt.c.ſicut iſta latius dicuntur in diſcurſu prophetię. Iſaię,in c.25. [b]

¶ *Quarta dubitatio: Cum Chriſtus fuerit circuncisſus, cur Chriſtiani non circunciduntur?* [c]

ITem, iudęus clamat, de circũciſione, & dicit: Cũ Chriſtus fuerit circũciſus ſecundũ legem Moyſi, octaua die, ſuæ Natiuitatis, [d] & circunciſionẽ ipſe nõ abſtulerit, nec ſoluerit, cur Chriſtiani, ſequentes eũ nõ circunciduntur? Ad hoc rñdetur. Et primo, circunciſio nõ eſt ex lege Moyſi, ſed eſt antiqua conſuetudo Patriarcharũ, ab Abraham, & citra, ut patet Geneſ. 17.c.q̃ licèt poſtea venerit in pceptum legis Moyſi, ut legitur Leuit. 12.c. Tamen, re vera, circunciſio non erat ex lege Moyſi: ſed erat ex Patribus, vt dixit Chriſtus ſuo ore, Ioan. 7.c. [e]

Itẽ etiã circũciſio, licèt proficeret ad tollendũ originale peccatũ, ut circũciſus nõ iret in gehẽnã ignis, adeò ut ſi moreretur incircũciſus iret in infernũ ut dicit textus Geneſ. 17.c. & iudæi qñ circuncidunt puerũ hodie, dicunt: Bñdictus Deus, q virtute huius Sacramẽti Circũciſionis, hũc puerũ dilectũ ſuum ab inferno liberauit: Non tñ in lege Moyſi, nec alicubi, habet iudęus, ꝙ circũciſio daret gloriã cęleſtẽ, nec gloriã ſibi p circũciſionem promittũt; ſed ſolã liberationẽ inferni. [f] Sed Baptiſmus dat gloriã cęleſtẽ ex ore Chriſti, q dixit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Marci,

a Acceſſorium.n. naturã ſequit̃ ſui principalis, tex. in
801 regula: Acceſſorium, de reg. iuris lib. 6. Anima eſt principalior, ut eſt notũ; ergo corpus tenetur illam ſequi ad gloriam, uel uitam æternã.

b Et nos in dictis locis declarauimus.

c Cũ omnis Chriſti actio, noſtra ſit inſtructio, ut probatur. Ioan. c. 13. & multis in locis.

d Vt clare patet Lucæ. c. 2. Et qua-
802 re expectandus octauus dies ad circunciſionem. Vide. S. Tho. 1.2.q. 102. ar. 5. ad 1. & 3 p.q.70. art.3. ad 3 & in 4. ſent. d. 1. q.2.ar.3. q.1. & in Epiſt. ad Roman. c.4. lectione 2.

e Et tradit. S.Th. 1.p.2.q. 102.ar.1. ad 3. Et ꝙ circunciſio non cõtinetur inter Moſayca Sacramẽta, tenet Palud. in 4 ſent. diſt.
803 1.q.5.art.3. Alex. Alenſ. 4.par.q.7. memb.4 ar.3.& q. 7.memb.6.ar.1. & Gabr. 4. d. 1. q.4. ar.2. concl. 1 quos refert, & ſequitur
804 Paul Gryſal. uerbo. Circunciſio, nu. 2. Quod patet clare Ioannis 7. dicente dño. Propterea Moyſes dedit nobis Circunciſionem, non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Vide de hoc Sotum, in 4. d. 2. q. 1. ar. 2.

f Et D. Paul. ad Rom. 8. ſic ait: Abraham accepit ſignum Circũciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei. Conferebat ergo gratiã nõ ex propria virtute, uel (ut ſchola) ex opere operato, ſed ex fide paſſionis Chriſti, ac ex opere operãte. D. Auguſt. ad Valerium lib. 2 c. 11. de nuptijs, & concupiſcient. ait: Ex quo inſtituta eſt circunciſio in Populo Dei, quę erat tunc.

a Imò



Marci, vlt. Ergo ſequitur neceſſariò, ꝙ circũciſio ad liberãdũ animã ab inferno, eſt ſupflua: Imò includeret infidelitatẽ, & hæreſim, quaſi Baptiſmus nõ ſufficeret ad Gloriã. [a] Et hoc eſt, qđ voluit Apoſt. Paulus ad Galat. 5.c. cũ dicit: ſi circũcidimini, Xps nihil vobis proderit. Quia cũ Xps Baptiſmum induxit, quod eſt eſt poſt mortem Chriſti plenum remediũ conſequendæ Gloriæ, & liberationis inferni; circunciſio non ſolum non prodeſt, imò nocet; quia plenum non recipit magis plenum. Et eſſet iniuriã facere remedio, & ſacramento Chriſti, per Baptiſmum, introducto, ſi fierent circunciſio, & Baptiſmus ſimul.

Quod.n. dicunt iudæi, ꝙ Xps fuit circunciſus, verum dicunt, & ſic neceſſe erat fieri, qa cùm eſſet promiſſus filijs Iſrael, & de Tribù Iuda, & de domo Dauid, de neceſſitate erat naſciturus iudęus, & ſub lege Moyſi, donec conſummaretur, & finem acciperet miſſio ſua, q̃ non habuit finem, vſq; ad mortẽ: in qua morte, & ĩ nocte pridiè, q̃ pateretur completa ueteri lege, [b] habuit principium lex noua, quã Meſſias erat daturus.

Et hoc eſt, quod dicit Apoſtolus Paul. ad Galatas. 4.c. At, ubi venit

a Imò circunciſio erat imperfecta, & inſufficiens ratione Baptiſmi, tripliciter; Primo, quantum ad ſignificationẽ, quia non ſignificabat ita expreſſe emundationem totius hominis ab immunditia culpæ originalis, ſicut ablutio Baptiſmi. Secundo quantum ad efficatiam; quia non tã abũdans gratia ad operandum, & reprimendum fomitem in circunciſione dabatur, ſicut i Baptiſmo datur. Tertiò; circunciſio erat imperfecta reſpectu Baptiſmi, quantum ad utilitatem; quia eius vtilitas non erat ita communis, ſicut Baptiſmus; cùm illa haberet determinatum populũ Iſraeliticum; determinatum ſexũ, ſ. maſculinum, & determinatum tẽpus. ſ. octo dierum quod nõn accidit in Baptiſmo Et iõ, adueniente tẽpore plenitudinis, debuit ceſſare, circũciſio, inſtituto Baptiſmo, & publicato, vt tradunt oẽs; Cardi. Turrecrem. in c. Quidam autẽ. § Cheriſtiani 24.q. 3. Et latius in c. Ex quo, de conſec. diſ. 4.ar.7 S.Th in 4.d. 1.q.9. art.3. Scot. 4 d.1.q.6. Alex. Aleſ. 4. p. q. 7. memb. 7. Gabr. 4. d. 1. q. 4. ar. 1. qui omnes cum communi, concludunt, ꝙ circunciſio conferebat gratiam ex vi circunciſionis; quantum ad effectus priuatiuos, qui ſunt priuare culpam. Tollit enim omnẽ reatum peccati originalis, & quantum ad effectus, poſitiuos, qui ſunt gratificare, & habilitare ad opera meritoria, licèt non tam intenſos, ſicut nũc Baptiſmus. Vide et S. Bonauen. in 4. d. 1. circa textum, & Hugon. de S. Vict. p. 12. c. 2. de ſacra. Palud. 4. d. 1. q. 5. a. 2. Lyram. c. 17. Geneſ. Arnald. Alber. in rub. de hæret. in
806 6.q.12. ubi. ſ̃ Dom. Sotum. & alios in 4. ſent. d. 1. q. 2. maximè Flores Theologic. q.d.1.q.2.ar. 9 vbi multa tradit. Vnde, cum omnes teneant circũciſionem Cœlum non aperuiſſe; cauendũ eſt à Paulo Burgẽſi in additionibus ad Lyrã. in Ezech. 20. dicente; ꝙ iuſtitia legis ſuo tem-
807 pore obſeruata, nõ tantum bona terrę ſed uitam ęternam dabat. niſi intelligas, ꝙ poſtquam Chriſtus adueniſſet liberaturus illos in limbo exiſtentes, ut declarat Arnaldus Albert. ſup. quæſt. 12. num. 16. in fin. Et ſic poſſumus dicere, ꝙ dabat uitam æternam; i. in ſpe, uel, dabat ius ad uitam æternam ſuo tempore poſſidendam.

b Vt ipſe.l. dixit
808 Matth. 5. Non ueni ſoluere legem, ſed adimple-

venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, natũ ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret. Quod dicunt iudæi, ꝙ nõ abſtulit Xps circuncisionem; non dicunt verum, quia in illis uerbis, ubi Xps dixit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; demõſtrauit non ualere circuncisionem, quæ facta erat ad releuandum à pœna inferni: cùm Baptiſmus cùm fide daret vitam æternam, & ſic releuaret à pœna Inferni, quod ſolummodo circunciſio faciebat, & non dabat gloriam.

Et inde Paulus, per punctum rationis dixit: ſi circuncidimini, Chriſtus nihil uobis proderit, quaſi dicat: Adhuc vultis eſſe in remedijs legis ueteris, quæ non ſunt perfecta, nec ſufficientia ad ſalutem, ut eſt fides noua Chriſti, & Baptiſmus?

*Quinta: Quomodo Chriſtiani publicè tenent imagines, & figuras in Eccleſiâ (dicit iudæus) contra præceptum Decalogi?*

CLamat etiam, quinto iudę[a], côtra nos dicens: Vos Chriſtiani eſtis Idolatræ, quia facitis figuras, & magines, quas colitis publice, & adoratis,[a] quod eſt contra primum præceptum Decalogi? Ad hoc reſpondeo, ꝙ facere figuras, imagines, & ſimilitudines ad adorandum eas, ut ex eis ſpectetur finis adorationis

implere. Et ideo
Primo, ut ſeruaret
illam fuit circunci
ſus, vt oſtenderet
ſe filium Abrahæ,
cui præcepta fuit
circũciſio, & facta
promiſſio. Geneſ.
22. In ſemine tuo
809 benedicentur omnes gentes. Quod
ſemen erat Chriſtus, Apoſtolo teſtã
te ad Galat. 3. Secunda cauſa, ut ueritas concordaret
cum figura. Tertia,
vt ſe oſtẽderet pri
cipium, & cauſam
ſanctificationis, q
fiebat per tria re-
810 media contra peccatum. ſ. ſacrificia
à tempore Abel, vſque ad Abraham.
Per circunciſionẽ
ab Abraham uſq;
ad Chriſtum: Et p
Baptiſmum à Xpo
inſtitutum, uſque
ad finem Mundi.
Vide alias rõnes
quas ponit S. Tho.
in 4. di. 1. art. 2. q. 3.
& in 3. p. q. 37. art.
1. in corpore, & in
ſolutione ad 3. quẽ
refert, & ſequitur
Arnald. Alber. ſup.
q. 12. §. Quartus er-
811 ror. nu. 41. ¶ Quare
autem circunciſio
non durat in æternum, cùm adhuc
Abrahæ fides in
Chriſtianis duret
ſemper, (ultra ſupradictos, & alios
Scholaſticos. Docto. in 4. d. 1.) uide
Paul. Burgenſ. in
Scrutinio Scripturarum. 1. p. diſ. 8. q.

15. & Fabia. Fiogh.
in ſuo Dialog. capitulo 37.

a Multi Catholici
Doctores, multa
de hac materia adorationis. Imaginum ſcripta nobis
tradiderunt, inter
quos D. Baſilius.
hom. 40. de Martyribus. D. Grego. S.
Nilus, S. Ioan. Damaſ. S. Athanaſ. S.
Auguſt. Cyrillus.
Nizephor. & alij,
quos refert Martinus Pereſius Ayala. tract. de diuinis
tradition. De imaginibus. fol. 152. S.
Th. 2. 2. q. 84. per
totam. & alijs in
locis. S. Bonauẽ. &
alij Scholaſtici. in
3. ſenten. d. 8. Paul.
Burgenſ. in Scruti.
Scriptu. d. 8. c. 13. p.
1. Theophilac. Euſebius Cæſar. & alij, quos refert Lyndanus, in Panoplia
Euang. li. 3. ca. 23.
Arnald. Albert. in
Rub. de hæret. li. 6.
q. 2. ar. nu. 34. Paulus Gryſal. in lib.
Deciſiones Catholicæ. uer. Imago, &
Adoratio; Et, (ut
côplures alios omittam[b].) Hæctor
Pintus. in c. 3. Daniel. uerſ. Rex promouit, ubi multa
adducit.

¶ Ex quib. omnibus, & alijs, (ultra ea, q̃ Auctor
hic tangit) aliqua
notare curabim[b].
¶ Primum nota, ꝙ
inter ſe differunt
ima-



d Non mirum, ꝙ Machometus hac fateatur ueritatẽ; Magiſter enim eius diabolus etiã credit, adorat, & contremiſcit. & ſæpè Spiritus Sãctus ꝑ improbos ꝓphetizat miniſtros, ut de perfido Caipha, ac Aſina Balaam omnibus patet.

e Credo, ꝙ quando dicit: popule libri, intelligat de Chriſtianis, qui habemus Sacra Bibliorum uolumina utriuſque teſtamenti. Quod patet ex eo, quòd dicit, Non erretis in lege ueſtra, &c.

a Ex



nes. Hęc illæ.[a] Vide chriſtianæ lector, quomodo hic inſanus negando veritatem, includit in uerbis ſuis ueritatem, tanquàm inſciens, & ignarus. Nam dicit ꝙ Ieſus filius Mariæ fuit verbum Dei, quod Deus poſuit in Maria.[b] Dicit etiam ꝙ fuit Spiritus Dei. Si enim verbũ Dei fuit: fuit filius; quia hoc vult Euangelium Sancti Ioannis,[c] quod Sarracenus fatetur, & concedit. Vnde quod poſtea negat, ꝙ Deus non habet filium, non eſt dictum niſi ex ignorantia filiationis Diuinæ: quia ipſe putat ꝙ illa filiatio ſit more humano[d] intelligenda. Quod patet in eo quod iſte inſanus dicit in cora. 5. modicum ultra medium per hæc uerba. Quomodo Deus haberet filiũ, ſi non habet uxorẽ, aut ſociã? Iſte ignorans, & inſanus apud beſtiales gentes credidit, ꝙ nos capiamus filiationẽ in Diuinis ſecundũ formã, & modũ filiationis humanę, & nõ aduertit, qa ignorat, & neſcit, ꝙ in Pſal. 2. Deus dixit Meſſiæ: filius meus es tu; Ego hodie genui te.[c] Et oẽs ſcribẽtes, incipiẽdo à iudęis gloſſatorib. & uerba Pſalmi clarè loquuntur de Meſſia, q ſecundũ eum, erat uerbum Dei. Qũo miratur ergo hic inſanus, ſi nos loquẽtes ut Deus, & ut propheta Dauid in perſona Dei dicimus Meſſiam filium Dei? Sola igitur relinquitur ei ignorantia pro ratione, aut uana excuſatione ipſius.[f]

Dicit ulterius hic inſanus: non

a Ex cui⁹ loquẽdi phraſi, ac diabolica contextura apparet clarè eius infernalis malitia, ſimulque brutalis ignorantia.

b De quo ipſe Pater omnipotens in Pſal. 44. dixerat, Eructauit cor meũ uerbum bonum. & Iob. 4. c. ait, ad me dictum eſt uerbum abſconditũ. Et pſalm. 18. Dies diei eructat uerbum. pſal. 32. uerbo Domini cœli firmati ſunt. pſal. 55. In Deo laudabo uerbum. & pſa. 104. Donec ueniret uerbum eius. & pſal. 129. Suſtinuit anima mea in uerbo eius. Et pſal. 147. Emittet uerbum ſuum, & liquefaciet ea. & Iſaiæ c. 9. uerbum miſit Dominus. Quas, & multas alias auctoritates ſacri Doctores de Filio Dei intelligendas aiunt.

c Capitulo 1. per totum.

d Animalis enim homo, ut ait Apoſtolus 1. Corintiorum. c. 2. non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei.

e Vt fuit ſupra, ab Auctore, & à nobis, multis in locis declaratum.

f Ex quibus Auctoris uerbis infertur ad qõnem uidelicet. Vtrum Sarra-
ceni, & alij infide 864
les ad quos rumor
Euangelij nõdum
peruenit, atque no
titia, ignorent in-
uincibiliter, arti-
culos noſtræ fidei?
Cui dubio, ſequen
ti reſpondetur cõ-
cluſione, Sarrace-
ni non ignorant
inuincibiliter, ſed
culpabiliter. Ratio
eſt, quia habent
ignorantiam pra-
uę diſpoſitionis, 865
quoniam habent
diſſenſum omniũ
ueritatum fidei,
nam inficiantur
Chriſtũ eſſe Deũ,
& hominem, &
Deum eſſe trinũ,
& unum. Et nolũt
admittere prædica
tores Euangelij,
qui habent ius de
ferendi Euange- 866
lium per totum or
bem, iuxta pręce-
ptum Saluatoris.
Marci. ult. c. Eun-
tes in Mundũ uni-
uerſum, prædicate
Euangelium omni
creaturę. Et nolũt
diſcutere argumẽ-
ta noſtræ Religio-
nis, quæ ſunt mira
cula ſupernatura-
lia. Ponuntq. obi-
cem ueritati, quia
in ſecta eorum ſta
tutum eſt, ne illá
diſcutiant argumẽ 867
tis, & rationibus,
ſed armis defen-
dant, cùm ueritas
non armis, ſed ra-
tionibus inueſtige
tur, & elucefcat.
Ita colligit ſupra-
dicta, ex S. Thom.
2. 2. q.

Non dicatis tres, quia non eſſet bonum uobis;
ut modo retuli. Et cora.4. dicit (ut ſupra dixi)
quòd hæretici dicunt, quòd Deus eſt tertius de
tribus. Quicquid ſit, hic inſanus ex ignorantia
negat Trinitatem perſonarum; & ſuo ore fate-
tur eandem. Quod ſic probo: ipſe dicit in co-
ra.prima, ſic in fine.2. chartę loquens in perſona-
na Dei, per hæc uerba: *Fecimus venire Ieſum
filium Marię cum declarationibus, & adiuue-
mus eum cum Spiritu Sancto.* In his ſuis uerbis
hic inſanus fatetur duas perſonas in Trinitate:
ſcilicet Deum mittentem Ieſum, & Spiritum
Sanctum. Nec enim eſt ei fas dicere quòd Spi-
ritus ſanctus ſit Angelus, aut res creata, & non
Deus; quia non conueniret Deo, quòd adiu-
torium daret Ieſu cum Angelo, aut alia re crea-
ta; ita quòd uideretur Deus egere in miſsione
Ieſu Angeli, aut alterius rei creatę auxilio; quod
eſt ualdè abſurdum; præſertim quia Spiritus
ſanctus non narratur in toto Alcorano pro An-
gelo: cùm ipſe nominet Angelos in dicta cora,
& alibi ſemper in Alcorano ſuis proprijs nomini-
bus ut puta: Michael, & Gabriel. Itaque non
poteſt negare hic inſanus, quòd ipſe non nomi-
net, & exprimat nomen ſpiritus ſancti. Quare
ſuo ore confitetur manifeſte Deum, & ſpiritum
ſanctum; & ſic duas perſonas diuinas, uidelicet
Deum Patrem, & ſpiritum ſanctum.

Dicit etiam (ut ſupra dixi) quòd Ieſus Chri-
ſtus eſt uerbum Dei poſitum in Virgine Maria.
Ergo hic inſanus manifeſtè confitetur, ut fi-
des chriſtiana dicit, quòd Deus eſt Deus Pater,
& Verbum Dei, & ſpiritus ſanctus. Vnde, ſi
Sarraceni [a] credunt, quòd Euangelia ſunt ſcri-
ptura uera, & in qua eſt rectitudo, & lux, ut
ipſi dicunt, & ſupra dixit; quomodo poterunt
euadere in Euangelio Matthę. ultimo capitu.
Chriſtus dixit: Baptizate omnes gentes in no-
874 mine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti? In quibus uerbis, cùm
ſint uerba dicta per os Ieſu Chriſti, & ſint dicta ad ſalutem anima
rum; neceſſarium eſt, ut ipſi fateantur, ꝙ ibi eſt Trinitas Diuina. [b]

Quia

868 2.2. quæſt.2.art.6.
7.& 8.durando.li.
3.diſt.25.q 3.& ex
aliis Flores Theo-
logic.quæſtion. in
2.lib.ſent. d.21. q.
2. de ignorantia
869 dub.1.
a Mahumetano-
rum appellatione
ueniunt Sarrace-
ni, Mauri, Turcæ,
& alij omnes Bar-
bari. ut tradit latè
Iacobus Simãcas.
in tract.de Catho-
870 lic. Inſtitutionib.
titu.39.nu.1 Albe
ricus de Roſate.in
dictionario. uerb.
Sarracenus.
b Quare ergo, cũ
lex Euangelica ſit
ipſa lux, et uia, et
ueritas quæ ducit
ad uitam: et Ma-
humeti diaboli fi-
lij, & diſcipuli ſe-
cta, ſit abominabi
871 lis, infinitisque mẽ
dacijs, atque falſi-
tatibus plena, tot
perditi homines il
lam ſequuntur, et
amplexantur; ma-
ximè, cùm nihil ha
beat illa ſecta præ
2 clarum aut ſubli-
me, nihil attingat
de puritate cor-
dis, nihil de con-
templatione ueri-
873 tatis, nihil de uera
beatitudine tra-
ctet? Reſpon. Pri-
mo, cauſam eſſe
quia cum Maho-
metus



Quia ſi Pater ibi eſſet Deus, & Fi
lius, & Spiritus ſanctus, eſsẽt An
geli, aut ſpiritus creati, ualde
turpe eſſet Deo, quòd ad ſaluan
das animas Deus egeret auxi-
lio Angelorum, aut ſpirituum
creatorũ. Quare, neceſſario eſt,
eos per eorum gulam fateri, [a]
quòd Deus eſt Trinus, & unus
per os Chriſti dictum, & cõfeſſa
tum. In qua quidem auctorita-
te probatur etiã per os Chriſti,
filiatio Dei, cum dicat: In nomi
ne Patris, & Filij. Quam filiatio
nem multum fatue, & per igno-
rãtiam Sacrarum ſcripturarum
Veteris, & Noui Teſtamenti hic
inſanus ſępe in ſuo Alcorano de
negat. Non habet quid dicat, ni
ſi quòd nos corrupimus ſcriptu
ras Euangeliorum, quod, quàm
fatue, & inſulſe ſit dictum poſt
Sexcentos Annos ab aduentu
Domini noſtri Ieſu Chriſti, poſt
quos iſte falſus & inſulſus ve-
nit, [b] amplectens hæreſim Arria
norum, nemo eſt qui non ui-
deat.

Dicit ulterius, ꝙ Ieſus Chri-
ſtus nõ fuit occiſus, neq; ſuſpen
ſus, &cet. Iſtud eſt teterrimum
mendacium reprobatũ ore pro-
prio Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, cui ipſe vehementer credit,
& dat fidem tanquam uerbo ue
ritatis, ut ipſe dicit in cora Ma-
riæ, quæ eſt 44. ubi uocat Dñm
Ieſum uerbum ueritatis. [c] Cer-
tum eſt enim, quòd in Euange-
lio Xp̃s ſuo proprio ore dixit
ſe paſſurum, & moriturũ in ma-

nibus

metus ipſe homo
fuerit ſacrilegus,
tyranus, peruer-
ſus, & qui non do-
ctrina, eruditio-
ne, aut uitæ ſancti
tate ſectam ſuam
perſuadebat, ui,
armis, fraudibus,
atque muneribus
homines ad illam
ſuſcipiendam alli
ciebat, & cogebat.
Secundo, quia per
uerſi hominis fuit
intentio talem,
tanquam nefandã
ſectam ſtatuere,
qua poſſet ille mũ
di, ac carnis uolu
ptatibus uacare,
ſuosque ſequaces
ſimilibus allicere
blanditijs. Quo
fit, ut (cum natu-
ra noſtra ad ma-
lum prona omni-
no ſit; &, ut apud
Xenophontem ha
betur, perſæpe ut
habeãt plures qui
ſecum ſentiant im
probi uiri quàm
probi) illam ſe-
ctam multi ſequã
tur, quia Ariſtote-
le teſte, 6. Politic.
Permiſsio uiuen-
di, ut quiſque ue-
lit, magnam colli
git fauẽtium mul
titudinem; nã vul
go diſſoluta gra-
tior eſt, quàm tem
perata uita. uide
Iacobum Simanc.
ſupra numero 2.
& 3.
a Ideſt, etiam in-
uiti, rationis ui
conuincti, tenen-
tur ueritatem hãc
approbare, quia

approbando to-
tum Euangelium,
videntur ſingulas
eius partes appro-
bare, quia qui to-
tum dicit, nihil ex
cludit, & q̃a plus
ſemper in ſe conti
net minus, tex.in
Regula. Plus 35.
in ordine, de reg. 875
iuris 6.
b Quando ince-
perit hic diaboli
filius mundũ ſuis
abominationibus
peruertere, ha-
bes, ſupra numero
469.
c Ratione ipſa cõ
uinctꝰ tenetur cre
dere Dominũ no-
ſtrum Ieſum Chri
ſtum filium eſſe
Dei. Nam cum
in Euangelio [Mat
th. cap.3. dixerit 876
Deus de Chriſto:
Hic eſt Filius meꝰ
dilectus in quo mi
hi bene compla-
cui, ipſum audite:
Et ipſe inſanus &
infelix Mahume-
tus Deum cõfitea-
tur, credat, & ado-
ret; tenetur omni- 877
no Dei uerbis cre
dere. Quia Deo
ſummus debetur
honor, & homo te
nẽt & debet Deo
ſummum hono-
rem, & quia cre-
dere alicui, & eius
uerbis fidem adhi
bere eſt dare ſi-
bi honorem, quia
reputatur uerax;
ſicut q̃ non credit 878
alicui, & uerbis
eiꝰ reputat eũ mẽ
dacẽ, uel uelle mẽ
tiri,

nibus gentium. Et in cęna Agni dixit in conſecratione panis, & vini, ꝙ illud erat corpus ſuum, & ſanguis, quod traderetur, & effunderetur pro ſuis diſcipulis, & pro multis in remiſsionē peccatorũ. [a] Quomodo ergo Chriſtus Ieſus verbum veritatis (ſecundũ eum) dixiſſet nobis mendacium, & ſic decepiſſet mundum, ſi non fuit occiſſus, & ſuſpenſus? Et ſi dicat inſanus iſte quòd noſtra Euangelia ſunt corrupta: Iſta eſt in promptu falſa ratio, quę non poteſt excuſari, nec defendi. Certè Euangelia ꝑ Sexcentos Annos ante aduentũ Machometi vbiq; ſic ꝑ magna tempora tenta, ſcripta, & publicata [b] ſunt, ut hodie nos Chriſtiani tenemus. Et ſi corrupta ſunt, doceant ipſi ubi ſunt uera exemplaria, & ueri Codices Euangeliorum, quæ non poterunt docere, ſicut dicunt de Penthateuco Moyſi, quod dicunt corruptum, & mutatum, quod non poſſunt dicere, & minus docere.

Et hoc idem poſſent dicere de libris Ariſtotelis, ꝙ ſunt corrupti, contra omnes Mundi codices, & contra publicam, & vulgatam eorum editionē, [c] quod ſic neceſſario dicendum eſt de Euangelijs, & Penthateuco ſignanter, cum non doceant alia, nec dicāt in quibus paſsib. ſunt corruptiones, quas tā falſe, & inſulſe aſſeuerant. Recedāt igitur, cũ ſuis falſis diffugijs, & confiteantur

tiri, uel poſſe mentiri. Et ideo cum honor ſit credere alicui & uerbis eius, ſequitur ꝙ homo debet credere Deo. Nunc, de primo ad ultimum: cum Deus dixerit
879 Chriſtum eſſe ſuũ dilectum Filium; Mahumetus, & quilibet alius Deum credit, & adorat, tenetur illi credere dicenti: Hic eſt Filius meus, &c. Deinde cum ipſe Mahumetus credat, & det fidē tanquam uerbo ueri-
880 tatis, & ipſe Chriſtus dixerit ſe paſſurum; neceſſariò illi adhibenda eſt fides; aliàs non eſſet uerbum ueritatis, ut ipſe eum appellat.

a Vltra quas noui Teſtamenti auctoritates, multas alias ex ueteri adducit, in confutationem huius hæreſis Paulus Gryſaldus in Deciſio.
881 Cath. uerbo Chriſtus, num. 7. Et ex multis conſtat ſanctorum Apoſtolorum, & Sacrorum Conciliorum auctoritatibus. Nam ex ſacro Apoſtolorũ Symbolo Chriſtum crucifixum, mortuũ credimus atq; ſepultũ. Quæ item, fides Catho-
882 lica per uniuerſũ orbem, ex Concilio Nicæno magno 318. Epiſcoporum, ab uniuerſis cantatur Eccleſiæ miniſtris, cęteriſque Catholicis. Quam Catholicā de morte, ac Chriſti Domini noſtri crucifixione ueritatem, cętera omnia confirmarunt Sacra Concilia vſque ad ultimũ hodiernũ incluſiue, ſcilicèt. Trid. Seſs. 3. Audi, deniq; infelix tyranne. D. Paulum 1 Corin. 1. dicentem Prędicamus Chriſtum crucifixum, & cæt. Quid clarius? Omittimus maiorē probationem huius articuli adducere, quia ſatis ſuperq; per uniuerſum iam creditus eſt.

b Ac omnium Apoſtolorum, innumerabilium Martyrum, atque virginum martyrijs immaniſsimiſque tormentis confirmata, atque per Sacros Confeſſores, Eccleſiæque Sanctæ Doctores ꝑdicata mari terraque diuulgata.

c Imò, de quolibet totius mundi libro poſſent eandem fraudem, ac malignitatem, in uerecũdo ore proferre. Ita, ut contra negantes principia, nullo modo poſsimus argumētari.

a Quod



teantur ꝙ Chriſtus dixerit ꝙ debebat turpiter occidi, & tertia die reſurgere. Et ſi Chriſtus dixit, verum eſt, ꝙ ſic factũ re vera fuit, & non per illuſionē. [a] Aliàs Ieſus Chriſtus fuiſſet falſus Propheta, qđ ipſi pro uita mũdi nō faterētur, cum dicant ꝙ eſt verbũ ueritatis. [b] Vnde merito dicendum eſt eis, ꝙ cum eorũ doctrina contineat hanc falſitatē, de ſimulatione mortis, & Crucis Chriſti, ꝙ tota eorum doctrina eſt notorie falſa, qa nulla vera, & diuina doctrina debet continere aliquam falſitatem.

Reuertor [c] ad inſanias, & ineptias hominis iſtius. Et aduerte, ꝙ in ſua doctrina nō ſunt pręcepta ſalutaria animæ; ſed ſua doctrina conſiſtit tota, in narratione præteritorum tēporum, & Prophetarum ueteris Teſtamēti, & cum multis admixtionibus falſis, inſulſis, & infructuoſis. Nihil docet, nihil præ-
cipit, nihil dignũ nota, ſuadet. Tota ſeries illius 885
libri cōſiſtit in expreſsione illorum articulorum hæreticorũ, uidelicet, in negatione filiationis in diuinis, in negatione Trinitatis, & confeſsione vnius Dei Creatoris cęli, & terræ, negando Trinitatē. Promittit facientib. orationem, & bona opera gloriam Paradiſi, vbi erunt flumina decurrētia lac, & mel, & uinum delectabile potantib. in cora. 46. per hæc uerba: In Paradiſo præparato timētib. riuos aquę ſine fetore, & riuos lactis, cuius ſapor nō mutabitur, & riuos uini delectabilis po-
tantibus. [d] Hæc ibi. Quæro ergo, quare nō bibũt 886
uinum in hac uita delectabile? Et dicit, ꝙ ibi habebunt uirgines pulchras in lectis ſericis, hoc dicit in cora. 61. de die Veneris, quem uocat diem congregationis, quia in illa die iubet congregari Populum ad orationē, & licèt multum feſtum faciat

a Quod poſt reſurrectionem ſuā manifeſtè indicauit Dominus Diſcipulis ſuis magno timore perterritis, dicens Lucæ 24. Conturbati uero, & cōterriti exiſtimabant ſe ſpiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendũt in corda ueſtra? Videte manus meas, & pedes meos, qa Ego ipſe ſum. Palpate, & uidete, qa ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere.

b Quod, ex ipſius Saluatoris dicto confirmatur dicentis Matt. c. 5. Iota unum, aut unus apex non pręteribit à Lege donec omnia fiant.

c Melius utiq; eſſet non reuerti, niſi ſatisfaciendũ eſſet omnibus, quibus ſcribens debitor eſt. Nā de hoc infeliciſſimo Machometo illud ſatis eſſet conſiderare, quòd cuius uita deſpicitur, non reſtat, niſi ut eius doctrina contemnatur. Compoſuit n. ille diaboli filius Alcoranum, i. Collectionem præceptorum; librũ, quidem vſq; adeò cōfuſum & inuolutum, ut uix magno labore ab homine quopiam doctiſsimo explicari, aut ordinari queat: quod euidenter oſtendit imprudentiam, & ignorantiam, atque cęcitatem auctoris. Con-
tinet præterea tot 883
fabuloſa portenta contra legem Dei & bonos mores, ut irriſione magis, quàm cōfutatione dignum ſit. Vide Iacobum Simancas, de Cathol. inſtitut. tit. 39. nu. 1.

d De hac miſerrima ſui Paradiſi voluptatum gloria, quā falſus Mahu-
metus falſo pro- 884
mittit, tractat Paulus Diaconus, lib. 18. rerum Romanorum.


ciat

ciat de oratione, nullibi docet orandi modũ, nec orationem. Et dicit ꝙ perfecta oratione, vadant per terram ad faciendum negotia ſua. Vide q̃uo hic inſanus publicè infringit ꝓceptũ Dei de ſeptimo die venerãdo, & de vacando ab opere ſeruili.

Dicit in cora. 6. circa finem, ꝙ inuenient eum ſcriptum in Penthateuco, & in Euãgelijs. Quod quàm trufatorium uerbum ſit iſtud, legamus omnes Sacra ſcripta, & uidebimus quòd iſtud eſt vaniſsimum mẽdacium, quòd Machometus ſit ſcriptus in Lege Moyſi, nec in Euangelijs. Sed hoc iſte inſanus & falſus dixit faciens ſe ſimilẽ Chriſto, qui dixerat Ioan. 5. c. ad finem, quòd Moyſes, & Euangelia ſcripſerunt de eo, aut quòd inuenirent ſcriptum in eis. [a]

Dicit in cora. 60. ꝙ Ieſus Chriſtus fuit prænuntiator aduẽtus eius, dicendo, ꝙ poſt eum ueniret unus Dei nuntius, cuius nomẽ Ahmet. Quantum hoc ſit graue mendacium, omnes ſcimus, quia ſcimus quòd nullibi hoc dixit Ieſus Chriſtus.

Ponit infinitas fabulas inſipidas, & deriſorias. Dicit enim in cora. 17. ſui Alcorani, ꝙ Moyſes cępit quendam piſcem in Mari, quem dedit famulo ſuo ut pararet pro prandio, & iuit Moyſes ad congregandum utrumque Mare, & demum dixit famulo ſuo, ꝙ irent ad prandium. Et famulus dixit ſibi ꝙ diabolus aſportauerat piſcem, & ſic interſecat ſe abſq; concluſione, quod ſępe facit in ſuo libro.

Loquitur more fatuorũ, ſine ordine & modo, & abſq; ſolida & ſecura ſententia more hominis frenetici, & in rebus miſeris & terreſtribus, non ſerijs, neque cœleſtibus, aut quoquo modo uirtuoſis effundit uarios ſermones, ſemper narratiuos, & ſine concluſione.

Dicit in cora. 3. ultra medium: Non uituperetis, aut obloquamini contra Alcoranum, quia ſi non eſſet ex Deo, inuenirentur in eo contradictiones, ſeu uarietates multæ. O Deus meus, & quot fatuitates, & falſitates ſunt in eo, niſi ipſi miſeri gloſſent ꝑ extorſiones fatuas cõtra uerba, &

mentem,

887 norum. Vide etiã
Pompon. Lætum
in Licinio. & Ba-
ptiſtam Egnatiũ
poſt uitam Hera-
clij, quos refert, &
888 ſequitur Iacob. Si
mancas, ſup. nu. 2.
in fine. Pro quo no
ta, ꝙ quemadmo-
dum Mahumetus
infelix fuit ſignifi
catus à S. Ioan. in
Apocal. c. 13. per
illam beſtiã, quæ
aſcendebat de ter
ra; ita eius miſera
bilis uita atq; do-
ctrina fuit tota ter
889 rena, ac uoluptati
bus plena, ut ait
Io. Lud. Viuald. in
Opus Regale, 16.
ꝓſecutione Eccle-
ſiæ. Qui q̃dẽ opti-
mo iure beſtiæ de
890 terra aſcẽdenti cõ
parat, cũ ex ĩfima
parẽtũ ꝓgenie fue
rit natus, & quaſi
de ſtercore erect⁹,
ut patet ex ijs q̃ s̃.
nu. 469. diximus.
a Quod iudico ve
rũ, ſi accipiamus
eũ pro patre eius
diabolo, q̃a re ue-
891 ra Mahumet⁹ nul
li melius compa-
rari poteſt quàm
diabolo incarnato
(ut communiter
de quolibet neq̃
dici ſolet) quare
Simancas, ſupra
892 optimo ductus ſpi
ritu Sathanę nun-
tium eũ appellat,
& ſic eſt uerum ꝙ
diabolus ſæpe ĩ Sa
cra ſcriptura no-
minat ad maiorẽ
eorũ confuſionẽ.

a Nec



mentem, uelut ſæpe faciunt, ac ſi negatiuã exponant affirmatiuã, ita quòd peiores ſunt Gloſſæ, q̃ textus. [a] Sed, quia tam ampla Gens, & dilatata, [b] ſequuntur iſtum errorem; doctus conſilio Beati Auguſtini. in capitulo primo, diſtinctione trigeſimaſeptima, in Decretis, vbi ſic inquit: Epiſcopus libros Gentilium nõ legat: Hæreticorum autem perlegat pro tempore, aut neceſsitate: uidetur mihi, quòd totus iſte liber Alcorani legendus eſt, & ſæpè ſæpius legendo, redarguendus, ac repræhendendus, & validis rationibus reprobandus, & deridendus, [c] quia cùm ſit dilatata hæreſis, non eſt ſub ſilentio relinquenda, ut hucuſque ſegniter video factum.

Videmus Auguſtinum quàm plures libros contra quàm plures particulares hæreſes; contra ſingulares hæreticos ſcripſiſſe; quod ideo faciebat, ne inſoleſcerent in ſua vniuſcuiuſque hæreſi.

Contra Machometum, (qui longe poſt Auguſtinum ferè per tercentos Annos, quia venit tempore Heraclij Imperatoris)

a Nec mirum, cum cęci ſint, duceſque cęcorum: ut Dominus Noſter aiebat. Matth. capitu. 15. & 25. & multis alijs locis.

b Solet ab aliquibus, haud indoctè, quæri: Quæ fuerit cauſa propter quã Creator omnium Deus hanc ferociſſimam gẽtem ſuę ſanctæ fidei uiribus omnibus contradicentem, obnixe repugnantẽ, ac eidem inſidiantem permiſerit ſic dilatari, augeri, ac contra Chriſtianos ſæpè victoriã obtinere? Pro cuius reſponſione. Nota primo, à tẽpore Heraclij Imperatoris, & Bonifacij IIII. ſub quibus beſtia hęc infernalis uires cępit habere, atque abominatio ipſius ſectæ diuulgari, vſque ad Annum 1458. inter Chriſtianos, & Turcas centum quinquaginta, & octo bella, cũ magna Chriſtiani ſanguinis effuſione eſſe facta, præter alia, quæ deĩde ſequuta sũt, ut ex auctoribus non infimæ auctoritatis tradit Ioã. Ludouic. Viuald. ſupra litera N. & manifeſtiſſimum eſt noſtris temporibus. Secundo Reſpondeo ad quæſtionem dicentes, quòd tempore Heraclij Imperatoris, ſub quo, (vt dictum eſt) hic tortuoſus Draco Mahumetus uenenum ſuæ ſectæ mortiferum cępit euomere, infinita fere peccata, & quædam grauiſſima, per uniuerſi Chriſtiani nominis Orbem cõmittebantur, & fiebant. Et præcipuè peccata notoria, quæ apertum Dei indicant contem-
ptum, ſcilicet Su-
perbiæ, Auari-
tiæ, Luxuriæ,
atque diuerſa-
rum hæreſum,
propter quæ Di- 893
uina clementia,
ad iracundiam
concitata eſt.
Maximè ob ipſius
Heraclij peccata,
inter quæ magnũ
fuit ingratitudo,
qua noluit mili-
tibus Sarracenis,
qui pro ſe milita-
uerant ſtipẽdium 894
ſoluere; quibus
concitatis audax,
ac verſutus ſeſe
obtulit Machume
tus promittens il
lis omnem fauo-
rem, & cætera, qui
deinde habuerũt
illum in Ducem.
Mirabilia narrat
Ioan. Ludouicum
ſupra, quem vide, 895
maxime, ut Re-
ges moneas, ne
cauſa ſint inter
milites ſuos ea-
dem de cauſa re
belliones ſimi-
les ſuboriri: ex
minima enim flã
ma, uel ſcintil-
la, accedente ma
teria, Ciuitas u-
niuerſa ſolet com
buri, & annihi-
lari.

c Optimo iure deridendus, & melius iudico illum negligere, ſpernere, ac repræhendere, quam legere: ex eius enim lectione nihil fructus excipitur, cùm

mi-

neminem adhuc particulariter
ſcripſiſſe video; quod, pro cer-
896 tò, faciendum fuerat. Et, ſi non
pro libri ſui ſubtilitate, certè
pro eius imbecillitate non erat
omittendum.[a]

Redeo ad eius inſanias, & i-
neptias. in Cora. 2. quæ intitula
tur Ambram; dicit quòd vxor
Ambram promiſit Deo, quod
habebat in ventre, & quòd pe-
perit quandam Mariam; & trā-
ſit de Maria filia Ambram, quæ
fuit ſoror Moyſi, & Aaron, ad
Beatam Mariam, & Zachariam
patrem Ioan. Baptiſtæ. Quod
eſt, & contigit more ſuo, ex gra
ue fatuitate, & ignorantia Sa-
crarum ſcripturarum.

Ibidem conſequutiuè ponit,
897 quomodo Angeli nuntiarūt vir
gini Mariæ Verbum Dei, cuius
nomen Meſsias Ieſus filius Ma-
riæ. Et quòd ipſa dixit: Quo-
modo erit mihi filius, ſi non
tetigit me homo? Et quod An
geli dixerunt: Deus creat, quod
vult, quando ordinauit aliquid
& dicit ei: ſis, & in continenti
eſt. Dicit quòd Ieſus docebitur à Deo, ſcientia
898 librorum, & Penthateucum, & Euangelia, & erit
Nuntius filijs Iſrael, quibus dicet: Ego venio ad
vos, cum miraculis Domini ueſtri: ego creabo
vobis de luto formas auium; & inſuflabo in eis,
& volabunt cum adiutorio Dei. Et prophetiza-
bo uobis, quod comedetis, & loquemini in do-
mibus ueſtris. Et hoc erit miraculū uobis ſi cre-
dideritis, & eritis iuſtificati ſecundum, quod eſt
in manibus meis de Penthateuco: & abſoluam
vobis in parte vetita uobis: & veniam ad uos cū
miraculis ex parte Domini veſtri; timete Deum,

miſerrimus Machometus uniuerſam naturæ legē, ac Diuinam ſubuertat; nec contra ſe, nec ſuos poſſint argumēta formari, cùm omnia negent. Ideo eius liber nō legēdus, ſed deridendus, uilipendendus, atq; vbicunque inueniatur, comburendus eſt, nec ad hominum memoriā, quia beſtialis eſt eſſet reducendus, quia plenus veneno mortifero, ut in eo, & ſup. dictis patet.

a Imò certè omittendum, cùm ipſemet inſanus Mahumetus incōſtās ſit, atque uarius in dictis, & factis ſuis, quippè qui à ſeipſo ſępiſſime diſſidet: & ingenue falſus eſt neſcire ſe, an ipſe, & qui eum ſequunt̄, in via ſalutis eſſent. Addens inſuper ſe credere, ꝙ nullus legem ſuā erat intellectur⁹; neque mirum id, quandoquidē illemet ſeipſum nō intellexit Etenim vt Sapiens ait: impius confundet, & cōfundetur. Qua fortè moti ratione viri ſancti, ac Doctores alij, illū quaſi dementem, inſanum, furioſū, cęcum, ac cęcorū ducem vilipendētes, contra eius Alcoranum, altiora, ac maiora petentes, non tam diffuſe ac cōtra iudęos & hæreticos, ſcripſerunt. Quamobrem ſi in eius cōfutationem, etiam Nos pauciora, q̄ par erat attulerimus; cauſę huic adſcribatur; uerè enim dignum, & iuſtum iudicamus in hac re, maiorū ſeqni veſtigia, & ad alia, quæ nos expectant animarum fidelium ſalutem concernentia properare: remittendo Lectorem ad librū, quē audio circunferri, & non vidi, qui ut aiunt, dicitur Antialcoranum. i. contra Alcoranū quemadmodū dicitur Antichriſt⁹. i. Contra Chriſtū. non Antechriſtus, ut uulgus male ꝑfert.

a O Deus

quia



quia iſta eſt uia recta; & ſicut ſē
ſit Ieſus in eis hęreſim, dixit: nō
ſunt Deo, niſi Chriſtiani: & di-
xerūt Apoſtoli: Nos ſumus chri
ſtiani Deo credite in Deo, & te
ſtificamini, quòd ſumus Sarra-
ceni. Hæc ille.[a]

899 Vide lector, quomodo iſte in
ſanus multoties ſequutus eſt li-
brum de infantia Saluatoris, v-
bi apparet in Cora Mariæ, quæ
eſt. 18. vbi ponit, quòd Ieſus Chriſtus die, qua
fuit natus, ſuit loquutus illis, qui mirabantur de
partu Matris ſuæ, & reprehendebant eam. Et
quaſi omnia prædicta repetit in Cora. 4. ad finē.

900 Dicit in cora. 17. quæ intitulatur: Filiorum Iſ-
rael, circa finem, quòd dictum fuit ſibi: Non cre-
demus tibi, donec aperias nobis in terra fon-
tem, aut facias hortum fructuum, & vuarum, &
aperias riuos, in eo: aut facias cadere cœlum, ſi-
cut dixiſti, ſupra nos: aut venias cum Deo, &
Angelis obuiam: aut habeas domum depictam
in Cœlo: nec credetur dictis tuis, donec ducas
nobis librum, quem legamus.

901 Reſpondit Machometus: laudetur Dominus
meus. Nunquid ſum ego, niſi nuntius carna-
lis,[b] & non eſt prohibitum hominibus, ut cre-
dant, cùm venit ad eos doctrina recta, niſi quòd
dicant miſit Deus carnalem nuntium?

Et, ſi eſſent in terra Angeli, qui ambularent ſe-
curi,[c] mitteremus ad eos de cœlo Regem, aut
Angelum nuntium. Dicas, ſufficit Deo teſtimo
nium inter me, & vos, quòd ipſe eſt in ſeruo ſuo
magnus, & prouidens, & quem Deus illuminat,
eſt illuminatus: & quem obſcurat, mittit in gehē-
nam. Hæc ille.

902 Audi hominem fatuum, qui hæc dicit, ut ſe
excuſet ab impotentia faciendi miracula: & hęc
omnia dicit, poſtquam ibidem præmiſerat, quòd
ſi omnes homines, & diaboli congregarentur,
neſcirent facere alterum talem Alcoranum, qua-

a O Deus meus; quanta inuoluit, & inuoluunt iſti Onagri, ſeu ſaluatici, uel ſylueſtres aſini, q̄ pias quaſcunque aures offendunt. De quib. dicere poſſumus: Vtinam ſaperent, & intelligerēt, ac nouiſſima prouiderent: Aliàs, De⁹ meus diſperde illos in virtute tua, & deſtrue eos; & in chamo, & freno maxillas eorū conſtringe, quia non approximant ad te, ut ait Prophet. Pſal. 31.

b Confeſſus eſt, & non negauit, & ipſi non intellexerunt ueritatē quā dixit eis dicens; Nuntius carnalis, non Dei, ſed Satanæ. Rectè ergo talia de ſe cōfitēti unuſquiſq; dicere poterit cū D. Luc. c. 19. De ore tuo te iudico, ſerue neq̄, imò, ipſamet nequitia, & malignitas.

c Optimè inquit: Si Angeli in terra eſſent ſecuri, cùm ipſe infernalis beſtia ex genere fuerit Sodomorum, qui Geneſ. c. 19. domum ualauerunt Sancti Lot, ut Angelos ibidem ꝑnoctantes ſtuprarent. Quod nefandum uitium hucuſque inter eos miſerabiliter perſeuerat. Quos, utinam alia Chriſtianorum Natio, quam meritò deplorat Aluarus Pelagius. in tract. de Planctu Eccleſiæ. lib. 2. ca. 2. nō fuiſſet undequaque imitata. Faxit Deus, ut ad naturalem ac licitum uſum ſit conuerſa atque mutata.

a Non

lem

lem ipſe fecit. [a] Quod eſt vnum ridiculum audire: tam ex inſania ſententiarum libri ſui, quàm ex ineptitudine uerborum, & ordinis ipſius libri.

Dicit in cora.4. in fine, quòd Deus dixit Ieſu: O Ieſu Fili Mariæ, tu dixiſti hominibus: Accipite me, & matrem meam Deos propter Deum: dixit lauderis, non eſt mihi, ut dicam quod nō eſt mihi uerum. Si ego dixiſſem illud: tu illud ſciuiſſes, [b] ſcis, qđ eſt in animo meo, quia tu es ſapiens ſecretorum, non dixi eis, niſi qđ mandaſti mihi ſeruire Deo domino meo, & domino ueſtro: & fui eis teſtis quamdiu mãſi apud eos, & poſtquam me mori feceris, tu es retributor eorum: & tu ſuper omni re es teſtis: ſed tu punies eos: ipſi ſunt ſerui tui ſi eis propitiaberis. Tu es glorioſus, & ſapiens. Dixit Deus: iſta dies proficiet iuſtis. Habebũt hortos, ſubtus quos current riui perpetui, in quibus erunt perpetuo: complacebit Deus in eis, & complacebũt in eo. Iſta eſt gloria magna Deo, & Regnum cœlorum, & terræ, & quicquid eſt in eis, & ipſe ſuper omni re eſt potens. Hæc ille.

Modò animaduerte Lector: quomodo iſte frenetizat. [c] Et arguo contra eum: Aut enim Chriſtus dixit id, quod Deus imputat ei, uidelicet, ꝙ ipſe, & mater ſua eſſent Dij, præter Deum, aut nō dixit. Si enim dixit hoc Chriſtus, ergo uerum dixit, cùm Ieſus Chriſtus, ſecundum eum, ſit verbum ueritatis, ut dicit in cora Mariæ, quæ eſt. 18. Si enim non dixit: quomodo Deus dixit mendacium Ieſu Chriſto, dicens illi, quòd ipſe dixerat, quæ non dixit Chriſtus? Si dicis, ꝙ Deus hoc dixit tentando Ieſum; iſtud eſt fatuũ, quòd Deus tentet ſuum Prophetam de mendacio, quia Deus eſt ueritatis tẽtator ſicut in Iſaac, vt habetur Geneſis.22. Nuſquam enim legitur, ꝙ Deus

a Nō eſt mihi creditu difficile; cùm ſæpe diſcipuli doctiores, ſapientioreſq; euadant ſuis magiſtris, ut de S. Thoma diſcipuli
903 Alberti Magni ap
paret. Ideo iudico, (ut ſic hyperbolice loquamur) Mahumetum malitia, cauilationibus, infernalibuſque inuentionib. homines, dęmoneſque ſuperaſſe ſuos magiſtros: ſed iuit, & ibunt ĩ adinuentionibus ſuis.
b Sunt enim om
904 nia nuda, & aper-
ta in oculis tuis. Quia ſcrutans corda, & renes Deus: & Eccleſia canit: Deus, cui omne cor patet, &c.
c Inſanit ac delirat; quare rectius iudico eius doctrinam ſilẽtio, abſq; vlla argumẽtatione præterire; quã
905 tot manifeſtis mẽ
dacijs, falſitatib. atq; blaſphemijs aliquid reſpondere; cùm in ipſo Mahometo, quaſi in malorum omniũ fonte, atque radice, omnes inueniãtũr abominatiões, quas Prouerb.c.6. odit Dominus di
906 cens: Sex ſunt quę
odit Dominus: & ſeptimum deteſtatur anima eius: oculos ſublimes; lĩguam mendacem; manus effudentes innoxium ſanguinem; cor machinans cogitationes peſſimas: Pedes ueloces ad currendũ in malum, Proferẽtem mendacia; & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. Quæ omnia, & infinita alia crimina operatus eſt hic filius diaboli, & operantur eius miſerrimi ſucceſſores.

a Ma-



Deus de mendacio tentet aliquem, præcipuè ſanctum. [a] Sed iſte inſanus omnia dicit more fatui hominis, & ignari.

Ponit hic inſanus tempore Pharaonis Haman, in Cora. 39. Quod, quam falſum, & ab ignorantia dictum ſit, omnes qui norunt Sacras Scripturas dicant: & ipſe & ſui, tanquam beſtiales taceant. [b]

Dicit in cora. 8. in fine primæ chartæ: Occidite illos, qui non credũt in Deo, & in die ultimo, & non abominati fuerint quicquid abominatus eſt Deus, & Nuntius eius; & non iudicant iuditium ueritatis eorum, qui duxerunt librum. Hæc ille. Ex hoc iudicari debet iſta doctrina Machometica falſa, quæ vult doceri, & per homines ſeruari per uim. [c] Scio enim, quòd legitur in geſtis Apoſtolorum Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ꝙ cùm Beatus Clemens diſcipulus Beati Petri optaret multum deuote, quòd eius pater, per Beatum Petrum cogeretur, ut de Gentilitate ad Fidem Catholicam ueniret, & Baptiſmum ſuſciperet; Beatus Petrus ei dixit: Abſit, quia fides Ieſu Xp̄i neminem quærit inuitum. Et, licèt Euangelium dicat: compelle eos intrare: abſit quòd debeant

a Maximè cum de hoc habeamus mirabile D. Iacobi teſtimonium, qui in Epiſtola ſua canonica. c.1. ſic ait: Deus in tentator malorum eſt; ipſe enim neminem tentat, &c. Imò fidelis Deus, (ut ait Diuinus Paul. 1. ad Corin. c. 10.) qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis; ſed faciet cum tentatione prouentũ, ut poſſitis ſuſtinere.
b Et ſimul confiteantur, quòd in uniuerſa Sacra Scriptura non inuenitur niſi: Amam, quæ eſt Ciuitas quedã Ioſue c.15. & Haman, de quo habetur hiſtoria Eſter. ca. 3. Itaq; quantum diſtat ortus ab occidente, ita Hamã à Pharaone.
c Quia fures sũt, & latrones, & nihil aliud quærunt niſi, ut Chriſtianos mactent, & pdant. Quapropter dicunt Doctores differentiam eſſe inter Chriſtianũ, & Sarracenum, uidelicet, ꝙ ſi Chriſtianus capiatur à Sarracenis, de iure nō efficitur ſeruus, nec iura poſtliminij in talẽ ſeruum habent locũ, ut in l. Hoſtes. ff. de captiuis: quia Mahumetus Dux, & Princeps Sarracenorum, potẽtia ac vi armorum vna cum progenitorib. Sarracenorũ occupauit titulo diabolico, & uiolento quicquid nunc poſſident; quos ſequuti ſunt ſui ſucceſſores; vt uniuerſæ narrãt hiſtoriæ, quas citant Doctores. ſupra & inf. & tradit. S. Anto. 2.p. hiſt. ti. 13. c.5. ĩ prin. & §.7. & i hiſtorijs alijs. Accedit, ꝙ ẽt procurauit ſubuertere, ꝑ ut ſubuertit populos illos à Roma-
no Imperio, ut ha 907
betur ĩ Fortalicio Fidei. c.4. & in opus Regale Ioannis Lud. Viualdi. & in Supple. Chronico. lib. 10. tradit Cardin. & alij in Cle. 1. de Iudęis. Ex quibus, & ex
multis alijs, quæ 908
tradit Gloſſa in c. ius Gentium. 1.d. verbo: Ser uitutes. S.Th. 2.2. q. 40. Silueſt. uerb. Bellũ. i. & alij Summiſtæ eodem. Sotus. lib. 4. de iuſt. & iure.
q.2. ar.2. Arnal. Al 909
bert. in rub. de hæret. in 6. q.8. nu.9. ſequitur, ꝙ cũ bellum ſit iniuſtũ ex parte Sarracenorum, ꝙ Chriſtianus eorum captiuus poteſt cũ bona conſcientia fugere illorũ man⁹. ẽt ꝙ ad infidelitatem non cogeret; contra Anchar. q. cõtrarium uoluit. Sarracenus aũt, & alij infideles iuſto bello à Chriſtianis capti, iure o-
ptimo fiunt ſerui. 910
ſecũdum omnes. ſup. & communi. Pro quo uide Re-

 le-

beant eſſe mortis, nec corporis cruciatus compulſiones, ut in c. Qui ſincera. 45. diſt. & c. de iudæis. [a] Sed benè permittuntur aliquæ uexationes penſionum, & repræhenſionum cõtra duros infideles, ut ſit uexatio quæ det intellectum auditui, ut notant Doctor. in ca. Quàm pio. 1. q. 2. Non enim iubetur, aut permittitur mortis pœna, aut corporis cruciatus, quæ mentem, ſiue intellectum violenter inducant, vt iſti mali, & inſani Sarraceni homines lege, & conſuetudine ſua praua faciunt. Propter qđ meritò ſunt, de mundo uerbo, & facto eradicandi, & funditus iure licito tollendi.

Et audi deuote lector, qũo ex ſuis codicibus cõuincuntur, ut noſtram fidẽ ędificent ſuo ore, & confirmẽt; & ſuam propriam ſectam confundant, & deſtruãt. Ipſi enim fatentur, ꝙ Ieſus filius Mariæ fuit Meſsias promiſſus filijs Iſrael, ut in pleriſq; capitulis, ſiue coris ſui Alcorani dicũt & firmiter aſſeuerant; adeò ut ferè nunq̃ nominat Ieſum, niſi adiungat Meſsiam. Modò, ſi Ieſus fuit Meſsias, ut ipſi dicunt, Quęro ab eis, quid fecit iſte Meſs ias filijs Iſrael, quia nõ ſaluauit eos temporaliter, nec ſpiritualiter: præſertim cùm ipſi firmiter affirment, quòd non fuit occiſus, neq; ſuſpenſus, ut ſup. retuli? Sed certum eſt, ſecundum ſcripturas, [b] ꝙ Meſsias debebat Iſraelẽ ſaluare: Qũo ergo ſaluauit? aut qd eis fecit quib. promiſſus eſt, pluſq̃ alij Prophetę? Remanet ergo nõ ſolũ Sarracenus uictus, ſed confuſus ĩ ſua ſecta ex his paucis, q̃ dicta ſunt. Nunq̃. n. ego arguẽs, iſta peritis Sarracenis in ſua ſecta, habui ab eis reſponſum, nec ẽt euaſionem aliq̃ coloratam, Et, ſi tu chriſtiane lector, eius librum legeris, [c] ui de-

lectiones duas de
Indis, factas per F.
Franciſ. à Victoria.
& Nauarrum.
in c. Contrarium.
de Pœnit. diſt. 5. n.
4. & in rubr. de iu
dicijs. num. 105.
a De hac materia
vide mirabilẽ tra
ctatum Ioan. Drie
donij. de liberta-
911 te Chriſtiana, &
Ioannem Ludou.
Viues. de ueritate
Fidei Chriſtianæ.
& Nauarrum. in
Symbolo, ubi
multa reperies ꝓ
bantia Euangeli-
cæ legis ſuauitatẽ
& libertatem. Et
ꝙ fides Catholi-
ca neminem uelit
912 niſi uolentem; ne-
minem niſi uolun
tariè uenientẽ pa
tercla è in noſtro
Cãdelabro aureo.
1. p. tit. De Baptiſ.
nu. 5. vbi ventila-
tur illa quæſtio ad
longum: utrum fi
lij infidelium poſ
ſint, inuitis paren
tibus, baptizari?
b Vt ſæpè in ſupe
913 rioribus probaui-
mus; & ꝓbat opti
mè Propheta ĩ Pſ.
110. ibi: Redem-
ptionem miſit Do
min⁹ populo ſuo.
quem locum, &
Pſalmũ declarat
914 latè Iacobus Va-
lentia ibid. dicẽs
in concluſ. 2. Qua
tuor fuiſſe princi-
paliora mirabilia
& myſteria, q̃ De⁹
915 operatus eſt erga
nos, ſcilicet opus
creationis, Incarnationis, Redemptionis, & Euchariſtiæ Conſecrationis.

c Melius eſt illũ non legere, ne horreat animus tot abominationes, nefanda crimina, diabolicaſque inuentiones legẽdo & audiendo. Sufficiet pio lectori legere librum quatuor Apologiarũ pro Chriſtiana religione cõtra Sarracenorum hęreſim, quem compoſuit Ioannes Cantapuzenus Imperator Cõſtantinopolitan. qui aſſumpto Monachi habitu, Ioaſaph Monachus dicit, quẽ Bononiæ uidi Anno.



debis quàmplura uana, fatua, & inſulſa, quæ te, in fide Catholica non ſolum confirmabũt ſed ardentem amatorem, & deuotum filocaptum fidei Ieſu Chriſti facient, & ſpernentem ſuam ſectam, & uerba ſua procurabunt.

Et neminẽ moueat fęlicitas temporalis [a] eorum, magis quã mouere debet principatus diabolorum in mundo, aut in inferno; aut decem Tribus Iſrael, q̃ relictis duabus Tribubus, in fide Moyſi, ipſæ à fide ad idolatriam conuerſæ aberrarunt. Nõ enim propter hoc fides Moyſi, ĩ minori parte, quæ remanſit, fuit apud Deum repulſa. [b] Imò in ea venit Chriſtus, [c] & non in decẽ Tribubus. Ita ꝙ multitudo errãtium non debet mouere ſolidũ intellectum; ſed ſola ratio, quæ (ut uides,) uincit Sarracenũ, [d] Quod eſt ſecundum quod probare pollicitus ſum.

no. 1590. & aliquot etiam corſi, quos refert. D. Doctor Franciſ. Penna. in addit. ad Directoriũ Inquiſ. li. 2. Scho. 37.

a Vnde D. Aug. in Pſ. 54 uerſ. 1. ſic ait: Ne putetis gratis malos eſſe ĩ hoc mundo: & nihil boni de illis agere Deũ. Omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur: aut ideo uiuit, ut per illum bonus exerceatur. Ideo. S. Propheta Pſa. 36. dicebat: Noli ęmulari ĩ malignantibus; neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. Et mirabiliter. D. Ioan. Chryſ. (& habet ĩ c. Quid ergo. de pęnité. diſ. 3.) ſic ait: Quid ergo turbamur? Nemo uidẽs malignos proſperitatem hr̃e turbet: nõ eſt hic retributio malignitatis, neq; uirtutis. At, ſi aliqñ cõtingat, ut aliqua ſit retributio, uel malitiæ, vel uirtutis; nõ tñ ſecundum qđ dignum eſt, ſed ſimpliciter, ueluti quædam guſtus iudicij, ut qui reſurrectionẽ nõ credũt, talib. doceant; qñ itaq; uidemus malignũ diteſcere, nõ ſubruamur; & qñ uidemus bonos mala pati, non turbemur: illic corona, illic ſupplicia. Quamplures alios Sãctorum Doctorum ſententias poteris uidere in Polyantea. uerbo: Proſperitas. Et uide tex. in c. quamquam. de pęnit. d. 3. & expoſitores ſuper Pſ. 36.

b Nec ideo ẽt Xpi fides, q̃ in ſola Sacratiſſima Virg. tp̃e paſſionis remanſit, fugientib. & derelinquentib. Ieſum oĩbus Apoſtolis, eſt minus ęſtimanda, ſed potius ad aſtra uſq; extollenda, cum ipſa quaſi accenſa facula ꝑmanſerit, inter Apoſt. quaſi candelas extinctas. Qđ uolens nobis S. R. E. manifeſtare in ĩbus illis hębdomadæ ſanctæ ferijs, præcipit in Matutinis candelas omnes extingui, ſuperiore, q̃ Beatiſſimam uirginem ſignificat, ſola exiſtente accenſa, ut habetur in Breuiario; & tradit late Rationale Diuinorũ officiorum in illo loco. 916

c Vt adimplerentur infinitæ ferè ſcripturæ, quibus Deus promiſerat Filium ſuum ex illa Tribu eſſe naſciturum, ut in toto huius tractatus contextu ſæpè auctoritates citatæ, & à nobis declaratæ ſunt.

d Eſt enim ratio aſpectus mentis, 917 quæ bonum, malumque diſcernit, virtutes eligit, deũ diligit, ut ait. D. Augu. in lib. de ſpiritu, & anima. Secundum autem D. Th. in 1. ſen. d. 3. q. 4. Ratio eſt natura intellectualis obũbrata. De ui, atq; atq; potentia rationis (ultra alios) uide Senec. in Epiſ. 68. ubi ſic ait: Sola rõ incõmutabilis, & iudicij tenax eſt; non. n. ſeruit, ſed imperat ſenſib. Quib. addim⁹ rõnem eſſe (ut ita dicañ) ſine qua factũ eſt nihil; quam filiam Dei, Sanctorum ſororẽ, oĩum Nationum ſociam, meritò appellare libet. Nam ſicut in Deo uiuimus, mouemur, & ſumus; ita rõne, ab alijs diſtinguimur creaturis. Vnde meritò homo rationale animal diffinitur ab

 Ariſt.

*¶ Rationes laicales contra Idiotas: quæ docent fidem Chriſti ueram, & neceſſariam eſſe.*

RAtiones vulgares, & laicales, quæ imperitis,[a] & idiotis[b] hominibus iudæis, & Sarracenis, & alijs etiam Chriſtianis imperitis poſſunt dici, ad noſtræ Catholicæ fidei confirmationem, quibus auctoritates Sacræ ſcripturæ non valent propter eorum ignorantiam allegari; & quamquam ex Sacra ſcriptura colligantur; tamen ſine auctoritatibus Sacræ ſcripturæ poſſunt efficaci ratione in ordinem, & modum infraſcriptum idiotis dici, & affirmari.

Et primò, dicēdum eſt, quòd homines huius mundi non poſſunt ſtare ſine fide aliqua, quia hoc quilibet fatetur iudæus, Chriſtianus, aut Sarracenus.

Modò capiamus laicaliter: Quæ duarum erit amplectenda,[c] vt relinquatur fides chriſtiana?

Si enim ſuſcipimus legem Moyſi, ut relinquamus fidem Chriſti; obijcitur obſeruatoribus fidei Moyſi; quomodo illam amplectemur, aut ſequemur, quando videmus, quòd vos iudæi eius obſeruatores, quibus in ea promiſſæ ſunt tot benedictiones, & proſperitates temporales, ſi illam obſeruaueritis, licèt eam melius obſeruetis modò, quantum tangit ad legem factorum, & præceptorũ, quæ in faciendo, & non faciendo conſiſtunt, q̃ ſunt

Ariſt. & cõmuni.
a Sapientibus enim, & inſipientibus debitores ſumus, ut ait Diuinus Apoſtolus. epiſtola ad Rom. c. 1.
b Idiota dicitur
918 indoctus, & inutilis, quaſi ſibi tantummodo, & nulli alij utilis; ita ait Lucillus, quẽ refert Polyantea. eodem uerbo. Albericus autem. in Dictionario. uerbo, idiota, ſic ait: (& melius) idiota, ideſt, laicus, qui literas neſcit; in Authẽtica, quo modo oportet Epiſcop. §. primo. Quandoque dicitur ille, qui oſtendit ſe ſcire, cùm neſciat. Vnde ver
919 ſus: Vir benè veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus creditur à mille, quàmuis idiota ſit ille.
Hodie autem,
920 communiter dicitur idiota, qui literas diſcere voluit, tamen deſiderium, propter mentis hæbetudinem, non adimpleuit.
Quando verò in Sacris literis, vel Doctoribus inuenitur ſcriptum Sunctos Chriſti Apoſtolos fuiſſe
921 idiotas, intellige homines ſimplices abſque literis. ita declarat.

Sanctus Thomas. in expoſitione Pſ. octaui, in principio.
c Multa tradunt Doctores de comparatione legis ueteris ac legis Euangelicæ; præcipuè. Sanctus. Th. in multis ac diuerſis locis. Ioannes Driedonius in tracta. De libertate Chriſtiana Ioã nes Ludouicus Vi ues in tracta. De veritate fidei chriſtianæ. Arnaldus Albertinus in rubrica. de hæreticis. in 6. quæſtione duodecima § Quartus error. art. numero vigeſimoquarto. Ex quibus, & ex omnibus alijs patet Legem Euangelicam longe excellentiorem eſſe ipſa Lege Moſayca. Primo enim lex Moſayca, timoris lex: Euangelica uerò, amoris appellatur; ſecundum omnes. Lex



ſunt in lege Moyſi, quàm unquã veſtri prædeceſſores illam ſeruauerunt in deſerto, nec etiam in terra promiſsionis, tempore Ioſue, iudicum, & Regum: & demũ in domo ſecunda, poſt tranſmigrationem Babyloniæ, tẽpore Eſdræ, Neæmiæ, & demum ꝑ tẽporis diſcurſum vſq; ad Chriſti aduentum, ſemper præcepta dictæ legis, vos iudęi minus celebriter, & minus accuratè ſeruaſtis quàm modo, in hac captiuitate. Non enim præcepta legis in deſerto ſeruaſtis, vt modo ſeruatis, quando ibi Sabbatum, nec alia feſta ita bñ colebatis, vt modo in hac captiuitate facitis. Nec enim voluiſtis redire in Aegyptum; multas rebelliones feciſtis; feciſtis vitulum, & nihilominus pactum Dei in proſperitatibus temporalibus nõ fuit vobis uiolatum, ſed ſemper in deſerto habuiſtis illum ſanctũ Moyſem Prophetam protectorem. Item tempore Ioſue fuiſtis mali, & rebelles, tamẽ Deus nõ vos dereliquit. Item tempore iudicum fuiſtis idolatræ, negligentes circa Legis Moyſi obſeruationem; tamen Deus nõ vos dereliquit. Venientibus Regibus, legamus tempora ueſtra, & ſcripta hiſtoriarum temporum illorum, & uidebitur manifeſta negligẽtia veſtra in obſeruãtia Legis Moyſi in idolatria, & mille publicis peccatis cõmiſis per vos contra legem Moyſi, & eius obſeruantiam; tamẽ Deus cum his

Lex enim noua ex oſtenſione diuina charitatis initium ſumpſit, quia in effuſione ſanguinis Ieſu Chriſti, qui fuit perfectiſſimæ charitatis ſignum, nouum teſtamentum conſummatũ eſt. Lex autem uetus in oſtẽſione diuinæ poteſtatis, q̃ timorem incutit, initium ſumpſit, ut patet Exod. c. 2.
¶ Item, lex uetus eſt imperfectorũ, ſecũdum illud ad Hebr. 7. Nihil ad perfectum adduxit Lex: noua uerò perfectorum. Math. 5. Eſtote perfecti, ſicut & Pater ueſter ꝑfectus eſt.
¶ Item, lex uetus dicitur occidens; noua uerò uiuificans, ſecundum illud. 2. Epiſt. ad Corinthios. c. 3. litera occidit, ſpiritus autem uiuificat. Pro cuius declaratione vide S. Bonam uẽt. in 3. ſent. diſt. 4. q. 2. & S. Tho. 2. ad Corint. c. 3. lectione 2. & Durãd. ĩ 3. ſent. diſt. 4. q. 3.
¶ Item patet eius excellentia ratione promiſſorum. Nam ſecũdum D. Dionyſ. c. 5. de Eccleſiaſt. Hierar. ad medium, Lex noua media eſt inter Eccleſiam Cœleſtem, & ſtatum veteris legis. Et ideo æterna bona, quæ

in Cœleſti patria copioſè exhibenť, in noua lege manifeſte promittuntur. In ueteri autẽ lege, non promittebantur niſi ſub quibuſdã figuris. Vnde D. Paulus ad Hebræos 10. dicit vmbrã habẽs Lex futurorũ bonorũ.
¶ Item, ꝙ Lex noua leuior, ac multo ſuauior ſit ueteri, nulli eſt dubiũ (quamuis Scotus,
in 3. ſent. diſt. 4. du 922
bitauerit quo ad moralia) nam D. Aug. ad inquiſitiones Ianuarij. Epiſtola 119. c. 19. cuius pars habetur, ĩ c. omnia. 12. diſt.
dicit, quòd Rabbi 923
Moyſes numerauit plus q̃ 600. pręcepta, ad quæ illi tenebantur, & nos ſupra latè tradidimus cum D. Petro Actor. 15. dicente: Quare vultis imponere nobis onus graue, quod nos, neque patres noſtri portare potuimus. De ſuauitatẽ autem Legis nouę nihil dicẽdum putaui, cùm omnib.
manifeſta ſit: cum 924
dicat Apoſt. ad Roman. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Et hæc de comparatione Legis antiquæ cum ſacroſancta Euangelica, ſufficiant. De ſecta autem abomina-

his omnibus nunquam vos dereliquit in exaltatione veſtri ſtatus, & Regum ueſtrorum. Demũ in captiuitate Babylonica, quæ ſeptuaginta Annis durauit, habuiſtis Prophetam Ezechielem, & alios. Demum redempti per Cyrum Regem, & ducti in Hieruſalem, tempore Eſdræ, & Neemiæ, quãdo nec Sabbatum ſeruabatis, nec alias Legis cæremonias perfectè cuſtodiebatis, alienigenis mulieribus uos, contra Legem copulabatis, tamẽ Deus illo tempore, vſque ad aduentum Chriſti non uos dereliquit. Reges enim habuiſtis Machabeos, & alios, vt plenæ ſunt hiſtoriæ, ſemper uſque ad Chriſti aduentum ſeruando Legem Moyſi, licèt exiliter & male; tamen ſemper Deus habuit de uobis curam, iuxta vobis in Lege promiſſa; non fefellit uobis fedus Legis Moyſi vobiſcum initum, & uobis promiſſum, uidelicet, quòd ſi ſeruaretis illam Legem Moyſi, faceret uos magnos, & Reges veſtros alijs gentibus ſuperiores: haberetis temporalia abunde, & fertiliter.

Adueniẽte Domino noſtro Ieſu Chriſto, quando eſtis per totum Mundum diſperſi, non inuenitur in uobis aliquis iudęus idolatra, nec ſe copulans per Matrimonium alienigenis [a] mulieribus, non frangens, aut uiolans Sabbatum publice, omnia præcepta ueſtræ Legis ſeruatis ad unguẽ, aut multo melius quàm temporibus Moyſi, Ioſue, Iudicum, Regum, captiuitatis Babylonię, Domus ſecundæ, tempore Eſdræ, & aliorum, uſque ad aduentum Chriſti ſeruatis. Quomodo ergo aliquis accipiet legem, aut obſeruationem Legis Moyſi, quando eius obſeruatores in deterius vbique conſumant dies ſuos? Et quanto magis conamini Legem Moyſi, & eius pręcepta ſeruare, tanto magis ubique uobis promiſſa ipſius Legis

circa

minabilis Mahumeti, non iudicamus fas eſſe loqui, cũ tota beſtialis, immunda, crudeli
925 tatibuſque plena, atque ab ipſamet natura deuia ſit.

a Nota uno ex tribus modis poſſe iudæum carnaliter cognoſcere Chriſtianam. Pro quib. dantur tres cõcluſiones. Prima: Iudæus quamcunq; cognoſcens mulierem Chriſtianam in contemptum Fidei Chriſtianæ, & non ex mera libi-
926 dine; punitur capitali pœna, eiuſque bona confiſcãtur. Quam concluſionem probat Marquardus de Suſſanis. tract. de iudęis 2. p. c. 3. nu. 13. ex
927 tex. in l. iudæos. C. dẽ iudæis, & c. Etſi iudęus. c. Poſtula-
928 ſti. c. In nonnullis, & cap. Cum ſit nimis, de iudęis, & in alijs cap. Qui tamen, nu. 14. ibidẽ probat non eſſe talem animũ in dubio credendum in iudæo, niſi clarè probetur.

Secunda concl. iudęus cognoſcẽs
929 carnaliter Chriſtianam in figura Matrimonij ſcienter, & non per modum fornicationis, ſeparatur ſtatim, quia nullum eſt matrimonium. tex. in cap. caue & cap. Siquis 28. q. 1. Et ſic contrahẽtes puniũtur pęna capitis, per l. nequis Chriſtianã. C. de iudæis. De cuius ĩtellectu uide Marquard. ſup. nu. 15.

Tertia concluſio. Qualiter autẽ ſit agendum cum iudæo, qui carnaliter ob fornicationem tantum, Chriſtianã cognouit, tradit late, ſupra Marquardus, n. 2. ubi multa adducit.

a Ideo



circa temporalia deficiunt, & vos fallunt, & ea vobis non ſeruat Deus, [a] nec illius Legis obſeruãtia, vos iuxta promiſſa Legis ipſius remunerat, aut fouet.

Dicite mihi, quid feciſtis? Quid cõmiſiſtis? quòd illa lex tam ſancta, tam vera, tam diuina ſic vos deſerit, ſic vos dimittit, ſic vobis non ſeruat promiſſa in ea, circa temporalia? Quomodo aliquis veſtram legem, & obſeruantiã eius ſuſcipiet, quandò vos videmus in eius obſeruatione deluſos, [b] & deceptos, atq; derelictos, & obliuioni traditos tãquàm mortuos, & neglectos?

Sed ego ſcio quid feciſtis: Occidiſtis Chriſtum veſtrum, & nõ doluiſtis, nec pęnitentiam egiſtis, nec agitis; imò ſemper perſeueratis in perfidia [c] veſtra, & peccatũ veſtrum ſemper contra vos eſt: quo peccato, aut delicto nullum maius feciſtis. [d] Maius enim eſt hoc peccatũ quàm Vitulum, aut alia idola coluiſſe, aut Prophetas occidiſſe. [e] Et hoc eſt quod de vobis Iſaias dicit c. i. Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me; cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus prę ſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & Populus meus me non intellexit, vę genti peccatrici, Populo graui ini-

qui-

a Ideo nunc non ſeruat, quia iam omnia ſeruata fuerunt, & adimpleta, quæ de Chriſto Domino noſtro fuerant ab origine Mundi: per Prophetas ſanctos pręnuntiata, ut aperte dixit Euãgeliſta Ioan. c. 19. de Xp̃o ſic: Poſtea, ſciens Ieſus quia iã oĩa cõſummata ſunt, vt cõſummaretur ſcriptura, dixit: Sitio. Et infra dixit Ieſus: Conſummatum eſt. Vbi, cum uita Chriſti fuit omni ſcripturæ ſatisfactum.

b Qualiter cæremonialia & Legalia hodie ſint mortifera, dictum eſt ſæpe ſupra.

c Qualiter iſti inimici Crucis Chriſti, filijque diaboli in Chriſtũ, eiuſque Apoſtolos, ac primitiuæ Eccleſiæ Catholicos deſeuerint, & poſtea p̃ uniuerſum mundum facinora perpetrantes, in duritia ſua perſeuerauerint, tradũt hiſtoriographi omnes maxime Vincentius in Speculo hiſt. lib. 39. cap. 25. quem refert, & ſequitur Ioan. Ludouicus Viuald. in libro: opus Regale, in 5. perſecutione Eccleſiæ, & Marquardus, de iudæis. 1. p. c. 6. Iacobus de Valẽtia in Pſal. 67. uerſic. Dixit Dñs ex Baſam cõuertam, & S. Anto. 2. p. hiſtor. tit. 17. cap. 1. §. 6. in quibus authorib. (ut alios omittamus) inaudita crimina, horrẽdaque flagitia, a iudæis, in Chriſtianos perpetrata reperies, quæ longum eſſet recẽſere. Quare autem tam obſtinate indurauerint, audi Apoſtolũ ſoluẽtem dubium ad Roman. 10. qui ſic ait: Ignorantes iuſtitiã Dei, & quærentes propriã iuſtitiã ſtatuere, iuſtitiæ Dei nõ ſunt
subiecti. Quam au 930
ctoritatem (ultra expoſitores ibidẽ) declarat Marquardus. ſupra 3. p. c. 1. nu. 42.

d Maius etiã fuit illorum peccatũ, quàm Sodomorũ, & aliorum Gentilium. Gentiles. n. tantum legem naturalem tranſgreſſi ſunt, iudæi, etiã
ſcripturam. Genti 931
les, prædicatores nõ habuerunt; Iudęi, etiam Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, ſummam ueritatem viderunt, & audierunt. Apud Gentiles & alios nulla
fuerunt facta mi- 932
racula, apud iudæos infinita, ut tradit Gloſſa. uer. Peiores, in c. Nonne. 1. q. 1. quam refert, & ſequitur Marquard. ſupra, nu. 42.

e Et quòd maius ſit iudæorum peccatum, patet ex maiori pœna, & animaduerſione, quæ de eis habita eſt, exinde enim

de-

deſtructiones tot
Ciuitatum, & ip-
ſius Templi, & qui
ſub Caio Cæſare
tot mala perpeſſi
933 ſunt, Philo eius
Gētis libros quin
que de calamitati
bus eorum deſcri-
pſerit, & qui ſub
Tito & Veſpaſia-
no pro maiori par
te trucidati fue-
rint, & fame ob-
934 ſeſſi, & effecti ca-
ptiui, & uſque in
hodiernum diē va
gi, diſperſi, & ubi-
que terrarum per
Orbem errabūdi
diſcurrunt, ut no-
tum eſt, & hiſtorię
clamant. Vide de-
clamationē, quā
935 facit Marquardus,
ſupra 3.p. cap. 11.
nu.6.
a Extitit enim er
ga Iudęorum Po-
pulum cura inſi-
gnis ac mirabilis
Deo Optimo Ma
ximo, quibus, præ
cæteris hominib.
noua quædam, &
936 magnifica eis uitę
inſtituta ſunt tra-
dita, eiſque in me
dio Mari, ſiccum
iter apertum eſt,
& in quo ipſis fuit
937 ſalus (mirabile di
ctu) ibi eorum ini
micis paratus inte
ritus. Quadragin-
ta annis, non aran
do, neq; ſeminan-
do uixerunt; labo
rē meſſis, & areæ
neſcierunt; onus
938 molę eis, & coquē
di panis neceſsitas
non fuit: fęminas

quitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis, dereliquerunt Dominum, blaſphemarunt Sanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Et quia hoc eſt maius peccatū omnibus, quę feciſtis ideò quamdiu in illo eſtis, ſine redēptione eſtis, vt ueſtri Talmudiſtę deſperati omni ſpe redēptionis dicunt, vt ſupra allegaui in cap. 27. Iſaiæ.

Dicit Iudæus; non ſic domine, quia nos ſumus ſub expectatione Meſsiæ, qui nos ab his captiuitatibus redimet; uniuerſis, tàm Chriſtianorum, quàm Sarracenorum, & ducet ad terram Hieruſalem celebraturos inibi cū noſtris Sacerdotibus noſtra ſacrificia. Et ubi nō ueniat Meſſias, nos patimur Iudęi iſtas miſerias captiuitatū cunctarum, ſperantes poſt mortem vitā ęternam. Attende Iudęe, q̃ falſa, & vana ſpe falleris. Primo, iſta expectatio Meſsiæ multū eſt vana; quia ſi vera eſſet, deberes per Deum, cū miſsione Prophetarum in hac captiuitate conſolari, ſicut ſemper fuiſtis uiſitati, & confortati in alijs captiuitatibus Aegypti, & Babyloniæ. Qūo in hac captiuitate uobis ceſſarūt Prophetę, q uos conſolarentur, & dicerent; Veniens ueniet, & non tardabit Meſsias, quem expectatis, prout dicebat Malachias, ante aduentū Chriſti? Qūo, iudæe nō miraris, ꝙ poſt mortem Chriſti nō habuiſti vnū Prophetā, qui te in captiuitatib. & erūnis, quib. detineris, conſolaretur, ſicut in alijs captiuitatibus, & anguſtijs habere ſolitus es, [a] & cōſuetus?

Mirum in modum deberes admirari de tanta longitudine, & diuturnitate captiuitatis, & miſeriæ tuæ abſque aliquo Propheta, aut conſolatore.

Deinde, cum dicis, quòd conſolaris in ſpe vitę æternæ [b] poſt mortem; Attende ad me, attende; quia

quoque eorū nullatexendi ſollicitudo conſtrinxit: mercādi cauſa nō inſtitit: macellum nemo pro comparandis carnibus requiſiuit, ſed Deus omnia ꝓuidebat, ac alia multa mirabilia faciebat, q̃ legētibus Scripturas ſacras, maximè Exodi. c. 12. & 13. cum ſequentibus, & Pſ. 102. manifeſta erunt.

b Habebunt certè, ſi cōuertantur, & in fide, & gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti moriantur. Conuertentur tamen prope mundi finem, & cōuerſi regnare poterūt æter-



æternaliter in vita beata. De quorum conuerſione habetur Iſaiæ. 10. In ueritate reliquiæ cōuertērur, reliquiæ inquam Iacob, ad Deum fortem, &c. Et Oſeæ. 3. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominū Deū ſuum. Item, Iſaię. 35. conuertentur, & venient in Sion cum laude, & lætitia ſēpiterna, &c. Item, Iſaiæ. 45. Iſrael ſaluatus eſt in Domino, ſalute æterna. & Daniel. 7. Zachar. 12. Et effundam ſuper domum Dauid ſpiritum gratiæ, & præcum, & aſpicient ad me, quem confixerunt, &c. Et Hierem. 31. & Deut. 4. Nouiſſimo autem tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum, &c. Vide Auguſ. lib. 2. de Ciuit. Dei. c. 29. quem refert, & ſequitur Marquardus tract. de iudęis 2. p. c. 6. nu. 28. Ratio autem quare ſi conuertentur, viuent, eſt prima, qa apud Deum nō eſt diſtinctio iudæi, & Græci, ut ait Paulus. Secunda quia Chriſtus pro omnibus mortuus eſt; & pro omnib. de mundo ſatisfecit.

a Scopus enim, & finis Chriſtiani hominis eſt primum,

qa iſta ſi vera eſt opinio tua, ꝙ per legem Moyſi, & eius obſeruantiam expectas vitam æternam; iſta expectatio ſemper omnibus temporibus tuæ vitæ, & diſcurſus durationis populi Iſraelis fuit vniformis; & tamen iſta non quietabat animum, nec animam tuam, niſi tantum in hac vita in præmium obſeruantiæ legis haberes temporales ꝓſperitates, tibi ob obſeruantiā legis promiſſas. Præſertim cùm iſta expectatio vitæ æternæ ob obſeruantiam legis Moyſi, ſit falſa, nec apparet tibi in lege Moyſi promiſſa. Quis ergo obſeruantiam tuæ legis Moyſi aliquo pacto laudabit, aut illam ſequetur, quando te videt in illa deſertum, & derelictum contra legis promiſſum, & pro vana expectatione vitæ æternæ, quæ non eſt apparenter, nec clarè in eadem lege promiſſa, præceptis illius legis adhærebit, aut eis ſe ſubijciet, tam infructuoſe, & inaniter, ac ſine bona, & iuſta ſpe?

Dicit iudæus, tolle igitur ſectam Sarraceni, ſi retro felicitates temporales vadis. Audi iudæe, abſit à ſeculo, quod ego Chriſtianus retro aut in ſpe temporalitatum, & felicitatis huius tranſitoriæ vitæ vadam. [a] Sed tibi meritò, obijcio defectus tēporalis felicitatis, cui, ſecundū legem Moyſi, debita eſt, & promiſſa. Mihi Chriſtiano nihil aliud parum temporalitatis debe-

iuxta Euangelicū
dictum Math. 3. q̃
rere regnum Dei,
& iuſtitia eius, cō
fidens cętera om-
nia neceſſaria eſſe
ſibi à Domino adij
cienda. Qua ſpe
munitus ipſe Salo
mon Rex ante E-
uangelicam legē
dicebat: Pauperta
tem, & diuitias ne
dederis mihi, ſed
tantùm tribue mi-
hi victui neceſſa-
ria. Et Dominus
Noſter Ieſus Chri
ſtus ſæpè dixit: re-
gnum ſuum nō eſ-
ſe ex hoc Mundo.
Cuius exemplum 939
ſequentes non tan
tum Sācti Apoſto-
li; alijq; infiniti
Eccleſiæ primiti-
uæ Martyres diui-
tias reliquerunt,
ſed ſimul in tyran
norum manib. ꝓ
Chriſti fide uarijs
tormentis vitam fi
nierunt. Quorum
deinde ſectātes ve
ſtigia innumera
hominū millia ſo-
litaria deſerta, mū
[illegible] renūtiantes, pe
tebant, vt uidere 940
poteris in libro:
Vitas Patrum, nun
cupato compoſito
à S. Hierony. & in
Collationibus Pa-
trum Ioannis Caſ
ſiani, & alijs ſimi- 941
libus, maximè nūc
Surio, qui octo fe-
cit de vitis Sancto
rum elegantiſſima
volumina. Lege,
deinde florentiſſi-
mi ordinis S. Bene
Nn dicti

dicti annales, quibus infinitam ferè in-
uenies hominum multitudinem, qui ſe,
mundo calcato, atq; ſpreto, Obediētiæ,
Paupertatis, ac Caſtitatis volūtariẹ vin
culis pro Chriſto ligauerūt. Inter quos
( vt nunc in mira-
bili Religionis ar
bore ingenti cura
atq; diligentia cō
poſita, ac elabora-
ta, quam primum
typis mandanda,
apparet, quam ui-
di in inſigni, atque
Religioſiſſimo. D.
Proculi Bononiēſi
Cęnobio. anno.
1590 )multi Impe
942 ratores, Reges, Du
ces, Marchiones,
ac alij Illuſtriſſi-
mi uiri tam Eccle
ſiaſtici, q̃ ſecula-
res; etiam proprijs
voluntatibus expo
liati, Chriſtum nu
dum ſequuti sūt.
Quid de Sācto Pa-
trum Patre dicam
Auguſtino, ſub cu
943 ius ſanctiſsima Re
gulæ uiginti, & o-
cto, & amplius mi
litant Sanctiſsimę
Religiones? Quid
de Illuſtriſ. (Guſ-
manorum familię
in Hiſpania ) Do-
minicanorum di-
cam fundatore, ac
sāctiſsimo Patriar
cha Dominico?
Quid de Sanctiſsi
944 mo eius coetaneo
Aſsiſij Franciſco,
& alijs Religionū
fundatoribus, cū
ſuis ſacrorum mi
litum agminibus?
meli⁹ eſt eorū ſtu
pēdas Chronicas
legere, q̃ à me hic
pauca deſiderare.

betur pro obſeruātia fidei Chri
ſti.[a] Et ideo mihi nihil obeſſet,
ſi omnes temporalitates, & feli
citates mundanæ deficerent, q̃
non expectantur à Chriſtiano fi
deli, & bono, niſi quatenus ſuf-
ficiunt ad vitam æternam con-
ſequendam tanquam inſtrumen
ta, non tanquàm finis.[b]

¶ Or, conuertor ad Sarrace-
num, poſtquam mihi viſum eſt
oſtendiſſe non eſſe amplectēdā
obſeruantiam legis Moyſi. Et
dico, ꝙ nec ſecta Machometi
eſt amplectenda à Chriſtiano.[c]
Et arguo ſic: Quomodo Chri-
ſtianus recipiam ſectam Macho
meti, quando video quòd Ma-
chometus dicit, ꝙ Ieſus Chri-
ſtus prænuntiauit, & prædixit,
ꝙ poſt ipſum debebat venire q-
dam Nuntius Dei, cuius nomen
erat Ahmet. Hoc dicit Macho-
metus in Alcorano, cora. 60. &
in cora. 6. dicit: Machometus in
uenitur ſcriptus in Penthateu-
co, & in Euangelijs. Quomodo
poteſt hoc eſſe verum, quod de
ſe dicit Machometus, ſi ipſe ma
niſeſtè eſt contrarius uerbis Xpi
in plurimis? Primo, quia dicit
Machometus, ꝙ illud quod di-
cūt per mendacium; nos occidi
mus Ieſum filium Mariæ Meſ-
ſiam, non eſt uerum, quia non occiderunt eum,
neque ſuſpenderunt eum, ſed ſic apparuit eis.
Hoc

a Pro quo nota, in toto Decalogo nul
lum à Deo promitti temporale præmiū
ſeruantibus illum, niſi tantum in obſer
uatione quarti, ut habetur Exo. 20. Ait
enim ibi Dominus: Honora patrē tuū,
& matrem tuam,
vt ſis longęuus ſu-
per terram, quam
Dominus Deus tu⁹
dabit tibi.
b Quapropter di-
cit Propheta. Pſal.
61. Diuitiæ ſi af-
fluant, nolite cor
apponere, & alias
complures atque
mirabiles auctori
tates ad hoc pro-
poſitum poteris vi
dere in Polyâtea.
uerbo: Diuitiæ &
alijs.
c Imò, nec ab ip-
ſo diabolo, cum ſe
cta illa tot ſit abo
minationibus ſpur
citiis, ac peccatis
contra Deum, &
Naturam plena: q̃
ipſe diabolus quo
dammodo abhor-
ret. Legi in quodā
libro, cuius Aucto
ris non recordor,
peccata contra na
turam talem in ſe
habere & conti-
nere deformitatē,
ut ipſemet diabo-
lus, poſtquam ad
illa perpetranda
incitauerit, cūm
ad actum peruen-
tum eſt, oculos
( ut ſic loquamur)
auertat, ne tantā
videat fęditatem,
atque naturæ euer
ſionem.
a Vt



Hoc dicit Machometus ī cora,
ſiue. c. 3. quod intitulatur: Capi
tulum mulierum, circa finem.

Sed certum eſt, ꝙ Chriſtus in 945
Euangelijs in pleriſq; locis, quæ
tergiuerſationem, nec gloſſam
poſſunt pati, in contrarium di-
xit, & affirmauit, ꝙ ipſe debe-
bat pati mortem Crucis, & illu-
di à Gentibus, & mori, & tertia
die reſurgere, & pridieꝗ̃ patere
tur dixit ſuis diſcipulis, quod
corpus eius traderetur morti, & ſanguis eius ef-
funderetur in remiſsionem peccatorum.[a] Sequi
tur ergo notoriè, & maniſeſtè, ꝙ hic Machome-
tus eſt mendax, & non poteſt eius dictum ſuſtine
ri: nec poteſt eſſe, aut ſtare, cùm ſit contrarius
Chriſto: quem Chriſtum ipſe laudat, & approbat,
ac nominat eſſe verbum veritatis.[b]

Deinde, Si Chriſtus fuit, ut ipſe Machometus 946
dicit, & fortiter affirmat, Spiritus Dei, abſque ſe
mine virili poſitus in ventre virginis Mariæ, ut
ipſe dicit in cora. 3. ſui libri Alcorani, ad fi. quo
modo aliquis poteſt ſequi ſectam Machometi in
his, quæ dicit de Chriſto, negando Diuinitatem
Chriſti, & expreſſe affirmando, quòd eſt hæreti-
cum dicere, ꝙ Chriſtus ſit Deus?

Qua fronte poteſt Machometus Chriſti natiui 947
tatem tam mirabiliter commendare, ut dicat eū
verbum Dei eſſe; dicat eum conceptum de Spiri-
tu ſancto, abſque ſemine uirili; dicat quòd eſt
uerbum ueritatis: dicat quòd fuit Meſsias pro-
miſſus filijs Iſrael, & demum tam impudenter ne
get eius diuinitatem, & paſsionem?

Hoc non eſt abſque graui, & fatua ignorantia 948
Sacrarum ſcripturarum,[c] quæ uolunt ad literam,
quòd Chriſtus ſcilicet Meſsias promiſſus populo
Iſraelis, debebat eſſe Deus uerus, & uocari no-
mine Thetragrammatō, quod ſoli Deo cōuenit.

Sic, quòd manifeſtè, ſecundum Sacras ſcriptu- 949
ras debebat eſſe homo ex genere Dauid, & etiā
 Deus:

a Vt iam. ſup. mul
tis auctoritatibus
probauimus, & cō
muniuimus.
b Quod patet cla
rè ex ipſius Domi
ni uerbis dicentis
Lucæ. cap. 11. Qui
non eſt mecum cō
tra me eſt; & qui
non colligit mecū
diſpergit.
c Equidem, ( ſub
S.R.E. debita cor-
rectione ) palam
auderem iudicare
arguere, ac prædi-
care filium, ac dia
boli diſcipulum
Machometum po
tius contra tot, tā-
que clara diui-
narum Scriptura-
rū teſtimonia, ac
Sacrorum Conci-
liorū Decreta ma-
litia, atque animi
peruerſitate pec-
caſſe, quàm igno-
rātia. Quam igno
rantiam multi in
ſuis ſequacibus cō
cedunt: Sed nō ſic
nudè eſt admitten
dum, ut eos excu
ſemus, qui nullam
habent excuſatio-
nem apud Deum,
& eius Eccleſiam,
cùm iā audierint
de fide Chriſti, e-
iuſq; Euangelio,
conuerſi tamē sūt
in arcum prauum.
Et præcipuè dāna-
ri nunc debent ſi
verum eſt, quod
audio, videlicet, ꝙ
habent apud ſe A-
rabica lingua uer
ſum, magniq; fa-
ciunt librum illū
aureum. S. Thomæ
Aquin. quem con-
tra Gentiles dici-
mus. Quare non
eſt cur multum tē
poris in ſuæ infer-
nalis ſectæ confu-
tatione conſuma-
nus; cum multa ſu
pra dixerimus de
probatione Sāctiſ-
ſimæ Trinitatis, cu
ius nūc denuo me
minit Auctor hic.
a Ioan-

Deus: Sic ꝙ erat futurus Deus, & homo. Negat etiam Sarracenus filiationem Dei in diuinis: Et hinc negat Trinitatem in ꝑſonis. Quam filiationem, & Trinitatem habemus ab ore Chriſti in ſuis Euangelijs in plurib. locis, vbi dicit ſe miſſũ à Patre,[a] & dicit: creditis in Deum, & in me credite.[b] Dicit: Pater & ego vnum ſumus.[c] Dicit; Baptizantes omnes gẽtes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti;[d] per quæ uerba Chriſtus neceſſario demonſtrat filiationem ĩ diuina eſſentia, & etiam Trinitatem. Vnde, cùm Sarracenus credat Euangelia, & dicat ꝙ Chriſtus eſt verbum ueritatis; quomodo Chriſtianus poterit relinquere Euangelia Chriſti conceſſa[e] per Sarracenum? Et quæ, aut qualis gloſſa ſufficiet, ut ex Euãgelijs nos Chriſtiani remoueamus ſine aliqua auctoritate filiationem Dei, Trinitatem, diuinitatem Chriſti, mortem Chriſti, & paſsionem eius ignominioſam, quæ omnia Chriſtus ſuo ore dixit, prænuntiauit, & prædicauit; & hæreamus Machometo ſine prophetia futurorum, & miraculis præſentibus loquẽti, & cum tam vana ſermonis textura, & tela ſuam fabulã ſine ſe ueritate, & ſine doctrina tradenti? Quiſnã non deſiperet, imò magis deliraret, qui illis capitulis dicti Alcorani tam inſipidis hæreret? Nõ me mouet Sarracenorum felicitas temporalis, q̃ mouet, aut etiam mouere poſſet iudæum contra ſe; quia,

a Ioan. c. 5. 6. 7. 8. 12. & multis aliis.
b Ioan. c. 14.
c Ioan. c. 10.
d Marci. ca. ultimo.
950 e Tanta enim eſt veritatis uis, atq; efficacia, ut neceſſariò eius inimici velint, nolint illã agnoſcant, & confiteantur De ueritate Catholica, & Euangelica perfectione (quamuis cõplura dixerint Sancti Patres, ac Doctores Catholici) tale poſſum⁹ modelum conſti-
951 tuere, ac oculare exemplum. Si qs ergo legis Euangelicę cupit digno ſcere perfectionẽ, effingat, quęſo, ſi-
952 bi atq; oculis ſubiiciat hoĩem aliquem, mandatorũ eius executorem, & in eius uia ſanè ambulantem, ut q diligat Deum ex toto corde, & tota aĩa, & mẽte, & uirtute ſua, & qui credat in Ieſum Chriſtum eius filiũ, ſine hæſitatione, & propter ipſum relinquat patrem, & matrem, & oĩa; diligat etiam proximum ſicut ſeipsũ, & inimicos ſuos,
953 & pro eis oret, ipſiſq; benefaciat, & quaſcũq; iniurias patiẽter ſuſtineat, & tunc etiam ex corde remittat, ſit pius, pacificus, & miſericors, humilis, abſtinentiæ deditus, caſtè ſobrieque uiuens, & mitis corde, & qui ſe greget ſeipſum à mundo, & ſeipſo, nõ hypocrita, nec confidens in pecuniis, & eleemoſy-nam indigentibus elargiať, nec alieni cupidus, peruigil in orando, ieiuniorũ obſeruator, de peccatis abſtinentiam faciẽs, & primò quærens regnum Dei, &c. præcepta nõ omittat, q̃ ueritas ipſa nos docuit, & in exẽplum reliquit, ut eſt uidere ꝑcipuè Matth. 5. uſq; ad c. 8. excluſiuè. Notat Marquard. de iudæis. 3. p. c. 1. nu. 9. vide multa apud Euſebiũ. Theofil. Nizeph. & alios, quos refert, & ſequtur Lindanus ĩ Panoplia Euangelica, li. 1. c. 17. Hugo. de S. Vict. ſuper c. 4. ad Rom. & in li. 1. Miſcellanorum. tit. 56. Iacobus de Valentia. in ſi. Pſ. 39. Vide latius omnium D. Auguſ. in tract. de Lege, & Euãgelio. Hector Pintus in Daniel. c. 9. uerſ. Et abducatur.



quia, ut dixi, Chriſtianus nõ fundatur in hac tẽporalitate mũdana; ſed in ſola fide Ieſu Xp̃i ꝑdicta, & prænuntiata à ſacris ſcripturis Prophetarũ, q̃ cum ſua humilitate, & ꝓſtratione vicit mũdum,[a] & unum hoĩem, à iudæis vti magũ condemnatũ eleuauit ad Cœlũ, & totũ ferè mundũ ad ipſum, velut ad verũ Deũ adorãdum, & colendum cõgregauit.[b] Et demũ, diſcolus, & hęreticus Machometus cum ſua felicitate mundana, à mentib. ſapientum abrogare, aut exiliare nõ valuit neq; ualet, nec ẽt in futurũ ualebit; cũ Deus ante ꝑ ſecula ꝑ ſuũ Proph. Daniel. & alios ꝑdeſtinauit illũ ĩ æternũ regnaturũ, & ei⁹ regnũ nõ eſſe finem habiturũ.[c]

*Finem facio huic rationi uulgari.*

ET dico, ꝙ totus mũdus, poſt Ieſu Xp̃i D. N. aduentũ, deſtructis errorib. idolatrię, uiuit ſub vna triũ regularũ fidei; quia totus mũdus profiteť ſe uiuere ſub lege Moyſi, aut ſub fide Ieſu Xp̃i, aut ſub regula Machometi, & reſiduũ aut eſt parũ, aut nihil,[d] qa, ut ait Philo. 2. Phiſ. qđ parũ eſt, ad nihil ſe hr̃e vr̃: &, ut demõſtraui, extrema uidelicet, q̃ ſunt iudę⁹, & Sarrac. sũt vitioſa, & nõ amplectẽda rõnib. ſupradict. Oportet ergo concludere, ꝙ fides Xp̃i cõtinet ueritatẽ. Nõ. n. eget mũdãę tẽpalitatis pro-

a Hæc eſt enim victoria, q̃ uincit mundum fides noſtra, ait Ioan. 1 Epiſt. c. 5.
b Vt adimpleretur quod ipſe de ſe dixit Ioan. c. 12. Et Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.
c Cõmũ eſt doctrina S. Th. ſup Mat. c. 3. in prin. & aliorũ Scholaſt. & ex multis, q̃ curioſè tradit Alua. Pelag. de Plan. Eccle. lib. 1. c. 61. Gabr. ĩ Canone Miſſę. lec. 67. & Doct. oẽs ĩ expoſitiõe Orat. Dominicæ, verſ. Adueniat regnũ tuũ, cõſtet, regnũ Dei eſſe multiplex; Quęrit, De quo regno Xp̃i dicať, finẽ nõ eſſe habiturum? Pro cuius reſponſione, Nota primũ regnum dici vniuerſale, de quo in Pſ. 102. Regnũ ipſius oĩbus dominabitur. ſuper quo multa ibidẽ Iaco. de Valen. Et 1. ad Timot. c. 6. Sol⁹ potens Rex Regũ, & Dominus dominantium. Secundũ ęſt Regnũ ſcripturæ; de quo dicitur Mat. 21. Auferet à vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructus ei⁹, ideſt: auferetur à vobis carnalib. & ĩduratis iudęis Regnum Dei: i. intelligẽtia ſpiritualis ſcripturę ſacræ ꝓ eo, ꝙ Chriſtum reprobaſtis, q̃ verũ ſcripturæ intellectũ reſerauit. Tertiũ eſt Regnũ Eccleſiæ militantis, de quo multæ habẽtur parabolæ Euangelicæ. Quartum eſt Regnũ gratiæ. De quo Lucæ. 17. Regnũ Dei intra uos eſt, i. gr̃a, q̃ veri regni origo eſt, & prin. Quintũ eſt Regnũ glorię. De quo Lucæ. 14. Beatus, qui mãducabit panẽ ĩ regno tuo. ubi gloſ. 1. in Beatitudine. Sex- 954
tũ eſt locus beatitudinis. de quo Mat. 13. Fulgebũt iuſti in Regno Patris eorũ. Septimũ eſt ꝑſona Xp̃i. De quo Lucæ. 11. Si in digito Dei eijcio demonia, ꝑfectò venit in uos regnũ 955
Dei, i. Chriſtus. Vide ẽt de hoc Ioã. Gerſon. 2 p. Compen. Theo. trac. de Septẽ petitionib. Orat. Dom. & Hecto. Pint. in Danie. c. 2. ver. Et ipsũ ſtabit in æternũ. Quibus ſuppoſitis Reſpon. ad Quęſt. literaliter, & ꝓpriè eſſe accipiendum de Eccleſia militãte, de qua Chriſt⁹ 956
dixerat Petro. Lucæ. 22. Rogaui pro te Petre, ut nõ deficiat fides tua. Et Mat. 28. Ego uobiſcũ ſum vſq; ad cõſũmationẽ ſeculi.
d Malè auctorem nr̃m diuidiſſe poſſet vnuſqſq; iudicaŕ, ſi rõ ꝓ eo ñ eſſet ĩ prõptu: videlicet, qa an. 1450. q̃do. 957

proſperitate, ut lex Moyſi; Non
habet Machometi ineptias,& ī-
ſanias falſas,ut dixi. Fides ergo
Chriſti, ex toto corde,tanquam
vera amplectenda, nè ſine fide
viuamus, ſine qua impoſsibile
eſt ſtare, aut placere Deo.

Et, ſi tu dixeris mihi; Fides
Chriſti, vltra omnes, habet Ar-
ticulos difficiles ad credendū:
Attende,& audi, quia hoc nihil
eſt,quia quęq; fides hēt pro fun
damento,vt credantur ſuꝑnatu
ralia; Nam lex Moyſi credit mi-
racula,quæ natura non ſuſtinet,
aut patitur, ut patet per diſcur-
ſum eius, vt miracula Aegypti,
& alia, q̃ in Sacra ſcriptura diffu
sè dicta ſunt; ex quibus fit illa-
tio,ut credatur Moyſi fides.

Idem dicit Machometus in
ſuo Alcorano,ubi licèt ipſe nō dicat ſe feciſſe mi
racula alia,niſi dictare Alcoranum; tamen dicit,
ꝙ ſunt increduli qui non credunt miracula Dei.
Fides uerò Chriſti non iubet miracula credi pro
fidei fundamento,ſed fide credita, & firmiter p̄-
ſuppoſita ſequitur indubia credulitas miraculo-
rum. [a] Nam credere, ꝙ Deus ſit trinus in ꝑſonis,
poſtquam eſt una eſſentia diuina, & unus Deus,
nihil officit diuinitati credere etiam, ꝙ ſit Deus
& homo,poſtquam per hoc nihil derogatur diui
nitati; Nihilominus eſt in Deo propter hoc, ꝙ
ſit homo, ſed eſt gratia hominibus facta, ſicùt a-
liæ regulæ credunt de prophetia,quia non credūt
derogari dignitati diuinæ per hoc, licèt hoc ſit
incredibile ſecundum naturam, quòd Deus lo-
quatur hominibus, ſecundum quod ſcribitur de
Moyſe. [b] Sic ergo de fundamento, & eſſe cuiuſq;
legis eſt, ut credantur ſupernaturalia. [c] Et, ſi tu iu
dæe, aut Sarracene habes credere ſupernaturalia
in rebus creatis, ut tuæ fidei hęreas, ut quòd uir-
ga

do Auctor compo
fuit hunc librum,
nec Indiæ Hiſpa-
niarum erant inuē
tę; nec de ampliſ-
ſimo illo Iappono
rum Regno, quod
ſexaginta, & am-
958 plius continet Pro
uintias ulla apud
nos erat memo-
ria,quæ omnia Re
gna ſub gentilita-
te Idolis ſeruien-
tia erant. Nunc au
tem infiniti ferè il
lorū Iapponorū,
Indorum, atque
Chinarū Dei Om
nipotentis miſeri
cordia, multorum
Catholicorum Re
ligioſorum prędi-
cationibus Domi-
ni. N.I. Chriſti fi-
959 dem acceperunt, ī
eaque permanen-
tes (velint nolint
hæretici, alijſq; in
fideles) ſaluabun-
tur.

a Miraculum e-
nim dicitur (ſecun
dum. S. Th. 1.p. q.
960 105. ar.7. in corp.
& 1. 2. q. 113. art.
10.) quaſi admira-
tione plenū, i. qđ
habet cauſam oc-
cultā ſimpliciter,
& omnibus, ſcili-
cet Deum. ubi idē
S. Tho: tria inquit
requiri,ut dicatur
miraculum; Pri-
mum ꝙ ſit arduū,
i. ſupra uirtutem
naturæ creatæ agē
tis; Secundum, ꝙ
961 ſit *præter* ſpē na-
turæ. i. ꝙ non ha-
beat ad illud natu
ralem ordinē, ſed
ordinem obedien-
tialem. Tertium, ꝙ
ſit inſolitum, ideſt,
præter modum e-
ius conſuetum.

b Paul. Gryſal. in
libro: Deciſiones
Catholicæ. uerbo:
Miracula, ponit
multa miracula, q̃
operatus eſt Deus
cum Moyſe, Noe,
Ioſue, & alijs ſan-
ctis veteris teſta-
menti.

c Sunt enim mira
cula in triplici dif
ferentia, quædam
enim ſunt ſupra
naturam, quædam
præter naturam, &
alia contra natu-
ram, ut tradit San.
Th. in 2. lib. ſent. d.
18. q. 1. a. 3. in cor.

a Quæ



ga fuerit in ſerpentem, ſeu in colubrum verſa, &
alia miracula: [a] Cur mihi Chriſtiano indignaris,
quæ omnia mea ſupernaturalia, & incredibilia
per naturam, attribuo creatori, & non creaturæ;
in quibus nulla eſt impoſsibilitas, [b] aut contra-
dictio, conſiderata omnipotentia diuina, videli
cet, quod Chriſtus fuerit de virgine natus, & ſur-
rexerit à mortuis, & aſcenderit ad cœlos, & alia
quæ de Chriſti humanitate credimus Chriſtia-
ni? Iſta omnia creatori, & circa creatorem facta 962
creduntur per Chriſtianos, quæ magis inclinare
debent animum ad credendum, quàm miracula,
quæ attribuuntur rebus creatis. Poſtquam enim
omnis fides habet tranſcendere naturales regu-
las, & habet fundamentum ſui eſſe in & ſuper-
naturalibus, & exrra naturam conſiſtentibus do
ctrinis, ita quòd non eſſet fides, ſi eſſet contenta
naturalibus demonſtrationibus, ut eſt uidere de
miraculis legis Moyſi, quæ omnia tranſcendunt naturales cogita
tiones, & demonſtrationes Philoſophales, & naturales; quare, fu 963
gitis iudæi, & Sarraceni, fidem Chriſti glorioſam, quæ, etſi nō ſint
mera miracula, ipſa tota per ſe, eſt miraculum ſtupendum, & ad-
mirandum omnibus Sapientibus mundi, qualiter hæc fides uicit 964
mundum, & ſemper vincit; & obſeruantiæ ueſtræ iudæorum, &
Sarracenorum ſuis proprijs codicibus uincuntur; & nulla ſana do
ctrina, etiam ſua propria valent ſuſtineri, aut conſiſtere.

a Quæ ex Sacra
ſcriptura notaui-
mus ſup. litera C.

b Quia non eſſe
apud Deū impoſ-
ſibile omne uerbū
dixit Angelus Ga
briel ad Sanctiſsi-
mam uirginē Ma
riam. Lucæ. c. 1.

c Pro cuius decla
ratione contra Gē
tiles faciunt mul-
ta, quæ Gentilium
adduximus teſti-
monia, quæ inci-
piunt. ſup. ar. num.
299. cum ſequen-
tibus, ubi multa
ſcitu dignisſima
reperies.

a Eſt

*Secunda pars principalis tractatus. ubi probatur
Philoſophis fidem Chriſti ue-
ram eſſe.*

Viſo quomodo hæc duæ gentes iudæorum uidelicet & Sarra- 965
cenorum ualida ratione Prophetica, ac etiam ex rationa-
bili, & bene organizato intellectu, manu ductiua conſideratio-
ne deuictæ ſunt, & ſuperatæ, adeò ut illis non relinquatur pro ſua
defenſione niſi cęcitas affectata, iſtis ſola proteruia cum eadem
cęcitate confuſa; ſic ut ambæ ſimul lumen uerum Ieſu Chriſti na
turaliter horreant, quamdiu in ſua pertinacia perſiſtunt; Tran- 966
ſeundum mihi eſt ad ſecundam particulam huius operuli, ubi me
dixi uincendos homines Philoſophos, [c] non ſubiectos prophetię
doctrinæ, ſed pro ſua uoluntate, quantum capit rationabilis in-
tel-

lectus in inquiſitione veri vagãtes, [a] aliquando vnum, aliquando alterum, prout magis, aut minus ratio intellectus ſuadet amplectentes, nihil habentes quod eos cogat, aut vincat niſi ſola ratio, [b] & vt exemplar cunctis ſanæ, ac benè organizatæ mentis hominibus tribuam; capio Ariſtotelem, omnium Philoſophorum iudicio communi elegantiorem, quem modò introduco viuentem; quem nõ dicam vincere, ſed ſuis, & Chriſti rationibus libenter conceſſurum, aut concedere oportere, Fidem Chriſti neceſſariò verãm eſſe, adeò vt ſi dicat ſe non credere, cum delirare, aut non ſuo, aut benè organizato iuditio, quo in ſua Philoſophiæ arte vſus eſt, vti cognoſcas.

Et primò, magnipendendum exiſtimo illud, quod Ariſtoteles in ſuo libro de ſomno, & vigilia ait de vaticinatione, nec omnino credendum, nec omnino diſcredendũ, ſed quaſi Deũ melius aliqua mittentem, cẽſuit eſſe vaticinium. [c] Et quamquã multa tribuat humoribus melã-



colicis, [a] aut ſanguineis; illud ſemper memoriæ commendandum eſt, ꝙ nec omnino diſcredãdum putet, quod maximè id erit non floccipẽdendum, quãdo humores in aliquo vaticinio nihil ualere demonſtrabitur, vt infra ſubdam.

Tum etiam illud admiratione dignum eſt, quõ, aut quare Philoſophię auctores, eiuſq; inueſtigatores Docto. & Magiſtri toto orbe exciderũt adeò, vt nuſquã iſta inueſtigatio, aut inqſitio vt tunc, cũ Stoici, ut Peripatetici, alięq; Philoſophię innumerorum auctorum Scholæ [b] florebant modo nedum marceſcant, ſed nec ubi quaſi mentio de ea exiſtat. [c]

Illud etiã nota dignũ, non eſt omittendum, quõ idolorum, & Deorum ſingularium, ac Dearũ cultores euanuere, ut nuſquam idolatria colatur, aut recipiat, repetendaq; ſunt diligenter tempora, quando incaleſcebant, neuè quando florebant, & quomodo, & quando deſiere, quiuè fuerẽ cultores, [d] quiuè eius exulatores aut expulſores.

Modo ex ſuperioribus ſatis mihi abunde viſum eſt demonſtraſſe, quòd hic filius Dauid; quidam, qui Chriſtus, i. vnctus vocari debebat, per varia tẽpora, & uarios vates præ-

a Eſt enim prophetia (ſecundum aliquos) humanarum, Diuinarumque rerum cognitio. Secundum autem D. Auguſtinum. lib. 4. de Ciuit. Dei, & in lib. contra Academicos; & ſecundum Philoſophos Philoſophia eſt ars uitę, & perturbationũ medicina. Dicitur etiã Philoſophia à D. Augu. ſup. & à Boetio ĩ Arithmetica; Amor ſcientię. De laudibus, diuiſionibus, ac Philoſophiæ principio multa tradit ex ſacris Doctori-
967 bus, aliiſq; Philoſophis Polyantea. verbo: Philoſophia.

b Qua ratione naturali vincti potuerunt Philoſophi ad Dei cognitionẽ peruenire. Nã, vt Apoſt. ad Rom. c. 1. ait: Quod notum eſt Dei, manifeſtũ eſt illis, hoc eſt; quod naturaliter de Deo cognoſci poteſt; manifeſtum eſt illis
968 Sapiẽtibus, & Philoſophis; per ea, videlicet, quę facta ſunt, ideſt. ex rebus, & effectis creatis. Primo enim, quia ille ſolus Deus cuncta produxit, cuncta
969 creauit; cuncta gubernat; etenim creaturę oẽs mutabiles ſunt, & eas ad aliquod immobile, & perfectum prĩcipium deducere oportet: & ita Deum eſſe nouerunt. Potuerunt ergo hoc de Deo homines cognoſcere: ut eum ultra omnem creaturam eſſe; qui ea fecit, q̃ nulla creaturarum, vel efficere, uel deſtruere ualet, fatentur. ut ait. S. Amb. dicta uerba Pauli exponens. Deinde, & alio modo, ductu rationis, Deum cognouerunt. Perſpicuum enim fuit illis non eſſe poſsibile, ut Deus, uel corporeus, uel corpus eſſet: nobiliores. n. corporib. ſunt ſpiritus; & ideo corpora omnia tranſcendentes, Deum eſſe ſpiritum inuenerunt. Ac ultra procedentes inuenerunt animas, & ſpiritus eſſe ſpiritum permanentẽ, & perfectum docuerunt. Ex S. Paulo, igitur, ſupra, tria rõne naturali, Gentiles de Deo cognouerunt. Primũ inuiſibilia ipſius Dei. Alterum ſempiterna uirtus. Tertiũ diuinitas illius. Et qualiter hęc intelligant, & illi ſint inexcuſabiles (ultra ea, quę expoſitores tradũt ſuper Apoſt. d. c. 1. ad Rom.) uide librum dictum explicationes Catholicæ. 3. p. Explicatiõe. 2. Et, quomodò neceſſario eſt unus Dñs tantum ſupra oĩa, & de oĩbus eius attributis ac proprietatibus, de Sum. Trin. de Incarnatione, & cęt. vide Theologiam Natur. Raymon. de Sabunde. maximè à ca. 4. per multa ſequentia.

c Pro Ariſto. facit, ꝙ inter principaliores errores, quos contra legem Catholicam dixit, error hic non inuenitur, ut patet ĩ Directorio Inquiſ. 2. p. q. 4. vbi notantur Philoſophorum priſcorum errores quindecim: Ariſtotelis autem in particulari numero tredecim. Et (vltra illos, qui notantur à ſanctis Doctoribus) alios errores colligit Auctor cuiuſdam libri, cui titulus: De monomania. in proœmio. Errauit etiam notabiliter in hoc, ꝙ inuidiæ liuore ductus, ꝓ merito doctrinæ acceptæ, libros Magiſtri ſui Platonis, quos habere potuit comburi fecit, ut ualidius eum in ſcriptis ſuis impugnare poſſet. ita tradit F. Ioan. Ludou. Viualdus, in lib. Opus Aureũ de ueritate contritiõn. De peccato inuidiæ. fol. 95. Quare dubitari meritò poteſt, ne in pluribus redarguat eum, q̃, fortè nec Plato dixit, nec cogitauit. Quòd confirmari poteſt ex eo, ꝙ cũ Ariſt. Princeps fuerit Sectæ Peripateticorum, ut ait. S. Th. 1. 2. q. 59. art. 2. auctoritates Socratis ac Platonis nõ plenè retulit. Idẽ S. Th. Opuſc. 20. li. 4. cap. 4.

a Ariſt. enim ĩ 30. ſectione Problem. ait Sibyllas atræ bilis ęſtu circa mẽtis ſedem ſucceſſo exagitatas uaticinaſſe. Quas. D. Ambroſ. in Commentarijs. 1. ad Corin. autumat malo ſpiritu, & improbo arreptas. vide Sixtum Senenſ. in Biblio. ſancta. li. 2. uerbo: Sibylla. § Nominantur. Et quæ de Chriſto vaticinia ediderint diximus ſup. nu. 299. ubi multa ſcitu digna reperies.

b Erant enim tũc inſignes in Orbe viri Philoſophiæ Magiſtri. Nã Ariſ. fuit diſcipulus Platonis, ꝗ Socratis, qui Archelai, qui Anaxagoræ diſcipuli fuerũt, ut tradit. S. Th. ĩ Metaph. lect. 10. ĩ prin.

c Cuius rõ (inter 970
alias) eſt ꝙ pręclara ingenia Ariſtot. Auerrois, Alexandri, & aliorum pãtiebantur magnã anguſtiam de beatitudine, à qua anguſtia nos liberamur per fidem, ut ait S. Th. li. 2. contra gent. c. 48. in fi.

c Controuertitur inter Docto. Quis fuerit primus idolatria, vel idolatrię 971
inuentor? Quapropter, cùm diuerſæ ſint opiniones, poteris eas uidere apud Lactantiũ Firmianum. li. 1. c. 22. Nicol. Lyran. ſuper Iſa. cap. 41. S. Tho. 2. 2. q. 94. Iacob. Valentia in Pſal. 1. Marquard. de iudæis 3. p. cap. 1. numero. 28. latè
Arnaldus Albert. 972
in rubr. de Hæret. in 6. q. 2. nume. 34. & 35.

a Per-

prædictus, & vaticinio multorum prænuntiatus eſt, venire debere per ſecula futura. Quod non ſolùm ab vno prædictũ eſt, ſed à quàm pluribus, magnæ auctoritatis, in ſua gente uiris, vno poſt alium, longis temporũ intermedijs, dilatione pergrandi interiectis, & ſeparatis, adeò ut ſana mẽte dicere nequeas unũ ab altero didiciſſe, nec ſcripta alterius repetiſſe; imò ne hæc ſuſpicio alicuius in mentẽ veniſſet, aut venire poſſet: miro ſecreto factum eſt, ut omnes per enigmata idẽ de dicto filio Dauid, ac pene idem, licèt diuerſis ex coniecturis, aut temporibus, & perſonis alia, & alia de eodẽ homine venturo diuerſos idem volentes dixiſſe, iudices, & uideas, quã mirus ſermo, concorſque ſententia vocum inter uarios uates, variaq; tempora,[a] diuerſaq; dicta ut non poſsis hoc humoribus melancholicis, nec præalludijs diſpoſitionis rerum pene ſimilium, aut Prophetarũ tribuere, adeò, ut non poſsis aliud dicere, aut cogitare, ſi ſapis, niſi Deum hæc talia in mentes uatum tam diuerſorum, & in tam diuerſis temporibus uaria in idem prænuntiantium miſiſſe magno cum miraculo ſuper naturæ curſum, ſi quod illi, ſic omnes dixerint, euenerit, & ſic in rerum natura patuit, ut illi ante prædixere.

Modò omnia ab antiquis Prophetis dicta de filio Dauid, Meſsia venturo, an euenerint, in Ieſu filio Virginis Mariæ, & in nemine alio ante eum, nec poſt; & ut non ſit expectatio ulterior de alio, quòd tempore iam elapſo, & prænuntia-

a Per oẽs enim
Eccleſiæ ætates,
de Chriſto fuit ꝓ
973 phetizatum. Ha-
bet.n. Eccleſia ſan
cta quinq; ætates;
quarum prima di-
citur infantia, quę
durauit à primis
parentibus, uſque
ad Noe; & in hac
fuit Chriſtus Adæ
promiſſus, & in iu
ſto Abel occiſus.
974 Secũda dicit̃ pue-
ritia, quæ durauit
à Noe uſq; ad tẽ-
pora Abrahæ: &
ſub Abrahamo, uſ-
que ad Moyſem;
& tunc ẽt Chriſt⁹
fuit, & eius Eccle-
ſia in arca figura-
tus, & Abrahæ ſæ-
pè promiſſus, & ĩ
eius filio unico I-
ſaac immolatus.
Tertia dr̃ adoleſ-
centia; q̃ durauit à
tempore Moyſis
vſq; ad inductio-
nẽ populi Iſraeli-
tici in terram pro
miſſionis. In qua
ętate fuit etiã Xps
975 millies Moyſi, &
Prophetis promiſ-
ſus, atq; infinitis
ferè ſignis figura-
tus. Quarta iuuen
tus vocatur, durãs
ab inductione præ
dicta uſq; ad Chri
ſti aduentum; quo
tempore innume-
rabilia fuere San-
976 ctorum Propheta
rum uaticinia, at-
que de Chriſto, e-
iuſq; lege mirabi-
lia teſtimonia.
Quinta, & pfecta
ætas fuit, quando
venit deſideratus cunctis Gentib. Quid dicam de alienigenarum gentium uaticinijs? Sibyllæ enim (de quibus multa. ſup. nu. 299.) multa diuerſis temporibus de Chriſto protulere uaticinia. Sibylla enim Perſica, q̃ Sambeta uocatur, libros 24. ſcripſit de Chriſti aduẽtu, uita, morte, &c. Pro quibus Nota, ꝙ quàmuis omnes differant in patria, differunt etiam in tempore. Nam Cumana ꝓphetauit anno mũdi 3220. Samia Sibylla uixit anno mundi 3260. Quo eodẽ anno Sibylla Helleſpõtica vaticinauit. De aliarum temporibus non clarè patet, in auctoribus. uide alia quę notatu digna tradit liber de Genealogia Ieſu Chriſti.

a De



tiato tempore in ipſo euerint, nullus audebit ne-
gare, niſi amens ſit.
Scimus namque ex certe ſcriptum eſſe, crea- 977
tum primum hominem ex Paradiſo eiectum pro
pter tranſgreſsionem mandati, Paradiſumque
clauſum cum uerſatili enſe, ut cuſtodiretur uia
uitæ, ne quis per eam ingrederetur amplius, &
hoc ſcriptum eſſe à uetuſtis eius per Moyſem ma
gnæ auctoritatis uirum in gente ſua,[a] quod &
iudæi poſteri in ſua gente approbati declarantes
dixerunt, nunquam amplius portam aperiri poſ
ſe, niſi per filium Dauid Meſsiam.[b]
Sumus etiam certi, quòd Abrahæ Patriarchæ 978
viro ſuæ genti colendiſsimo, & demum poſteris
nationibus, quaſi Gentium patri nuncupato, ſcri
bit Moyſes fuiſſe dictum à Domino Deo, quòd
in ſemine ſuo benedicerentur omnes gentes.[c]
Scimus Abrahæ ſemen eſſe iudæos, quibus
maledictiores in mundo gentes non ſunt, nec
extat aliquod ſemen eorum benedictum,[d] niſi
Ieſus filius Virginis Mariæ, in cuius nomine fi-
dei opinione Chriſtianæ eſt benedictio diuina
uniuerſis gentibus colentibus illum.
Videmus ſcriptum, quòd Patriarcha Iacob, 979
vir caput ſuæ gentis, adeo ut Gens iudæa, in ple
riſque locis ſuæ ſcripturæ uocetur Iacob; dixit
benedicendo filium ſuum iuda: Non auferetur
ſceptrum de Tribu iuda, nec Dux de fœmore e-
ius, donec veniat qui mittendus eſt, & illi ex-
pectatio Gentium.[e] Qui textus gloſſatus à iu-
dæis in ſua gente approbatus, ibi ubi dicit: ue-
niat qui mittendus eſt, dicunt; donec ueniat
Meſsias: & nunquam vidimus ſublatum ſceptrũ
de tribu iuda, donec uenit ille Ieſus filius Ma-
riæ: quo tempore regnauit Herodes in iudæa, qui
Herodes non erat de iuda.[f]
Extat ſcriptura illius eiuſdem Moyſi teſtis, cũ 980
dedit Deus legem iudæis per manus Moyſi in
monte Sinai, quòd illi petierunt à Deo Prophe
tam alium à Moyſe, qui eis loqueretur, licet tũc
Moyſes eis daret legem.

a De cuius Prophetæ ſanctitate, auctoritate, &c. vide quæ notauim⁹. ſup. n. 75. litera B

b Quod ſupra in multis locis iam explicauimus.

c Vt notauimus. ſup. in proprijs locis.

d Nam populus Chriſtianus, & Eccleſia Chriſti eſt uerus Iacob, & verus Iſrael, & uerũ ſemen Abrahæ, ut ex Apoſto ad Ro. probat optimè Iacob. Valentia. in trac. 4. in Prologo ſuper Pſal. & lati⁹ in Pſal. 148. uerſ. Hymnus omnib. Notat Bart. in l. 1. C. de Pagan. & Oldradus conſ. 72. incipit: An contra, quos refert, & ſequitur Marquar. in trac. de iudæis. 1. p. ca. 1. nume. 10. Et, qualiter ueri Chriſtiani ſint filij Abrahæ, & dicantur filij Dei: iudæi autem moderni dicantur filij alieni, & infideles, tractat Hector Pintus. ſuper Daniel. c. 1. uerſ. Regis iuda, & diximus iam. ſup.

e Quam auctoritatem. ſup. ſuis locis ex Rabbinorũ dictis, explicauimus.

f Fuit namque alienigena Herodes Antipatri Aſcalonitæ, & ma-
tris

Et ſic manifeſtè apparet, ꝙ illa gens expectabat perfectiorem Prophetam Moyſe, & meliorem legem, quàm tunc à Deo receperant.

Nam ſi melior Moyſe non erat uenturus, nec melior lex futura; quid ſibi vult populus, qui tempore legis tam, (ut putant iudæi) perfectę, & præſente Moyſe Propheta perfecto, alium Prophetam petit, [a] qui loquatur?

981 Quis erit melior Moyſe; & quid loquetur melius Moyſe in datione legis? Et Moyſes audita petitione populi, illis promiſit, iuxta eorum uotum; Prophetam ſuſcitabit Deus, & cætera. Hic eſt ille idem Moyſes, qui quamquam loqueretur, ut ipſe dicit, Deo, ut loquitur homo ad amicum ſuum. Exod. trigeſimotertio faceretque prodigia quæ volebat; adhuc tamen non contentus de ſua prophetia, & miraculis Dei, deprecatus ſupplici prece eſt Dominum dicens Exod. trigeſimoquarto.

Obſecro, ut gradiaris nobiſcum, populus e-
982 nim durę ceruicis eſt, [b] & auferas iniquitates noſtras atque peccata, noſque poſsideas. Reſpondit dominus: Ego inibo pactum, uidentibuſque cunctis ſigna faciam, & cætera.

983 Vtinam ſciam quid ſibi Moyſes in his uerbis poſtulabat à Deo, ſi iam omnia eidem, & populo redundabant, & abundè tenebant. Sed certè uidens Moyſes, quòd lex data non tollebat peccata, nec dabat poſſeſsionem uitæ æternæ; videns etiam populi duritiam, & pronitatem ad peccandum, licèt ipſe loqueretur Deo, quotiēs volebat, vt ſolet loqui homo ad amicum ſuum, faciebatque miracula, & prodigia quæ volebat, adhuc dixit: Obſecro vt gradiaris nobiſcum, & cętera.

984 Quid aliud petit in hoc uerbo: gradiaris nobiſcum ad tollendum peccata, niſi quòd Deus eſſet vnus hominum, qui ambularet inter homines, ut per hoc faceret homines ſimilimos Deo

c Quod patet clarè intētionē Moyſi eſſe de præſentia Dei corporali; de

eris Cypriades Arabicæ filius; quo accipiente à Romanis Iudæorum Imperium, natus eſt Dominus Noſter Ieſus Chriſtus. uide latè Hectorem Pintum. in Daniel. capitulo nono, verſ. vſque ad conſummationem. per totum.

a Imò, ſi iudæi nō intelligerent Prophetam, ac legiſlatorem maiorē, ac perfectiorem, eſſe venturum, ꝑfectioremque legem eſſe laturum; magnam Deo, ipſique pſenti Moyſi irrogarent iniuriam; meritoque eſſent tanquam audaces, atque inuerecundi repræhenſi; quod factū nō legimus, ſed potius in ſua ſpe reſponſum acceperunt de maiore Propheta, ideſt Meſſia venturo.

b Cuius populi duritiam, & obſtinationem præuidit mirabiliter Dauid Spiritu Sancto afflatus in perſona Saulis, ut declarat Iacobus Valentia in Pſal. 35. in principio. Et hanc duritiam, & obſtinationem repræhendebat iudæis. S. Petrus Actor. 7. dicens: Dura ceruice, & incircuncisis cordibus, & cætera.



Deo in exemplo, & doctrina, [a] ī ſpe firma ꝑpetuitatis poſt mortem, [b] in certa viſione prouidentię ſingularis, non ſolum naturæ humanæ, ſed cuiuſlibet hominis indiuidui, cùm Deum optaret in indiuiduo ſtare, cum dixit: Obſecro gradiaris nobiſcum. Satis enim per alium pro 985
uidendi modum, per Prophetiam, & miracula iam Deus mittebat ad ipſum populum ſuam prouidentiam, certè vanus erat ille prouidēdi modus iudicio Moyſi, niſi incarnatio diuina fieret.

Et quid reſpondit Deus? Ego inibo pactum, & cætera quaſi vellet; prouidentiam vobiſcum gradiendi, & mittendi gratiam incarnationis, quam optas; non faciam modò; ſed faciam prouidentiam ſignorum publicorum, vidētibus cunctis in expulſione gentium idolatrarū, & meæ doctrinæ, & populo docto in ea aduerſarum.

Extat etiam ſcriptum in libris Regum huius 986
iudæę Gentis. 1. Regum. capit. 2. quòd Anna mulier, quam ijdem libri Angelum Domini uidiſſe teſtantur, dans laudes Domino [c] cœli pro nato puero Samuele, fecit grande carmen Domino. Et licèt adhuc illa gens Regem nō haberet, quia poſtea longo tempore decurſo habuit primum Saulem Regem, tamen Regem vocat Meſsiam futurum.

Et quia Samuel fuit integer, & perfectus Sa- 987
cerdos, ſicut Regnum tranſlatum fuit de Saule ad domum Dauid; ita [c] & Sacerdotium ab Heli negligente [c] Sacerdote, ad Samuelem Sacerdotem virum Dei in figura; vt vterque gladius Regni, & Sacerdotij eſſet in Chriſto Rege futuro; quia, vt latius iſta oſtendentur inferius, hic Meſsias ex Dauid futurus promiſcuè à vatibus huius gentis iudæę prænuntiatus eſt, & uocatus Sacerdos, & Rex. Quid vltra? totū Pſalteriū Dauid

de ſpirituali enim Dei præſentia aſſiſtentiaque inuiſibili certus erat Moyſes, cùm ſæpè eam expertus eſſet. vt patet in multis Sacræ ſcripturæ locis; maximè in illo cantico Moyſi, Deuterono. 32. Audite Cœli. vbi multa narrantur Dei mirabilia.

a Non in ſcientia, & natura, ut falsò promiſerat tortuoſus ille, callidusque ſerpens diabolus primis noſtris Parentibus dicens: eritis ſicut Dij ſcientes bonū, & malū. Geneſ. 2.

b Rectè inquit; poſt mortem, ad ſignificandum differentiā inter Deū & animam. Deus enim à parte ante & à parte poſt æternus eſt; Anima autem tantum à parte poſt. ſecundum communem Catholicorum cōtra inſenſatos dicētes ſimul animas cum uita finiri.

c De cuius Cantici intelligentia, vide multa, quæ latè, & curioſè tradit Iacobus Valē. in eius expoſitione. quæ habetur poſt Pſalmos.

d Et ita tranſlatio Sacerdotio, neceſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat, ut ait D. Pau. ad Heb. 7.

e In cuius Sacerdotis, & aliorū Sacerdotū Chriſtianorū gratiā, & vtilitatem, hiſtoriam referā quandam, quā in Bibliotheca Salmatina in libro dicto: Speculū exemplorum legi, quæ

quæ taliter ſe habet: Duo Eccleſiaſtici religioſi, ac literati uiri tale inter ſe ſtatuere pactum, data fide, ut qui illorum prior ex hac uita diſceſſerit, Deo id concedente, in hunc mundum rediret, vt ſocio ſuperſtiti qualiter in alio ſeculo ſecum actū eſſet, nunciaret. Moritur eorum u-
989 nus, tertiaque die alteri ſuperſtiti orationi inſtanti apparet, nihil omnino dicens, ſed clamores horribiles, miſerabileſque vlulatus emittens manus dextræ palmam ei oſtendit, in qua (Deo uolēte atque in aliorū exemplum concedente) talia uerba ſcripta atque impreſſa erant: Sathan, & omnes ſocij eius gratias agunt ſtatui Sacerdotali, quia propter eorum ignorantiamr & negligentiam, multi in Infernum deſcendunt. Quo lecto ſtatim ille diſpáruit. Alter verò uitam emendauit; ne inſipiētiſſimus iudicandus eſſet,
990 ſi tali ſocij ſpectaculo nō emendaſſet. Ad uos, ô Chriſti Sacerdotes, hodiernique animarum Paſtores ſermo hic factus eſt, exemplarque propoſitum; vtinam (fratres mei chariſſimi) ſapiatis, & intelligatis, ne in idipſum periculum incididatis. Attendite ergo vobis, & vniuerſo gregi, ī quo (vt Actorum habetur c.20.) vos Spiritus ſanctus poſuit, &c.

Dauid Regis Iudæi, & opulenti viri, plenum eſt expectatione & deſiderio huius Meſſię; quod non poteſt pro alio illum autumaſſe eius expectationem, niſi pro animæ ſalute; cùm pro felicitate temporali, ſatis ipſe Dauid Rex bonis externis refertus erat. Et, cum eſſet Iudæus, & eſſet ſub Lege Moyſi, ſi Lex Moyſi erat via inueniendæ futuræ Gloriæ, & æternæ; quid expectabat cum tātis ſuſpirijs, & hiatibus [a] Meſſiam? Quòd autem pro anima liberanda, & eius ſalute ipſum Meſſiam expectaret, teſtatur Pſalmus 88. circa finem, [b] quia vbi poſtquam à principio de Meſſia loquutus eſt inquit, vſquequo Domine auertis in finem; exardeſcet ſicut ignis ira tua, memorare quæ mea ſubſtātia, nunquid enim vanè creaſti omnes filios Adam? Quis homo qui viuet, & non uidebit, mortem eruet animam ſuam de manu inferi? Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antique Domine; ſicut iuraſti Dauid in veritate tua? Memor eſto domine opprobrij ſeruorum tuorum, quod cōtinui in ſinu meo multarum Gentium. Quod exprobrauerūt inimici tui domine; quod exprobrauerūt moras Chriſti tui. [c] Benedictus dominus in ęternū; fiat, fiat. [d] Ecce quomodo Ethā Iſraelitæ primus author, [e] vir illis ſeculis ſapientiſsimus iudicatus, ut habetur 3. Regum. c.4. quamquam coętanæus Dauid, aut Salamonis filij Dauid, ut ha habetur ſatis ex coniectura in d.c.4. cùm ibi Salomon comparetur in ſapientia dicto Ethan, & aliis ibi nominatis: & ipſe Ethan coanguſtietur Dauid ſup mora aduentus Meſſię; coniector meritò ꝙ Ethan eſſet coętaneus illis duobus Regibus, aut alteri eorum. Nemini enim contingit, vt condoleat de iis, quos non vidit, aut in aliquam notionum habuerit.

a Omniū.n. animantiū illud à natura deſideriū eſſe oēs cognoſcunt, vt illa deſiderēt quæ minime habent.
b Quē optimè & late declarat Iacobus Valētia, ibid.
c Id eſt dilationē incarnationis Filii tui, quā, ꝓ oēs mūdi promiſeras ætates. In vulgata Bibliorū editione hr: Cōmutationē Chriſti tui. Quæ verſio nimis mihi placet: fecit.n. cōmutationē Deus cū homine; Accepit Deus de nro, ideſt, de humana natura, vt & nos acciperem⁹ de ſuo vt exponunt Doctores & inuenies in lectionib. q̄ leguntur infra octauā Corporis Chri.
d Id eſt: Vtinā iā fiat qđ ab uniuerſis ſanctis Patrib⁹, & à me (aiebat Dauid) dici deſideratum eſt. ſ. videre diem Domini.
e Legendum eſt; Ethā Ezraitæ primus cātor. Quod patet, quia iſte Ethan, ſecundum omnes, ut tradit Lyran, & Abulen. in d.c.4. Reg.3. & Iacob. Valent. in Pſal.88. fuit cātor Dauid, qui compoſuit Pſalm. 88. Quare apparet manifeſtè coętaneū fuiſſe Dauid.



a Non ſunt intelligenda hæc uerba ita abſolutè ut ſonant. ſ. omnes tunc deſcendiſſe ad inferos, prout hic dicit Author. Omnes enim qui tunc ante Chriſti aduentum moriebantur; vel ſaluabantur, uel non. Si ſaluabātur, uel ſaluandi erant in fide Chriſti Venturi, in ſinu Abrahæ uſque ad Chriſti reſurrectionē deputabantur. Si uerò in peccato mortali ex hac uita diſcedebant; deſcendebant tunc in ꝓfundum quaſi lapis. Et, quia Lymbus & alia receptacula animarū (Paradiſo excepto) ſunt in uiſceribus terræ inferno coniuncta; ideo ponitur pars pro toto: ut ī Symbolo quoque Apoſtolorum dicitur de Chriſto: deſcendit ad inferos. id eſt, ad inferiores partes terræ, ubi eſt ſinus Abrahæ. De quibus Animarum receptaculis videas; quæ diximus in Candelabro noſtro Aureo Eccleſiæ S. Dei 1.p.ti. de Purgatorio.
b Quo deſiderio inflammatus, licet bonis temporalibus plenus, dicebat Propheta ſanctus. Pſalm.16. Satia-

991 Modo ſic (quęſo) ſi Dauid, aut Salomon Reges diuites, & opulentia gazarū pleni, cum lege Moyſi ſatis in recenti eis, & ſuis patribus data dolebant, & anguſtiabantur, cur Meſſias morā ſui aduentus faceret? demonſtratione neceſſaria cōfirmatur, ꝙ nō deſideraretur Meſſias ab eis, ꝓ felicitate tēporali; ſi ipſe Rex temporalis eſſe debebat, in Ieruſalē, & ſic deſiderarent iſti Reges Dauid & Salomon ſuā ipſorū eorūmet expulſionē, aut ſaltē vanū aduentū, ꝓ maiori eis felicitate tēporali adipiſcenda, cū iā ipſi eſſent Reges. Neceſ- 992
ſario ergo concludendū eſt ꝙ ipſi deſiderabant Regē Meſſiā ꝓ ſalute aīæ conſequenda. Qđ probant uerba ibi: Quis eſt homo qui viuet, & nō videbit mortē; eruet aīam ſuā de manu inferi? Et ibi, Memorare quę mea vita. Et ſequitur: Nunquid vanè creaſti oēs filios Adam? quaſi uelit; ſi ille Meſſias non uenit, in vanū creati ſunt hoīes, qui omnes moriuntur, & uadunt ad inferos. [a]

993 Apparet ergo ꝙ tēpore Dauid, & Salomonis Regum expectabatur Meſſias, ut homines ſaluaret, ne ad inferos irent, & cùm moram faciebat, licet redundarent opibus & honoribus, ac imperiis magnis, & immenſis, haberentque legem diuinam Moyſi, & ſacrificia, & ſtarent quieti in ciuitate Ieruſalem, & terra Iudeæ, non his contenti erant, ſed ingenti deſiderio deſiderabant [b] aduentum Meſſię, & timebant Gentium opprobrium,

brium, cur non veniebat ipſe Meſsias, quia nihil plus eis con ferebat lex Moyſi, quàm alijs Gentibus idolatria, [a] cùm in bonis temporalibus alienigenæ Gentes pluſquam iudæi redundarent, aut tantum. Et, ſi velit dici, quòd expectarent Meſſiam, vt totum reſiduum mundi, qui non erat ſubiugatus legi Moyſi, ſubiugaret de facto; ut quid conqueritur Propheta, ꝙ vanè creauerit omnes filios hominum? & quòd quis eſt qui viuat, & non videat mortem? Poſtquàm enim totus populus Iſraeliticus cum ſuis Regibus erat in gaudio, & quiete, quæ tanta anguſtia pro exteris nationibus nondum ſubiugatis, cùm nec de illis exreris nationibus, nec iudæi, nec uates quo ad Legem Moyſi, curauerant; & iſte arguat de promiſſo facto ipſi Dauid cum dicat; Sicut iuraſti Dauid in veritate tua. Certè nihil aliud poteſt dici ſanæ mentis homini inueſtiganti, niſi ꝙ in hoc Pſalmo Propheta, nec pro temporalibus expectabat Meſsiam, nec credebat ſine Meſsia legẽ Moyſi ad ſalutem ſuffecturam.

Deſino ſigillatim Bibliam hic repetere, & eam euacuare, [b] quia in tractatu principali multa dicta ſunt, & non conuenit iterare. Sed conuertor ad ipſummet Philoſophum, & ad ſuam doctrinã moralem, & naturalem, & ſupernaturalẽ, aut Metaphyſicam; & dicat mihi ipſe, aut pro eo quiſpiam: Quæ doctrina moralis, Economica, aut Politica potuit eſſe, aut dari plenior, aut benignior doctrina Chriſti; [c] Imò cum audacia dico (ſileat omnes loquentes, & ſcribentes) de charitate, de amicitia, de liberalitate, de iuſtitia, de fortitu

dine,

Satiabor cùm ap-
paruerit Gloria
tua. Qui uerſus
(ultra communẽ
interpretationem
id eſt, quando ero
in conſpectu tuo
ſatiabor) poteſt
994 non incongrue in
telligi in hunc mo
dum: id eſt, Satia-
bor cũ gloria tua
apparuerit in ter-
ris: uidelicet fili[9]
tuus.

a Falsũ dicit Au-
ctor noſter hic, ſi
verba, ut iacent
ſint intelligenda.
Nam nullibi repe
ritur, repeririuè
poteſt gentiles ui-
tio idolatriæ labo
995 rantes poſſe ſalua
ri, niſi prius cõuer
tantur ad Dei ue-
ri, atque Domini
noſtri Ieſu Chri-
ſti fidem poſt eius
publicationẽ. An-
te illam enim ſuf
ficiebat eis idolis
996 relictis uerum a-
dorare Deum, cũ
intentione benè,
rècteque ſecundũ
legem naturę tũc
uiuendi. Poſt legẽ
verò Chriſti mini
mè ſufficit niſi Ba-
997 ptiſmus in re, uel
in uoto. Seruates
autem legẽ Moy-
ſi, ſacramentaque
legis ueteris acci-
pientes gratiam,
& multa beneficia
cõſequebantur,
& tandem uitã ex
998 pectabant æternã
in Sinu Abrahę de
tentũ uſq; ad Chri-
ſti aduentum. Et

hæc Catholicę Ec
cleſiæ cõcluſio, &
diximus aliqua in
Candelabro nr̃o
Aureo. 1. p. titu. de
Sacramentis i. ge-
nere. & de Purga-
torio. Et ꝙ aliqui
Philoſophi ſint ſal
uati affirmat Iuſti
nus Martyr, & Cle
mens Alexandri-
nus, quos refert,
& ſequitur Paulus
Gryſal. in lib. De-
ciſ. Cathol. uerbo.
Philoſophia. nu. 3.

b Ideſt, auctorita
tes in particulari
adducere, cùm to-
ta Sacra ſcriptura
in teſtimonium af
ferri poſſit.

c De qua, ante ei[9]
aduentum dice-
bat Propheta Pſa.
118. Latum man-
datum tuũ nimis.
Et inferius: Quàm
dulcia faucibus
meis eloquia tua,
ſuper



ſuper mel & fauum, cum multis alijs, & ipſe Dominus Matth. 11. dixit: iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

a Actorum enim. c. 1. habetur: Cępit Ieſus facere, & docere. Et ideo S. Ambro. dicit: Quæ eſt iuſti
tia, niſi quod alte-
rum facere velis;
prior ipſe ĩcipias,
& tuo alios horte
ris exemplo? Et S.
Auguſt. ait. Voluit
Dominus facere,
quod faciendum
omnibus impera-
bat; ut Dominus
magiſter doctrinã
ſuam non tam ver
bis inſinuaret, quã
actibus exerceret.
Et S. Chryſoſt. Di-
gnum & iuſtũ eſt,
ut quod quis do-
cet alterum face-
re, prior incipiat.
Quę omnia Domi
nus noſter fecit. Et
Caſsianus. li. 2. ca.
3. in colla. patrum
ſic ait, (& meritò)
Nullus congrega-
tioni fratrum pro
futur[9] eligitũ, priuſ
quam idem qui ꝑ-
ficiendus eſt; q̃d
optẽperaturis o-
porteat imperari
obediendo didice
rit: & quid iunio-
ribus tradere de-
beat, inſtitutis Se
niorum fuerit aſ-
ſequutus. Benè
enim regere, uel
regi, ſapientis eſ-
ſe pronunciant;
ſummumque do-
num, & gratiam
Spiritus Sancti eſ
ſe deffiniunt. Nã
neque ſalutaria p̃
cepta quempiam
poſſe obtemperan
tibus præſtituere; niſi eum, qui prius vniuerſis uirtutum diſciplinis fuerit inſtructus; nec obedire quemquam Seniori poſſe, niſi eum qui conſummatus timore Domini, & humilitatis fuerit
uirtute perfectus.

dine, de Prudentia, de continentia, de vitanda voluptate, de virtute, de moribus, de extirpãdis vitijs, de auaritia, deniq; de ſũma felicitate, & ſummo bono quis melius? quis clarius diſſeruit, admonuit, docuit, aut prę cepit, quàm Chriſtus verbo, [a] & exemplo?

Cùm cęteri Philoſophi ſolũ doceant, edicant, ſcribant, aut prædicent; pauci verò exemplis, quæ ſcripſere doceant; ſolus Chriſtus omnia docuit opere, verbo, & exemplo. Et ſic docuit, ut omnium clauſerit os, omniumque Philoſophorũ doctrinas, & Scholas in ſuam conuerterit.

A tempore enim Chriſti, & citra ceſſarunt Athenarum Philoſophi Stoici, & Epycuri, diſputante Beato Paulo, vt habetur. Actuum. 17. capitulo. Qui quamquam nouorum dęmonio rum annunciator illis Philoſophis Paulus videretur, tamen re vera doctrina Apoſtolica re, verbo, & exemplo eos deuicit. Inter quos narratur Dionyſius ad Fidem Chriſti conuerſus.

Manifeſtè vſque ad hodiernum diem experientia docet, quòd omnes Philoſophorum Scholæ, per fidem Chriſti deuictæ ſunt, adeò vt

b Viuus eſt enim
ſermo Dei, & effi-
cax, & penetrabi-
lior omni gladio
ancipiti, & pertin
gens vſq; ad diui-
ſionem animæ, &
ſpiritus, cõpagum
quoq; ac medula-
rum, & diſcretor
cogitationum, &
intentionum cor-
dis, ut ait Apoſto.
ad Hebr. c. 4. 999

c Qui anthono-
ticè. S. Dionyſius
Areopagita, ut
Theologus, uel
Theologorum pa-
ter dicitur. Hic sã
ctiſsimus Doctor,
(ut eius narrat hi-
ſtoria, quæ in Bre
uiario habetur. 9.
die Octobris, li-
cèt talia uerba ſic 1000
formalia in eius
operibus non in-
uenerim) cùm ad-
huc in gentilitatis
errore uerſaretur,
eo die quo Chri-
ſtus Dominus Cru
ci affixus eſt, ani-
maduertens præ-
ter naturam Solẽ
defeciſſe, exclama
uit: Aut Deus na
turæ patitur, aut
mũdi machina diſ
ſoluetur. Vide alia
ibidem.

a Re-

 nul-

nullibi apud exteras gentes ſint tot Philoſophi, quot ſunt apud fidei Chriſtianę cultores.

1001 Sarraceni non habent Philoſophos, iudęi minus. Si qui verò ſunt in mundo, illi ſunt apud Chriſtianos, quorum dicta Philoſophia ad ſeruitium Dei, & fidei, tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus, in uſum fidei Chriſtianæ Eccleſia ſibi vendicauit, [a] ut ait Auguſt. lib. 2. de doctr. Chriſtiana.

1002 De naturali verò Philoſophia, cùm eſſet diſcordia inter grauiſsimos Philoſop. de creatione Cœli, & temporis; adeò, vt Plato Cœlum, & tempus diceret creatum: Ariſtoteles negaret; ut ipſe Ariſtot. ſcribit in 8. Phyſicorum, in principio: & in 1. de Cœlo, & mundo, circa finem, vbi allegat Platonē in Timęo dixiſſe Cœlum factum eſſe. Et licet Ariſtoteles magis ĩ ſuis libris videatur adhęrere huic opinioni uidelicet de æternitate Cœli, & mundi; tamen certum eſt, quòd in topicis ſuis lib. 1. ipſe idem Ariſto. loquutus eſt per

a Reprobata omnino hæreſi Eraſmi Rotherod. & Cornelii Agrippæ dicentium ſtudium Philoſophiæ tanquam pnitioſum eſſe abijciendum: Eraſmi in Moria, & Agrippę in libro de uanitate ſcientiarum. Qui teſtimonijs atque exemplis conuinci in ſuo errore debent. Primo ex D. Pauli ad Corin. teſtimonio, ubi inſtruens Athenienſes dicit: Ipſi⁹ nos genus ſum⁹, ideſt, Arati Aſtronomi. Et ſcribens Corintijs, citat illud Euripidis: Corrumpũt bonos mores, colloquia praua. Ad Titum vtitur illo teſtimonio Epimeridis: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Exēplo, item cōfirmatur: Nam infiniti ferè Sancti Eccleſiæ Doctores, Philoſophi inſignes fuere, vt Dydim⁹, Iuſtinus, Origenes, Grego. Naziãzenus, Baſilius, Gregorius Niſſenus, Damaſus, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, & alij multi. Et, ex D. Athanaſio, Hieronymo, Euſebio lib. 5. Hiſtor. Eccl. c. 10. S. Tho. Directorio Inquiſit. 2. p. q. 11. num. 5. & alijs probat optimè Paul. Gryſal. lib. Deciſionum. uerb. Philoſophia. Et ꝙ Sancti Doctores, optima ad hoc ſtudium ratione ducerentur patet; Nam multi Philoſophi multa mirabilia Sacram fidem noſtram concernentia tetigere. Plato enim, (ut iam in materia Sanctiſſimæ Trinitatis. ſup. diximus, & tradit S. Th. 1. p. q. 32. art. 1. ex S. Aug.) dixit quaſi totum Euangelium S. Ioannis, in principio erat Verbũ, quaſi eiſdem uerbis. Et Hermes Trimegiſtus etiam dixit: Monas genuit Monadem, & in ſe ſuum reflectit ardorem. S. Th. ſup. Item, Dydimus Bragmanus. Epiſt. ad Alexand. inqt: Deus Verbum eſt; & Verbũ illud mũdum creauit; & p hoc viuunt oĩa: Nos Verbum colimus, & adoramus. Et Virgilius ĩ Bucolic. meminit dicens: Necte tribus nodis; numero De⁹ impari gaudet. Pythagoras, (ut San. Th. narrat in 4. d. 44. & Palud. d. 50. & Ricar. d. 48.) poſuit ignem carcerem Iouis, i. Dei punientis, & infernum eſſe locum, ĩ quo iudicati homines damnabuntur.

Alii etiam Philoſophi, quorũdã Sacramentorũ Eccleſiæ præſenſerunt, Nam Pœnitentiam, & confeſſionem peccatorũ omni abſque dubitatione, perceperunt. Plato ſanè in Phedrone in perſona Socratis loquens, ait: Cùm flumen tranſiturus eſſem, vocem audire uiſus ſum; quæ abire me uetat: priuſquam me expiauerim, quaſi aliquid deliquerim erga Deum. Et in eodem loco ait: Quicunque non initiatus, neque expiatus ad inferos migrabit; is illic iacebit in luto.



luto. Puri autem, & initiati, cùm illic peruenerint, habitabunt cũ Diis.

a Dicēte ipſo: Ioãnis. c. 24. Ego ſum uia, veritas, & uita, &c.

b Merito ergo Speculum peregrinarum quæſt. decade. 1. cap. 2. q. 4. ait nō repugnare ſimpliciter mundum, vel aliam creaturam eſſe ab ęterno. Benè ait, ſimplicitrr; quia Nos Catholici habemus Cœlum, terram, Mare, & deníque mundum uniuerſum à Deo in principio creatũ. Ita tenuerunt Doctores Hebræi. Geneſ. c. 1. Confirmauit Chriſtus, & eius Apoſtoli, ac vniuerſa Catholica Eccleſia, & ita uanum eſt auctores citare. vide tamē Paulum Gryſaldũ verbo: mundus.

c Quam Philoſophi auctoritatem iam ſuperius declarauimus.

a Qua-

hęc verba: Sunt autem problemeta, & de quibus 1003
ſunt contrarij ſyllogiſmi, dubitationem enim habent: utrum ſic ſe habent, uel non ſic, eo quòd in vtriſque ſint rationes uériſimiles, & de quibus rationem non habemus, cùm ſint magna, difficile arbitrantes eſſe, quare aſsignare, ut utrum mundus ſit æternus, uel non? Nam huiuſmodi quęret aliquis problemata, & propoſitiones, ut dictum eſt, determinentur.

Ecce quomodo Ariſtoteles de æternitate mũ- 1004
di dubitauit, & credidit eſſe problema, cuius ratio non poteſt determinari. Chriſtus verò naturalis ſcientiæ ueritas, [a] & caput; licet populus ſolus iudaicus creationem mundi per Moyſem aſtruxerit; tamen cœteræ nationes dubitabant, & non credebant.

Approbans itaque Chriſtus legem Moyſi, illud 1005
problema determinauit per uniuerſum Orbem videlicet, ꝙ in principio creauit Deus Cœlum, & Terram. Et inde ſui Apoſtoli articulũ fecerunt primum in Symbolo: Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terræ. Dixerat enim Chriſtus in Euangelio Ioannis. ca. 5. ad finē: Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan, & mihi,
& cætera. Et cùm per rationem non poſsit in al- 1006
teram partem demōſtrari hoc problema; An mũdus ſit ęternus, [b] vel non? credendum eſt Chriſto magis, qui futura prænũtiauit, & Moyſi, eius Prophetæ de aſſertione huius problematis, ꝙ mũdus ſit creatus, quàm Philoſopho, qui nihil de futuris nobis edixit, nec de præteritis aliquid neceſſaria demonſtratione probauit.

Oſtendi Chriſtum & moralem, & naturalem, ſed oſtendamus eũ 1007
glorioſum, Metaphyſicum, & cœlos tranſcendentem. Quod ſic demonſtratur, cùm Philoſophus in ſua Metaphyſica curioſè inqſierit de cauſa prima mouente mundum, & ipſum cauſantem; & poſt longam diſputationem deuenerit ad illum calculum ſententię certę, quòd nolunt entia diſponi malè; mala pluralitas principatuum, vnus ergo princeps, ut habetur, 12. Metaph. in uerbis fina
libus, [c] & de Trinitate diſſeruerit in eodem libro, paulo ante, di- 1008
cens hæc uerba: In theoricis verò ratiores, & intellectiua non al-

tero igitur exiſtēte eo, quod intelligitur, & intellectu, quę cùm non materiam habent, idem erunt, & intelligentia eius, quod intelligitur vna.

Ex quibus verbis ſatis apparet Philoſophum vnum principem intelligentem, & eius quod intelligitur, & intelligentia, q̃tum potuit trinum, & vnum attentaſſe. Quod Chriſtus in ſuo Euangelio, clarius diſſeruit, & multis uicibus declarauit, donec ad finem, Trinitatis articulum pro ſalute animarum explicuit dicens Matth. vltimo. Euntes ergo, docete omnes gentes, Baptizãtes eos in noĩe Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti.[a]

Dixit ſe miſſum à Patre. Et quòd ipſe, & pater vnum eſſent. Et quòd mitteret Pater Spiritum Sanctum in nomine ipſius. Non potuit creatura edoceri in ſecretis cœleſtibus melius, nec verius, quàm per os Chriſti ſoluentis enigmata Philoſophica, quæ ipſe gratia ſuæ diuinitatis intellectibus Philoſophorum ſine fide nutu oſtenderat, clara luce ſuæ[b] fidei fidelibus Chriſtianis verò omnibus fidelibus ingenio vigentibus, & ẽt rudibus ꝑ donũ fidei credentib. paſſim ĩfudit.

Res mira philoſophia moralis, naturalis, & Metaphyſica, ſic in Euangelio Chriſti diffusè, & verè firmata eſt; vt omnibus philoſophis amplius iurgandi locus, & inueſtigandi quæſtiones non relinquatur, imò ceſſet eorum Academia, & diſciplina, niſi quantum Eccleſiæ Dei ſeruire poteſt, & debet.[c] Euanuit ille error modernorum philoſophorum, qui ex magnitudine ingenij, cuiuſq; metiti ſunt felicitatem, vt quantum quis ꝑfulgeat ingenio, tãto in alia uita felicior exiſtat, non hoc patitur Catholica fides, non liberi arbitrij gratia, quæ data eſt hominibus. Ex dilectione enim Dei ſolum principaliter, ideſt hominis ad Deum, menſurãda eſt felicitas, quæ omnibus paſſim ęque contingit, tam rudibus, quàm ingeniosis, ut omnes ex dilectione Dei, nõ ex claritate ingenij gloriam cœleſtem conſequantur, vt colligitur ex verbis Chriſti in parabola de illo, qui incidit ĩ latrones, Lucæ. 10. cap. & expreſsè Lucæ. 7. in fine, ibi: Remittuntur ſibi peccata multa, quoniã dilexit multum.[a] Itaq;, cùm dilectio ſit omnibus communis, & cuique poſsibilis ſecundum ſuum liberum arbitrium, omnes ſaluantur per dilectionẽ Dei,[b] & non per præfulgentiam ingenij, quæ eſt gratia à Deo uni, magis quàm alteri collata. Et hoc eſt præceptum etiam antiquum in lege ueteri, Deutero. 6. ca. Et vide hoc clarè concluſum in 2. libro Senten. diſtin. 32. ad fin.

Quis enim philoſophorum mente ſanus qui uideret noſtræ Fidei[c] obſeruantiam ac

a Qualiter myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis fuerit diuerſis temporibus, & à diuerſis præfiguratum dictum, atque decla-
1009 ratum diximus latè ſupra in ꝓprio capitulo.

b De quo dixit Euangeliſta, Ioã. c. 1. Erat lux uera, q̃ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, &c. Et iterũ. ca. 3. Lux uenit in mundum, &c. Et ipſe Dominus ore proprio dixit: Ego ſum lux mundi, vt
1010 habetur Ioan. cap. 8. 9. & 12.

c Non quemadmodum illi q. ea abutuntur, ad fidei impugnationem, ut ait S. Tho. 2. 2. q. 167. art. 1. In quorum confuſionem ſurgent in iudicio Philoſophi multi, qui neſcientes Chriſti Euan-
1011 gelium, quaſi Euãgelium ſeruantes viuebant. De quorum numero Pythagoras fuit, qui, cùm eſſet nobilis, & diues, reliquit patrimonium ſuis & dedit ſe ſpeculationi naturaliũ, dicens Cœlum eſ-
1012 ſe patriã ſuam, ut refert. S. Th. Ethi. 6. lect. 6. in fi. Qui Pythagoras in ſua Politica, tradidit magis ordinata ad regimen animæ, q̃ corporis. Et ſecundum D. Hieronymum, filiã habuit tantę pudicitiæ, vt virginitatem ſeruans, choro ſimul virginum iã præeſſet, easque caſtitatis ĩſtruxit doctrina. uide S. Thom. Opuſculo. 20. lib. 4. c. 21.



a Quod mirabiliter confirmatur ex D. Paul. 1. Corin. c. 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, & cæt. & ex San. Tho. in 4. diſt. 49. quem refert, & ſequitur Speculum peregrin. quæſt. Decade. 1. c. 10. q. 4. ubi q̃ritur: Verum ille, qui in Charitate habuit intenſiorẽ gradũ Charitatis, ſine actibus Martyrij, Doctoratus, & Virginitatis ſit beatior illo, qui prædictis actibus fuit decoratus cũ remiſſione, uel remiſſiori gradu charitatis? Ad quam Reſp. Quòd, cum beatitudo eſſentialiter habeatur ſecundum charitatẽ, & gradus eius; ille qui in Charitate intenſiorem gradũ habuit, beatior erit omni illo qui minus dilexit, etiam ſi actũ Martyrij, uirginitatis, & Doctoratus habuiſſet. Vnde San. Franciſcus, & S. Maria Magdalena in Patria, ut creditur beatiores sũt, & ꝑfectius fruunt̃ diuina eſſentia, q̃ multi alij Sancti decorati laureolis, uel aureolis: quia, fortè, primi ſuperiorem gradum in Charitate tenuerunt, & ardentius Deum dilexerũt ſecundis dotatis aureolis, quæ debētur actibus uirginitatis, Doctoratus, & Martyrij. Vide etiam de hac quæſtione Hẽricum Gandau. quodlib. 2. q. 12.

b Quæ in fide conſiſtit, & operib. ita ut fides ſine operib. uel opera ſine fide neminem ſaluent, ut ex D. Pau. Iacobo, & alijs ſcripturæ locis patet. Quæ oĩa operatur homo libero arbitrio adiuto à Diuina gratia, q̃ hominem miſericorditer præuenit, ut ait Dauid: Gratia eius præueniet me, & patet in mille locis, & hodie determinatur clariſſimè per totam. Seſ. 6. Conc. Trid. & maxime. Can. 1. 2. & 3. de iuſtificat. & ſic declaratur Auctor hic, qui curtè locutus fuit. Et illa gratia ingenij, ĩtelligẽtiæ, Sanitatis, & Prophetię, q̃ hic dicitdari vni, & nõ alteri: ꝑſtare cũ peccato, ut patet de Caipha, & aliis.

c Cuius ſacrę fidei ac Euãgelicę legis excellentia ex cęterarũ ſectarum collatione facillimè ꝑcipi poterit. Gentiles. n. 1013
olim ſoliti erant perditiſſimis Dæmonibus ſeruire, quos Deus ęternis mãcipauit ſupplicijs. Quid hoc ſceleſti⁹? Deĩde hoĩes adorare cęperunt tales, quos hoĩes noĩare nõ decet, rõnaleſq; appellare erubeſcim⁹, cũ fuerint tot, tãtiſq; vitiis, flagitijs, abominatiõibuſque ĩuoluti, ut po- 1014
tius brutorũ noĩa, eis cõpetãt, q̃ hominũ. Et ut oib. pateat, qui fuerint iſti Gentilium miſerabiles Dij; aliquorũ nomina, ſimulq; flagitia recenſebimus. Adorabant ergo quẽdam Iouem, Saturnũ, Vulcanum, Apollinẽ, Bacchũ, Cęrerem, Iaſiũ, Iunonem, Venerem, Titonẽ, &c Deorũ cateruam, q̃ longũ eſſet cõmemorare. De qb. multa ĩdigna, deformiter, fętidè, ĩpurè, bacchatè, ferruginosè, ac barbarè, in libris finguntur, ut nondũ bonis hoĩb. & honoratis matronis ornate cõparent; ſed nec peſſimis uiris, nec ĩuerecũdis meretricũ facieb. quãtiſper liceret. Qñ. n. Deę hominibus luxuriosè miſcentur; ſiquidem Deam, & magnam matrem Cęrerẽ, Iaſium imaginantur libidinoſiſsimis proſequutam fuiſſe amplexibus, oſculis uer-

moralitatem, non ſequeretur eam potius quàm iudæorum, & Sarracenorum colentium ſtultitias, & inſanias falſas, & ciborũ diſtinctionem, miſeriaſque rudes? & Chriſti doctrinam nullã habentem rugam, aut maculam deſereret, [a] quam videt iudicio diuino ab æuo prænuntiatã, prędictam, prophetizatam, & prædeſtinatam, & demũ ualidis ra-

verbis, ac actibus? Deam Harmoniam, ipſum Cadmum; Celirohoc Deam, ipſum Chryſaorium; Auroram, Titonem ipſum; ſic Deam Theam, ipſum Pelleũ; Venerem, Anchiſem; Cyrcem, Vlixem, & alias multas? Et ne in hoc fruſtra tempus conſumamus, uide multa iſtorum deorũ crimina in libro de Genealogia Ieſu Chriſti. Decade. 2. c. 133. & 134. & in Marquarda de Suſanis. tract. de Iudæis. 3. p. c. 1. num. 11. 12. & 13. Iacob. de Valen. in Pſal. 135. Et in dicta 2. Decade. c. 135. (ut alia omittamus) Nota uerba ſequentia quę ibidem habentur, ſcilicet quid turpius? quidque horribilius dici poteſt, ut talis infamis, latro, adulter, Sacrilegus, & Sodoma (peſſimum hominũ genus) hunc, & regat mundum, ac adminiſtret omnia? loquitur de Ioue.

a De doctrina, potentia, nàtura ac aliis proprietatib. Domini Noſtri Ieſu Chriſti (ultra doctrinam Sacram eiuſque expoſitores) vide quæ habẽtur in dict. lib. De Genealogia Ieſu Chriſti, qui curioſus eſt, compoſitus à R. P. Magiſtro Franciſco Sixto Neapolitano Carmelita. quẽ Philippo II. Catholico Hiſpaniarũ Regi dicauit. Et (vt ſalutem accipiamus ex inimicis noſtris, & de manu omniũ, qui oderunt nos. Lucæ 1.) duo teſtimonia infidelium in Domini noſtri Ieſu Chriſti recommẽdationem, in medium afferre libuit, ut Gentiles intelligant, atque cognoſcant quem adoramus, atq; illi adorare tenentur. Ioſephus (ut refert Euſebius Cęſarien. lib. 1. Hiſt. Eccleſ. c. 14.) de Domino noſtro Ieſu Chriſto tale protulit teſtimonium: Fuit (ait) iiſdem temporibus Ieſus ſapiens vir, ſi tamen virũ nominare fas eſt. Erat enim mirabilium operum effector, doctorq; hominum eorum, qui libenter, quæ uera ſunt, audiunt. Et multos quidem Iudæorũ, multos etiam ex Gentilibus ſibi adiunxit. Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione primorum noſtræ gentis uirorum, cum Pilatus in crucem agendum eſſe decreuiſſet, non deſeruerunt hi, qui ab initio eũ dilexerant. Apparuit. n. eis tertio die iterum viuus; ſecundum quod diuinitus inſpirati Prophetę, uel hæc, vel alia de eo innumera miracula futura eſſe prædixerãt. Sed & in hodiernum diẽ Chriſtianorum, qui ab ipſo nuncupati ſunt, & nomen perſeuerat, & genus. Hæc Euſeb.

¶ In libro etiã Magiſtri Philippi Ordinis Prædicatorum, quẽ anno 1481. Sixto IIII. dicauit Pontifici Maximo, infraſcripta habetur Epiſtola, videlicet: Lentulus Romanus, Iudææ Præſes ad Tiberium Cæſarem: Apparuit temporibus iſtis, & adhuc eſt homo magnæ virtutis nominatus Ieſus Chriſtus, qui dicitur à gentibus Propheta ueritatis; quem eius diſcipuli uocant filium Dei; ſuſcitans mortuos, & ſanans omnes langores. Homo, quidem, ſtaturę mediocris, & ſpectabilis, uultum habens venerabilem, quem intuentes poſſint diligere, & formidare; capillos habens coloris nucis Auellanæ pręmaturæ, & planos ferè vſque ad aures. Ab auribus uerò cincinnos criſpos aliquantulum, & fulgentiores ab humeris uentilantes; diſcrimen habens in medio capitis, iuxta morem Nazarenorum, frontem planam, & ſereniſſimam cum facie ſine ruga, & macula aliqua, quam rubor moderatus uenuſtat: naſi, & oris nulla prorſus eſt repræhenſio? Barbam habens copioſam, capillis concolorem non longam, ſed in medio bifurcatam. Aſpectum habens ſimplicem, & naturam. Oculis glaucis, uarijs, & claris exiſtentibus. In increpatione terribilis, in admonitione blandus, amabilis, hilaris, ſeruata grauitate. Qui nunquam ridere uiſus eſt, flere autem ſic. In ſtatura corporis propagatus,



tionibus, & argumeutis, ac Martyrum teſtimonijs, [a] & Doctorum exemplis, atque diſputationibus non ſine grandi, & ſtupendo miraculo in cordibus prudẽtum inſitam radicatam, & per magna temporũ curricula Mille Quadringentorum Sexaginta & vnius annorum continue, & inconcuſſe obſeruatam, & continuatam? quantis quoq; comentis ac libris mirabilibus, [b] & copioſis fulcitam, & roboratam.

tus, & rectus; manus habens & brachia viſu delectabilia. In colloquio grauis; rarus, & modeſtus, ſpecioſus inter filios hominum. Hæc ibi. Quę omnia de Chriſto poſtea Catholici ſcripſere Doctores, ut Nizephorus, Sozomenus & alij hiſtoriographi.

¶ Accedat & tertium teſtimonium Regis Abgari gentilis (apud quoſdã Abagarus, & Agabarus) qui cũ eſſet Ediſſæ Rex Chriſto talẽ miſſit epiſtolam: Abgarus Vchaniæ filius Toparcha, Ieſu ſaluatori bono, qui apparuit in locis Hieroſolymorũ. S. Auditum mihi eſt de te, & de ſanitatibus, quas facis, quod ſine medicamentis, aut herbis fiant iſta per te, & quòd uerbo tantum cæcos facis uidere, & claudos ambulare, & leproſos mundas, & immundos ſpiritus ac dæmones eijcis, & eos qui longis ægritudinibus afflictantur curas & ſanas, mortuos quoque ſuſcitas. Quibus omnibus auditis de te, ſtatui in animo meo unũ eſſe de duobus, aut quia tu ſis Deus & deſcenderis de cœlo, vt hæc facias, aut quòd filius Dei ſis, qui hæc facis. Propterea ego ſcribens rogauerim te, vt digneris vſque ad me fatigari, & ægritudinem meam, qua iamdiu laboro, curare. Nam & illud comperi quòd iudæi murmurant aduerſum te, & uolunt tibi inſidiari. Eſt autem Ciuitas mihi, parua quidem, ſed honeſta, quæ ſufficiat utriſque. Hanc epiſtolam cum alia Ieſu ad Abgarum miſſa, teſtatur Euſebius Cæſarienſis uidiſſe in Archiuijs Ciuitatis Ediſſæ, quem uide, in lib. 1. hiſtoriæ Eccleſiaſt. c. 15. & 16. meminit huius epiſtolæ. S. Th. 3. p. lib. ſent. d. 9. q. 1. ar. 2. De qua etiam uide tex. in c. Sancta Romana. 15. diſt. in. Sixtum Senen. in Biblio. ſancta, lib. 2. litera I. §. Ieſu Chriſti, reſpondentibus, & latius Didac. Couarru. lib. 4. variarum. c. 17. nu. 11.

a Quorum hiſtorias, cruciatus, ac Martyria recenſere, eſſet quaſi impoſſibile. Quare (illas duodecim S. Eccleſiæ mirabiles, fortiſſimas immobileſque Fidei colũnas, inſigniores, atque illuſtriores Martyres. ſ. Stephanum, Laurentium, Vincẽtium, Catharinam, & ſimiles omittendo) duorum tãtum referam hiſtorias, q. non ita in hominũ memoria ſunt, ut alij. Quorum primus erit Sãctus il- 1015
le Epiſcopus Hieroſolymorum Simeon, qui cum cẽtum & uiginti eſſet annorum, ita fortiter, uiriliter, ac hilariter illamet, quæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus paſſus fuit tormenta ac paſſiones, ut ſummæ omnib. eſſet admirationi ac ſtupori. Lege eius hiſtoriã in Breuiario Romano die 18. Februarii. Perpende inſuper, & conſidera inuictiſſimam S. Ianuarij Epiſcopi & Martyris conſtantiam; quem, cũ die 19. Septem. ita pro Chriſto hilariter mortem ſubire uidiſſent quinq; hominum millia ad Fidem Catholicam peruenere? alia eius miracula in eius hiſtoria inuenies.

Quid dicam de Sanctiſſima illa Eulallia Hiſpana, quæ cum tredecim tantum eſſet annorum (mirabile auditu) decem & nouem pro Chriſto ſuſtulit tormentorum ſtupenda genera, ut eius narrat hiſtoria in legendario Sanctorũ die 10. Decembris. Dicitur S. Eulallia meritæ, quia fuit alia Barchinonenſis.

b Recte inquit, mirabilib. admiratione. n. digna ſunt, q̃ Sacri Eccl'æ Doctores Greg. magnus, Hieronymꝰ, Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus, & alij nobis ſcripta reliquerũt. Inter quos oĩb. ſtupori eſſe dẽt Angelicus Doctor. S. Tho Aquinas, q, cũ qnquagenarius è uita migraſſet, decẽ, & octo ingẽtiã ſuorũ ſcriptorũ reliq̃t uolumina. Quid deinde dicã de illo

ſo Reuer. toto orbi cognito, nunq̃ ſatis laudato, Epo Abulẽſi Alfonſo Toſtato, cuius corpus (his oculis hauſimus) magna habetur in ſua Diœceſi reuerentia; ſuper cuius tumulum, ob ingens ſuarum uirtutum, ac laborum præconium ac pręmium, lingua Caſtellana ſequentia omnium oculis patent carmina.

| | | |
|---|---|---|
| *A qui yaze ſepultado* | | *Hic ſepultus iacet* |
| *quien uirgen naſcio y murio* | | *qui uirgo eſt natus & mortuus* |
| *el nueſtro Obiſpo Toſtado* | | *noſter Epiſcopus Toſtatus* |
| *que nueſtra Eſpana illuſtrò,* | *Latinè ſic:* | *qui Hiſpaniã noſtrã illuſtrauit.* |
| *El qual (dicen) que eſcriuio* | | *Quem ſcripſiße fertur* |
| *para cada dia tres pliegos* | | *vnicuique diei folia ſex* |
| *dela uida que biuio,* | | *vitæ, qua uixit.* |
| *ſu doctrina aſi alumbrò* | | *Doctrina ſua ſic illuminauit* |
| *que haze uer alos ciegos.* | | *vt cæcis uiſum præbeat.* |

Egregia uerè laus, tantoque virgini digna, nobiſque ſummopere celebranda, qui talem (inter alios) habemus Hiſpanum Doctorem. Mirum uidetur, ut homo tantis negotijs occupatus, ita ſcribere, & componere poſſet, ut unicuique diei totius uitæ ſuæ (omnibus computatis) ſex correſpondeant papyri folia (Hiſpanè; tres pliegos, Italicè; tre fogli di carta, & latinè tria plica). Sed ſuorum operum uolumina conſideranti, uerum omnino apparebit. Scripſit enim, (ut habentur in Bibliotheca inſignis noſtri Hiſpan. Collegij Bonon.) opera ſequentia, quę ego uidi.

| | |
|---|---|
| ¶ *In Prologum. S. Hieronymi.* | ¶ *In Leuiticum.* |
| ¶ *In Geneſim.* | ¶ *In Numeros.* |
| ¶ *Librum Paradoxorum.* † | ¶ *In Deuteronomium.* |
| ¶ *Tractatum de ſtatu animarum.* † | ¶ *In 4. Libros Regum.* |
| ¶ *Defenſorium trium concluſion.* † | ¶ *In 10. capita Ioſue.* |
| ¶ *Tract. de Beatiſs. Trinitate.* † | ¶ *In Librum Iudicum.* |
| ¶ *Tract. ſup: Ecce virgo cõcipiet.* † | ¶ *In Librum Ruth.* |
| ¶ *Tract. de optima politia.* † | ¶ *In Librum Paralipom.* |
| ¶ *Tract. contra Clericos cõcubin.* † | ¶ *In Euang. S. Matth. uſq; ad uigeſimum quintum capitulũ tantũ.* |
| ¶ *In Exodum.* | |

Nota ꝙ in Bibliotheca ſancta Sixti Senenſis li. 4. ubi de hoc loquitur ſcriptore, nõ habentur illi tractatus, quibus crucem † appoſui. Claruit tantus uir tempore Concil. Baſilien. & Eugenij 4. Anno Domini. 1440.

Quæ omnia nulli alij doctrinæ contingunt niſi ei ſoli.

Silentio non prætereo, quòd Philoſophus Porphirius uir magnæ auctoritatis, ut refert. B. Auguſtinus in 10. lib. de Ciuitate Dei, c. 32. uiam Fidei Christianę uidebat fore uniuerſalem uiam,

1016 a Omnes mundi nationes, conſiderata legis Euangelicæ ſuauitate, idẽ fateri cogent, ſi lumine tm̃ naturali, nõ luxuriæ, ac aliorum uitiorũ libertate ac uoluptate ducantur.

Vide multa quæ tradit Io. Dried. in tract. de libertate Christiana: & Io. Lud. Viues. in tracta. de uerit. fidei Christianæ. Lactan. multa tradit.

a Paſſa



& religionem animæ ſaluandæ,[a] ſine qua prouidẽtiam diuinã nõ credebat genus humanum relinquere potuiſſe, niſi quia videbat propter Regum, & tyrannorum oppugnationem tanta in credentibus perpetrata martyria, & cruciatus,[a] quòd uiam Chriſtianam timuit omnino perituram,[b] non intelligens Porphirius, quòd id quod in electione ipſius vitæ Chriſtianæ eum perpeti metuebat, ſcilicet ipſa Martyria ad confirmationem, robuſtioremque commendationem Fidei, potius pertinere, ut numerus conſecratus Martyrum eſſet teſtis dictæ ueritatis.[c]

Tu ergo, hodierne Philoſophe, qui poſt tot, & crebra præterita Martyria non ſolum hominum, ſed etiam fœminarũ,[d] uides fidem Chriſti tam approbatam, atque confirmatam, cur non uides, quòd licèt ipſa Fides ſupernaturalia contineat, non debeat per rationem teneri, coli, atque credi, & uenerari?
Sic itaq; mihi uideor uidere cõcluſum, ſi cum ſa 1019
næ mentis lectore uerba facio, & philoſophica, &
bene organizata ratio non poteſt fugere quin cõ
cedat ꝙ Fides Chriſti ſit ipſa veritas. Et hoc eſt
quod dicit Apoſtolus Paulus uas electionis. 2. ad
Corint. 10. c. Et in captiuitatem redigentes om-
nem intellectum in obſequium Chriſti. Nota ꝙ
dicit: omnem intellectum, & ꝙ dicit: in captiui-
tatem: quaſi uelit, ꝙ omnis intellectus habet per
punctã rõnis captiuari, ut habeat obſeq. Chriſto.
Non enim uoluntariè, gratioſè, & adulatoriè, ut 1020
ei placeamus, illi homini in patibulo inter duos
latrones pendenti credimus ſed uidentes, & ſcru
tantes ſcripturas, & temporum poſt ipſas ſcriptu

a Paſſa eſt enim Eccleſia ſancta in gentes perſecutiones à ſui principio; inter quas, duodecim atrociores cõſidera, quas optimè deſcribit F. Ioannes Ludouicus Viualdus in lib. Opus Regale. in tract. de duodecim perſecution. Eccleſiæ. quem uide, ſi poteris habere, eſt enim liber rarus, aureiſque literis Notandus.

b Illic trepidauit timore, ubi minime eſſet timor, ſi cõſideraſſet, quòd multæ tribulationes iuſtorum, ſed de omnibus liberauit eos Dominus: & quòd dominus promiſerat Petro. Lucæ. 22. Ego rogaui pro te Petro, ut non deficiat Fides tua.

c Habet enim ueritas Fidei Catholice hanc, cum oleo in ignem effuſo, ſimilitudinem. Nam quanto plus olei in ignem quis miſerit, ut illum extinguat, tanto uehemẽtius ignis accenditur, inflammatur, & creſcit; ſic quanto magis Tyranni nomẽ domini è medio Martyrum internecionibus tollere procurabant; tanto plus in dies Chriſtianorum augebatũ mirabilis numerus, ita ut quaſi dici poſſet quòd unaquęque ſanguinis pro fide Chriſti gutta effuſi, mille generabat fideles. ut ſupra. num. 1014. de S. Ianuario diximus. Quare, haud incõgrue
dicitur, Cant. 1. ca. 1017
oleum effuſum nomen tuum.

d Vt patet mirabiliter in illo inſigni Sanctarum undecim millia Virginum & Martyrum agmine, quarum celebritatem ueneratur Sancta Romana Eccleſia. 21. die Octo-
bris. earumque ſa- 1018
cratiſſima capita (quorum decem proprijs aſpeximꝰ oculis) auro, gemmiſque adornando, colendo, & uenerando.

a Ideſt,



ras,

ras,ſequelas, & proceſſus,cogi-
mur,per rationem,[a] & captiua
mur, ut Chriſto pareamus, &
obſequamur, uidentes, ſi ſecus
agamus nos intellectu carere,[b]
licet per intellectum naturali-
ter,non ualeamus conſequi Fi-
1021 dei ſecreta.[c] Fides tamen no-
ſtra uicit mũdum, ut dicit Apo
ſtolus ſanctus Ioan. in ſua. 1. Ca
nonica. 5. c. ibi: Hæc eſt uictoria
quę uincit mundum fides noſtra; non enim illa
uictoria mundi fuit in exercitu, nec in robore;
ſed in ſpiritu meo, dicit dominus exercituum.
Zach. 4. c. Si igitur in ſpiritu Dei fuit uictoria, me
ritò Apoſtolus Paulus, & nos poſt eum poſſumus
dicere: quòd intellectus eſt captiuatus, & neceſſi
tatus, ut obſequatur, & credat Chriſto. Et eſt pro
bata tertia particula huius operis, ut promiſi.
1022 Et non mireris Lector, ſi aliquando repeto mul-
ta in diuerſis locis: quia ſi uideris, & contuleris ti
tulos capitulorum, tu me excuſatũ habebis pro-
pter conuenientiam materiæ: ut Rubrica tituli
conueniat nigro, & quodlibet capitulum habeat
dotem ſuam. Et ſic non notabitur ſuperflua, nec
inutilis repetitio: imo, fortaſſe congrua, & neceſ-
ſaria uidebitur.

¶ *Summarium, & concluſio totius Tractatus.*

1023 Capitulum, ſiue ſumma eorum quæ dicta
ſunt, breuiter, & complexiuè eſt: quòd fere
totus mundus, cuius populatio, ut plurimum, &
quaſi tota conſiſtit in iudæis, Chriſtianis, & Sar-
racenis, adeò quòd non ſunt alij homines in
mundo, qui non claudantur ſub his nationibus
tribus.[d] Omnes habent pro articulo ſuę credu-
litatis & fidei Meſſiam eſſe, aut debere uenire,
ſecundum iudæos, & ſecundum Chriſtianos, &
Sarracenos Ieſum filium Mariæ Virginis fuiſſe
Meſſiam.

Proba-

a Id eſt, Chriſtum credimus uerum Dei filium, & hominem, ipſumque tanquam talem diligimus, adoramus, & colimus, ipſo conſtringente nos conſcientiæ ſtimulo, atque dictamine: contra quem (ut habetur. Actor. cap. 9.) durum eſt calcitrare. Et, quia qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehæmnam, ut habetur. in c. literas. de reſtitu. ſpoliat. ſic, cũm conſcientiæ uermis urgeat nos, ratioque ipſa omnimodo premat, Scripturarumque ſacrarum teſtimonia conuincant; nõ poſſumus non Ieſum Chriſtum uerum Dei filium adorare, eiuſque Catholicã Fidem tanquam ueram amplecti, & tenere, intellectus noſtros in eius obſequium captiuando.

b Quemadmodũ illi miſerrimi caruere, qui magis tenebras dilexerunt quàm lucem. ut Ioan. c. 3.

c Paruum enim, aut nullum meritum haberet fides noſtra, ſi Diuinorum myſteriorum arcana, & oculis aſpicere, & manibus cõtrectare poſſemus.

d Complures ſunt etiam (utinam cõuertantur, & uiuant.) Gentilium Regiones ſiue nationes, quæ adhuc idola colunt, ut ſunt Iaponi, & alij, quorum Auctor noſter hic non meminit, quia tunc nobis erant incognitæ.



¶ Probatum eſt, etiam per ſcripturas iudæorũ 1024
publicas & notorias, quarum ſcripturarum ipſi Iu
dęi vbiq; ſunt detentores, quòd Meſſias debebat
eſſe ex genere Dauid, qui erat ex tribu Iuda.

¶ Probatum eſt etiam illum Meſſiam ex Da- 1025
uid uenientem, debere eſſe, & uocari Deum.

¶ Probatum eſt etiam iſtum Meſſiam, ſecundũ 1026
ſuam humanitatem, debere pati mortem, pro pec
cato multorum.

¶ Probatũ eſt iſtum Meſſiam debere venire in 1027
fra certũ tempus à tẽpore prophetię Danielis vſ-
que ad finẽ domus ſanctę Hieruſalẽ ſecũdę, quod
tẽpus clauditur ad longius, in numero 490. anno-
rũ ad plus, infra quod tẽpus venit in dicta domo
ſecunda in fine Ieſus filius Marię Virginis, qui pu
blicè Meſſias filius Dauid dicebatur, & iudęi eũ
pro homine de domo Regia Regis Dauid Veniẽ
tem habebant, & communiter computabant, ut
habetur in libro Canhedrin, in c. Finito iudicio,
ubi dicũt ꝙ Ieſus Chriſtus eo quia erat de domo 1028
Regia, ſeu proximus Regno, habuit in cauſa ſua
aduocatum; licèt regulariter accuſari de blaſphe-
mia Dei, ut erat Ieſus, nõ dẽbat habere aduocatũ.

Hic Ieſus paſſus fuit mortẽ publicè in Hieruſa- 1029
lem, & anteq̃ ipſe pateretur, dixit ipſe nocte pręce
denti ſuã mortem, ſe paſſurũ mortẽ pro peccatis
multorum, & remiſſione peccatorum ipſorũ. Quę 1030
ergo harũ triũ nationum, quę Meſſiam pro articu
lo ſuæ credulitatis, & fidei prędicat, & affirmat, au
debit negare, ꝙ Chriſtiana fides nõ uerius diſſe-
rat, doceat, & probet de hoc articulo Meſſiæ in ꝑ
ſona dicti Ieſu illis modis & formis, q̃b. ipſa Chri
ſtiana Fides affirmat, & docet? Certe, niſi amẽs ſit,
nullus inuenietur. Quis ẽt, qui extra iſtas tres na- 1031
tiones ſit, ẽt ſi ſit Philoſophia plenus, qui tãta ſcri
pta vatum, & Prophetarũ in tantis temporũ varie
tatibus dicta præceſſiſſe viderit, quæ omnia con-
gruè ſequuta ſunt poſt, tam in uita dicti Ieſu, quam poſt eius mor-
tem per longa temporum ſpatia Mille Quadringentorum Sexagin 1032
ta quatuor annorum computatorum à Natiuitate dicti Ieſu[b] ui-
derit, non dicat iſta omnia cœleſtia fuiſſe, in mentem Sanctorum

Qq 2 hominum,

a Ex his noſtri authoris uerbis patet, quantum tempus in hoc libro componendo conſumpſerit. Quod (meo, omniumq; iudicio) quatuordecim fuit annorum ſpacium, nam in principio operis, nu. 53. dicit in probatione primi articuli, hæc verba. Vſque ad annũ Milleſimum, Quadringenteſimum; Quinquageſimũ, quem modo computamus. Et poſtea, ad finem, ſcilicet, nu. 1015. ait: Per magna temporum curricula Mille Quadrigentorũ ſexaginta & unius annorum Et nunc in fine libri hic dicit: Per longa temporum ſpatia, Mille, Quadringentorũ Sexaginta quatuor annorum, cõputatorum, & cæt. Vnde de prima cõputatione ad ultimi patet, Quatuordecim annos conſumpſiſſe. Nos autem, gratias agimus Deo, qui intellectum dat paruulis, quique nos miſericordia ſua infinita ita adiuuit, ut per tres ferè annos

annos continuò li
teris operam dan-
do,nec nos,ex pro
feſſo , alijs ſtudijs
immiſcendo,in di
cti authoris librũ
limandum, corri-
gendum atq; gloſ
1033 ſandum huc uſq;
peruenimus.
a Vt Catholicus
Doctor,veruſq; Hi
ſpanus nobis ꝑbet
exemplũ, ut que-
madmodũ ille fa-
cit,ita & nos facia
mus.Quamobrem
omnia ab Authore
hic ſcripta,& à me
uiſa,correcta,gloſ
ſata, & adiũcta,&
ſi quid infra dice-
tur,libẽtiſſimo ani
1034 mo , ſubmitto li-
mæ, ac cenſurę Sa
croſanctę Eccleſię
Catholicæ Roma
næ,à qua(ſi q̃d mi
nus bene dixerim)
cupio emendari ,
iuxta tex.in c.Hęc
eſt Fides. 24.q.1.cũ
multis alijs capi-
tulis,q̃ in profeſſio
ne ſanctæ Fidei ci
tat ille ĩſignis Do
ctor Hiſpanus Al-
uarus Pelagius in
fine ſui libri . De
plãctu Eccleſiæ.Et
1035 nunc ampliori ſty
lo,pulcherrimoq;
modo,atq; feruen
tiſſimo Fidei zelo
Illuſtris,admodũ-
1036 que R. D. Doctor
Franciſcus Penna
Sacrę Romanę Ro
tæ meritiſſim⁹ Au
ditor, ĩ 1.lib.Scho
liorum , ad Dire-
ctorium Inquiſito
rum . Scholio. 24.

hominum,& Prophetarum atq; vatum diuinorum miſſa,& iniecta,& demum operis per effectũ completa , & ſequuta ? Certè ſi non fateatur, ratione caret & deſipit .

Hęc breuiter ſunt, quæ in hoc tractatu dicere volui.Suppleatĩ his Lectoris deuotio , & corrigat q̃ corrigẽda viderit,iuxta veritatẽ & mentẽ Catholicę Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ , cuius determinationi omnia, & meipſum ſubmitto,& ſubijcio.[a]

pag.26. col. 1. quẽ
uideas.
b Male aliquantũ
lum ſonat hæc no
ſtri Authoris nar-
ratio, cùm expræ-
ſius multo,imò ex
præſſiſſime , hi arti
culi ĩ Symbolis Fi
dei Catholicę ha-
beantur,quare lon
gè diſtat Fides Ca
tholicorum in hoc
ab alijs , ut unuſ-
quiſq; clare uide-
re poteſt .
a Cum

¶ *Capit. vltimum . De probanda circa homines indiuidualiter prouidentia Diuina .*

QVia tamen de prouidentia Dei circa homines ſingulariter,& in indiuiduo,& de perdurabilitate animæ poſt mortem, licèt non ſint tantum noſtrę Fidei articuli ſed etiam iudęorum,aut Sarracenorum,[b] quia omnis ſe fidem diuinã prætendens habere,& Deũ per fidem colere,habet neceſſario credere , & tenere, ꝙ Deus remunerator eſt bonorũ,& vltor culparum & uitiorum,ſiue peccatorum;& ꝙ anima hominis eſt perpetua,& duratura poſt mortem; aliàs non haberet fundamentum Fides aliqua; tum quia in hoc opere me dixi contra Philoſophum non credentem Fidem Chriſti,rõnes inducere,& eum per doctrinam Philoſophicam vincere.Et quia multi hæretici,& infideles,cõſtituti in vnaquaq; ſectarũ veſanię iudaicę, & Sarracenorũ,& etiam in fide Chriſti conſtituti, quàmplures vacillant dicẽtes : Quis venit de alio ſeculo,ut noua nobis narraret ? Licèt Chriſtianis ſufficeret Chriſtus,qui reſurrexit , & animam ſuã reaſſumpſit , quod probatũ eſt diuerſis Martyrijs Sanctorum & Sacrę ſcripturæ ueteris authoritatibus ; tamen adhuc inſurgendum eſt contra iſtas frigidas,ac Saturninas,& hæreticas opiniones nõ

repetendo



a Cum Author no
ſter fine ſuo dede-
rit tractatui princi
pali,poſteaq; capi
tulum hoc:De pro
uidentia Dei addi
derit ; Nobis etiã
ſatis eſſe iudicaui
mus , nihil de hac
materia particula
riter notare,vel ad
dere, cũ multi ſint
de illa ſcripti tra-
ctatus, ſed tantum
Doctores aliquos
citare, qui vniuer
ſam materiam ad
longum optimè &
eruditè ex antiqs
& modernis tra-
dunt, uideatur er-
gó de prouidentia
Dei,atque de Gen
tilium errorib. cir
ca illam,Lactãtius
Firmianus , lib. 1.
Diuinar.inſtit.c.2.
Saluianus Epiſco-
pus Maſiliẽſis,qui
octo mirabiles cõ-
poſuit libros,de ꝓ
uidentia. S. Augu.
in tract. de prædeſtinatione, pręſciẽ
tia , & prouidẽtia.
S.Th.in multis lo-
cis cõtra Gent.Cõ
gerit multa Sixtus
Senenſis in Biblio
theca ſancta,lib.6.
annotatione 251 .
Iacobus Valen. in
Pſal.35. in verſ.do
mine in Cœlo.Ci-
tat multos Lexicõ
Theologicum,uer
bo : Prouidentia ,
Paulus Gryſald.in
lib. Deciſi.Catho.
uerb.Prouidentia,
ubi notat hæreſes
negãtium Dei pro
uidentiam. Et me-

repetẽdo multa,q̃ ſcripta ſunt.[a] Et primo fundemus circa prouidentiam, rationem Ariſtotelis, in ſua Methaphyſica, lib.12.c.penult.vbi ſic inquit: Etenim intelligere & intelligẽtia inerit indigniſsimum intelligẽti,quare fugiendum hoc, etenim nõ videre quędam, dignius q̃ videre, non ſi ſit optimum intelligentia , ſe ipſum ergo intelligit, ſiquidem eſt potentiſsimum,& eſt intelligentia intelligentię intellectus, vnde aliud ſcientia, & ſenſus, & opinio,& meditatio ipſius in acceſſorio. Hæc Ariſtoteles, vbi ſ.

lius , & copioſius 1037
Hector Pint. ſuper
lamẽtationes Hie
remiæ. cap.3.verſ.
Quis eſt iſte , qui
dicit , &c. Quibus
omnibus fortius te
ſtimonũ eſt,quod
canit Eccleſia Ca-
tholica in Domini
ca 7. poſt Penthe-
coſten,in qua hoc
anno 1590. ſumus
hæc componẽtes ,
ſcilicet dicẽs:De⁹,
cuius prouidentia
in ſui diſpoſitione
non fallitur,&c.
a Quam

Hinc formãt hęretici talẽ rõnem, contra proui 1038
dentiam diuinã circa hominem , & dicunt: Quõ poteſt fieri,ꝙ Deus ſuprema,& mira intelligentia intelligat nefarios actus hominis peccatoris , vt puta adulteria,inceſtus,malas,fœdas,& peſsimas eius cogitationes,q̃ ipſi homini ſunt nefas reminiſci,quia talia non videre , dignius eſt q̃ viderę.

Vnde(dicunt ipſi)plus q̃ certum eſt,ꝙ Deus ta 1039
lia non videt.Si non uidet,nec præuidet,aut intelligit,quomodo punit ? Hinc eſt ꝙ ſi nõ punit,nec etiam bona opera & meritoria , quæ iuſti homines,& boni faciunt, non uidet,nec præuidet, nec etiam remunerat, aliàs eſſet remunerator bonorum , & non punitor malorum , quod non eſt dicendum ?

Beatus Tho.ſuper textu Ariſtotelis,dicit,ꝙ in 1040
telligit uilia , tamen non ſiſtit in eis,nec retrahitur à dignioribus intelligendis per eum,unde vilitas intellectorum , intelligentiæ nobilitatẽ non tollit,nec derogat eius dignitati,niſi in eis Deus ſiſteret,quod non facit.

Or, Attẽde Lector , q̃a iudicio meo, tu poteris 1041
venari , & arguerę Ariſtotelẽ, ex authoritate ſua. Et eſt cõſiderãdũ, ꝙ hic ſunt dũo quæſita ; Primũ, Vtrũ prouidẽtia diuina verſet circa opera hoĩum,

cuiuſ-

cuiuſlibet particularia? Secundum, Vtrum anima poſt mortẽ hominis duret, & remaneat perpetua? Et in ſecundo Ariſtot. de plano, in libris de anima lib. 1. c. Rationabilius, dicit: intellectus autem fortaſsis dicimus aliquid, & impaſsibile. Et in li. 2. c. 2. ubi dicit de ĩtellectu, & fantaſia, quod eſt genus animæ, q̃d ſolum contingit ſeparari, ſicut perpetuum à corruptibili. Et in 3. de anima. clarius dicit, ꝙ eſt immortale, & perpetuum ipſum intelligere, quod eſt in anima. Et, licèt hoc Ariſtoteles teneat, & omnes philoſophi ueri ſapiẽtes, quòd anima non deſinit moriente corpore; tamen hoc põt probari ratione demõſtratiua.[a] Quia ſi anima hominis in corpore humano exiſtens deſiderat ingenti deſiderio, ac cupit, & optat hęrere primæ cauſæ,[b] & illã intelligere, frui, ac uidere, ſi poſſet; & nihil aliud tantũ officit, & obſtat ſibi, quantum corporis habitatio, &, ut ita dixerim, mixtura;[c] quomodo deſinet hæc anima, corpore moriente, à ſuo optatu, & appetitu tam grandi, & continuo, cùm fuerit ſublatũ corporis impedimentum, nõ uidetur conſiſtere ratione, ut aĩa in corpore mortali exiſtens, gaudeat in hoc deſiderio uidendi Deum, & adhærendi illi, & cũ corpus euaneſcat, ipſa deſinat ab hoc deſiderio?

Modò ſic: ergo habemus ex dictis Ariſtotelis, ꝙ anima quantum ad intelligere eſt ꝑpetua poſt mortem corporis. Si ergo eſt perpetua, modo ꝓ-
bemus

a Quam quæſtionem de immortalitate Animę tradit optimè, ad vtramque partẽ diſputando Speculũ peregrinarum qõ. Decade. 1. c. 2. q. 1. quam, non ſolum argumentãdo defendit, ſed etiam exemplis demonſtrat manifeſtiſſimis antiquorũ philoſophorũ, ac Romanorum; ſed & Sanctorum corroborat auctoritatibus. Hanc etiam
1042 Animæ immortalitaté naturali ratione probat, & defendit Raymũdus de Sabunde ĩ ſua Theologia natura li. ca. 86. 105. 214. 217. & multis alijs. Eandem animæ immortalitatem ex multis Sacræ ſcripturæ au-
1043 ctoritatibus ꝓbat Paul. Gryſal. in li. Deciſio. Cathol. verb. Anima. nu. 5. optimè Hect. Pin. in c. 2. in Danielẽ. verſ. Rex inæternum viue. ubi multa curioſa videbis & uide F. Io. Lud. Viuald. in li. opus Regale. in trac. de officio pietatis in defunct. & Auguſ. Nimphũ. & alios, qui tractatus compoſuerunt de immortalitate aiæ.

1044 b Cuius mirabilis ueritatis teſtis eſt ille, qui Pſal. 41. dicebat: Quẽadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum; ita deſiderat anima mea ad te Deus, & cętera. Et Pſal. 83. Quàm dilecta tabernacula tua Domine uirtutum; cõcupiſcit, & deficit aĩa mea in atria Domini. Et Pſ. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, &. Et Diuinus Paul. ad Phili. c. 1. dicebat: cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Quod deſideriũ omnium Sanctorum, & perfectorũ virorum aĩos maximè vrgebat. In quorũ perſona loquitur idem Apoſ. 2. ad Corin. c. 5. dicens: Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra, &c.

c Quam, merito quidẽ, legem peccati, & carnis appellat D. Paul. ad Rom. 7. dicens: Video aũt aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuãtem me in lege peccati, q̃ eſt ĩ mẽbris meis.

a. Quem-



bemus primum, quòd Deus præuidet, & intelligit omnes uias iſtius animæ, dum ſtat in corpore, ſiue bonum, ſiue malum agat. Et probo ſic: & 1045
ponamus exemplum in Beato Antonio. Hic ſanctus uir, ſemper amauit in uita ſua Deum amore perfecto, & ſancto. Quæramus: An Deus ignoraret iſtum amorem, & dilectionem Beati Antonij? Et, ſi dicis mihi quòd ſic; iterum quæro: An hoc erat ex ſuperbia in Deo, quòd vilipenderet animam B. Antonij; an ex negligẽtia, vel ex ignorantia, aut magna occupatione, aut ex indignitate amoris, aut amantis?

Nullum prædictorum eſt de Deo dicendũ; imò neceſſario aſſerendum, tenendum, & concludendum; quòd Deus ſapientiſsimus, & intelligentiſsimus, atque mitiſſimus, & non ſuperbus diligat, & intelligat Beatum Antoniũ, Deũ ex toto corde diligentem. Nec attribuamus Deo ſuperbiam, negligentiam, aut ignorantiam, aut occupationem,[a] aut amare eũ reputare rem indignam, ſignanter attento, ſecundum Ariſtotelẽ, quòd anima B. Antonij erat perpetua, & permanſura poſt mortẽ. 1046

Modò ſic; Si Deus habuit prouidentiam, & intelligentiam Beati Antonij, & animæ ipſius, ut eum diligeret: cùm & quãdo in ſua uita Deum diligebat; eodem modo habuit Deus prouidentiam, & intelligentiam ipſius B. Antonij, ſi quomodo ipſe beatus Antonius in vita ſua peccauit, & ſic non ſemper dilexit Deum? 1047

Nec obſtat, ꝙ dicat Ariſtoteles, & hæreticantes, quòd dignius eſt quædam non uidere Deo, quàm videre, quaſi inferant, quod vilia, turpia, & nefanda peccata non cadunt in intelligentia diuina; quia hoc eſſet indigniſsimum, quia ſcire oportet, quòd homo cũ peccat, recedit à Deo, & hoc eſt malum, quod homo committit, quia recedit à Deo; & bonum quod homo facit eſt quando hæret Deo, ut plene diſcutit, & declarat Beatus Auguſtin. in 10. libro de ciuit. Dei. 1048

Modò in exemplo; Vnus grandis Rex, & Imperator temporalis diligit ſuos familiares fideles, quandiu ſeruiunt ſibi, & ſunt præſentes in ſeruitio ſuo. Quandiu tamen recedunt à ſuo ſeruitio, & deſeruiunt illi, negligit, & abhorret eos. Sic Deus, ſcit omnes actus hominis digniſsimos, & bonos, & eius tetra, & grauia peccata ſcit, cùm ceſſat ab operibus bonis, quia recedet ab eo; ſic quòd opera fœda hominis ſcit priuatiuè, non poſitiuè, quia ſcit hominem malum facere, cùm recedit ab eo. Et quatenus ab eo recedit 1049
puni-

a Quemadmodũ fingunt infidi, per uerſiq; Talmudiſtæ dicentes Deũ certis diei horis eſſe occupatum, aliis laborare, alijs ludere cũ Leuiathan. quos in hoc errore, & alijs reprobat Sixt. Senenſ. in Bibliotheca ſancta. lib. 2. in Cathalogo errorum Talmudiſtarum.

* Qui

punitur, & pro qualitate, & pro modo receſſus; quod neceſſe eſt philoſophum fateri, poſt quàm credit, & credere debet Animã perpetuam, poſt mortem.

Et ſic per reſolutionem ſecundi quæſiti, An anima ſit perpetua poſt mortem, habes ſolutionem primi, quòd Deus qui in altis habitat humilia reſpicit in cœlo, & in terra. Et uidetur quòd ſatisfecerim malis mentibus hæreticorum, & eorum, qui ſunt tardi corde ad credendum, in his duobus quæſitis apud hæreticantes, dubijs & ambiguis per rationem, ſecluſa omni auctoritate ſacra, quæ non teneret demonſtratiue apud concedentes ſcripturas, ſed auctoritatiuè.

Finito Libro,

Laus ſit & gloria Chriſto. *

*Hucuſque Illuſtris. D. Doctor* PETRVS *de la Caualleria huius libri Auctor.*

* Qui cũ Patre, & Spiritu ſancto uiuit & regnat Deus in ſecula ſæculorum Amen.

Quam ſanctiſſimam Trinitatẽ, at-
1050 que indiuiduã unitatem toto corde, & ore confitemur, laudamus, atq; benedicimus: illamque humiliter depræcantes ut cõcedere dignetur ut diebus noſtris eandem uideamus ab omni creatura agnoſci, laudari, benedici, atque prædicari. Intentionis enim noſtrę eſt, & ſemp fuit, & erit, ut quicquid Auctor noſter hic ſcripſit, noſq; notauimus, addidimus, ſeu gloſſauimus, cædat ad laudem, gloriam, & honorem eiuſdem Sanctiſſimæ Trinitatis, Beatiſſimæ Virginis Marię, & omnium Sanctorum: in Animarum fidelium ſalutem: atque in Sarracenorum, iudæorum, aliorumque infidelium correctionẽ, uel confuſionem. Amen.

Quibus additionibus ultimam impoſuimus manum in noſtro Bonon. Hiſpanorum Collegio, die ſeptima Auguſti, Anni. 1590. Eccleſiam Catholicam gubernante Sanctiſs. D. N. Sixto Quinto regnante in Hiſpania inuictiſſimo Monarcha, Regeque Catholicò Philippo II. Annò ętatis ſuæ. 63. (quẽ Deus Omnipotẽs diu nobis conſeruet) Rectore huius noſtri inſignis Collegij illuſtri admodum D. Doctore Gaſparo Cepero, huius noſtri Auctoris Ceſarauguſtano cõciue.

Doctor. D. Martinus Alfonſus Vitualdus Gloſſator.